Z. 694 — *Z.* 700 ***in B durchstrichen, in CDE weggelassen.***

Z. 701 u. *Z.* 702 ***Rand-Zusatz in A, in BCDE weggelassen.***

Am Schlusse (d. h. da das darauffolgende weggelassen ist, nach Z. 688) ***in E noch hinzugefügt:*** und haben dess zu warer urkund unser fürstlich insigel auch an den brief gehanngen. Und bei solicher erection erhöhung und solempnitet der bemelten universitet sind mit sambt uns und dem benannten unsern son der hochgeborn fürst auch die erwirdigen wirdigen ersamen in gott wolgebornen und edln unser lieb vettern fründ rete hofgesind und lieb getruen herr Ott pfaltzgrave bei Rein herzog in Bairn etc., herr Wilhalm zw Eystet und herr Johanns zw Augspurg bischove, Johanns vom Rabenstein des stuls zw Rom prothonotarien, brobst zum Vischerat doctor, des durchleuchtigen fürsten unsers lieben herrn und frunds

Nr. 4.

(S. Band I, S. 1-.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 4, f. 1.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo indictione quinta pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Sixti divina providentia papae quarti anno eius primo vigesima septima die mensis Iunii hora vesperarum vel circa in opido Ingolstat Eistetensis dioecesis ibidem in domo solitae residentiae clarissimi iuris pontificii doctoris domini Wilhelmi die Werdeaa ordinarii etc. in mei notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc vocatorum et specialiter rogatorum praesentia personaliter constituti egregii ac famosi viri domini Johannes Trost phisicus illustrissimi principis et domini Ludovici comitis palatini Rheni inferioris superiorisque Bavariae ducis, Udalricus Elpogen phisicus capituli Augustensis, et Andreas Reder conductus ad ordinarie legendum in universitate Ingolstatensi, artium ac medicinae doctores, duxerunt et exposuerunt, quomodo ipsi omnes concorditer animo et intentione constituendi et instruendi collegium venerabile seu facultatem medicinarum in felici studio novellae plantationis Ingolstatensis sese congregassent in unum et hunc in locum contulissent, quod quidem collegium ipsius facultatis medicinarum nunc et de cetero per eos unanimiter constitutum et institutum ab omnibus et ubique censeri teneri

---

herrn Mathias konigen zw Ungern etc. botschaft, Johanns Städler doctor vicari, Conrad vom Stain und Hainrich Barenter doctor, all thumbherrn von unser besonderlichen frunds des bischoven zw Freysing und des thumbcapitels wegen daselbs Johanns bischove zu Jerapolitan, suffragani Niclas von Kindsperg tumbtechant und Jörg Dräcbsel doctor, bed tumbherrn von unsers besonderlichen frunds des bischoven und capitels des thumbstifts zw Regenspurg wegen, Erick von Haussheim und Sigmund von Eyb von des capitls des thumbstift zw Eystet Ulrich thumbdechant und Codenz Custer, baid von Rechperg, von des capitls des thumbstifts zw Augspurg wegen Görg zw Keyssheim, Martin zw Brentzlhausen äbbte, Jörig brobst zw Herwarting, alle unser gotzhewser, Sigmund zw Schawnberg, Gundther zw Swartzpurg graven, Heinrich zw Rosenberg etc., Johanns von Heydeck herren, Michael Riedrer thumbrobst zw Regenspurg, brobst zw Altenoting, cantzler Martin Mair doctor, Fridrich Mawrkircher doctor, thumbherrn zw Freysing Regenspurg und Passaw, Wilhalm und Jörig baid von Rechperg von Hohenrechperg, Hainrich von Herttenberg hofmaister, Ulrich von Braitnstein marschalh, Christoph Dorner auch canzler, Wilhalm Schenckh, Hanns Regldorfer, Hanns Hofman rentmaister, Peter Tewffel, und vil ander trefflicher prelaten herrn doctor meyster ritter und knecht. Geben und geschehen zw Ingolstat am freytag Sand Johannsen und Pauls tag nach Christi unsers lieben herrn geburde vierzehenhundert und im zway und sibenzigisten jare.

et haberi vellent et inpraesentiarum erigerent et constituerent in vim privilegiorum apostolicorum pro institutione laudabilis universitatis studii generalis Ingolstatensis modo solemniter erectae concessorum. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Deinde praedicti domini doctores ad electionem primordialis decani in eadem facultate sic instituta et erecta legittime processerunt elegeruntque ex eis egregium virum dominum doctorem Andream Reder praefatum in decanum, quem ita facultati supradictae in caput praefecerunt. Qui quidem dominus decanus sic electus ceterique praenominati sui collegae ordinationes et statuta pro huiusmodi facultate necessaria se condituros et confecturos asseruerunt loco et tempore congruentibus publicanda. Super quibus supradicti domini decanus et doctores facultatem eandem repraesentantes petierunt sibi a me notario publico infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri instrumentum et instrumenta. Acta sunt haec sub anno indictione die mense hora pontificatu et loco quibus supra praesentibus ibidem honorabilibus et discretis viris magistro Johanne Tolhopf collegiato ducalis collegii, domino Ortolfo Kalb publicano, Hemrico Nestl et Augustino Schuchmair artium liberalium baccalariis studentibus Ingolstatensibus clericis Ratisponensis, Salzburgensis et Augustensis dioecesis testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

Et ego Johannes Altenpeck clericus Frisingensis dioecesis publicus sacra imperiali auctoritate notarius, quia supradictae facultatis medicinalis collegii constitutioni, institutioni ac decani electioni, capitis praefectioni, omnibusque aliis et singulis, dum sic, ut praemittitur, fierent et agerentur, una cum praenominatis testibus praesens interfui eaque omnia sic fieri vidi et audivi, ideo hoc praesens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus et requisitus.

Statuta inclitae medicorum facultatis studii Ingolstatensis.

In laudem et gloriam omnipotentis dei eiusque intemeratae matris virginis Mariae totiusque curiae supercoelestis statuta, constitutiones et ordinamenta inclitae et praecelsae facultatis medicinae huius almi studii Ingolstatensis per clarissimos eiusdem facultatis doctores sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo et mense Junii edita et composita ac per illustrissimum et invictissimum principem et dominum Ludovicum comitem palatinum Rheni inferioris superiorisque Bavariae ducem maximum et potentissimum rite et solempniter approbata et confirmata in nomine gloriosissimae virginis Mariae praelibatae huius sanctissimi studii advocatricis feliciter incipiunt.

De consilio facultatis.

1. In primis statuimus, quod facultas ipsa habeat commune consilium, ad quod nonnisi doctores in dicta facultate rite ac solempniter in aliquo approbato studio rigoroso examine promoti, prout inferius in statuto desuper confecto plenius continetur, recipi et admitti debeant, ita quod primo praestent ad sancta dei evangelia iuramentum illud, quod privilegio dicti

domini ducis universitati concesso de consiliariis universitatis inseritur, quodque quilibet eorum obedientiam et reverentiam decano pro tempore existenti et eius successoribus exhibeat in his, ad quae iuxta vim, formam et tenorem praesentium statutorum tenetur.

2. Deinde ordinamus, ut quidquid in actibus et causis supradictum decanum et facultatem quomodolibet concernentibus per personas praefati consilii consiliariter congregatas una cum decano eiusdem vel maiorem partem eorundem tractatum conclusum et definitum pro tempore fuerit, id ab omnibus observari debet et quemlibet eorum obligare perinde ac si expressus suus consensus accessisset.

De archa communi et sigillo facultatis.

3. Statuimus et ordinamus, quod dicta facultas habeat archam communem et speciale sigillum, in cuius medio beata virgo et ad latus dextrum sanctus Cosmas et ad sinistrum sanctus Damianus ac subtus arma et insignia domus Bavariae sculpta, in circumferentia vero eiusdem sigilli scriptum sit: Sigillum inclytae facultatis medicorum studii Ingolstatensis.

De electoribus decani.

4. Statuimus et ordinamus, quod dictae facultati praesit caput, decanus videlicet, cuius electores esse debent dumtaxat doctores dictae facultati incorporati personaliter in praefato studio pro tempore residentes.

De electione decani.

5. Statuimus et ordinamus, quod quolibet anno proxima die legibili circa festum S. Georgii unus et post circa festum S. Lucae evangelistae eiusdem anni alius ex doctoribus facultati tunc incorporatus in decanum eligatur, qui habeat residere et praeesse per medium annum, nisi eum contingat mutare domicilium extra studium; tunc facultas sibi provideat substituendo alium loco praecedentis, qui officium decani per residuam partem temporis fideliter exerceat et gubernet. Si vero eum contingat exire opidum reversurus statim uno die, tunc committat alteri doctori facultati tunc incorporato interim vices suas propter casus, qui possent contingere improvise.

De iuramento electi decani.

6. Statuimus et ordinamus, quod dominus decanus sic, ut praefertur, electus statim electione de se facta in manus sui processoris aut ad ipsius delationem corporale praestet iuramentum, quod in officio suo legaliter et fideliter negotia facultatis in omnibus et singulis dictam facultatem quomodolibet respicientibus seu concernentibus iuxta sui possibilitatem administrare, regere, facere et exercere curabit, iura etiam et munimenta, pecuniarum quantitates et res alias ad ipsam facultatem et coetum doctorum eiusdem spectantes et pertinentes fideliter manutenere, custodire et servare, et de singulis in fine sui officii collegio praelibatorum doctorum pro tempore rite rationem facere, residuum restituere et praesentare omni sinistra exceptione et machinatione dolosa remotis, quodque secreta facultatis non revelabit.

De officio et potestate decani.

7. Statuimus et ordinamus, quod immediate postquam electus fuerit decanus, in omnes et singulos alios doctores, licentiatos, baccalarios et studentes eiusdem facultatis in factis et circa facta dictam facultatem quovis modo concernentia omnimodam iurisdictionem habeat eidemque in illis et circa illa praedicti de facultate parere et obedire teneantur. Contrafacientes ad arbitrium domini decani et consilii facultatis mulctentur et fisco facultatis mulctae applicentur. Possit etiam ad requisitionem cuiuscunque petentis de promotionibus baccalariorum in praefata facultate fidem facere efficacem scripto cum sigilli eiusdem facultatis appensione. Debeat etiam, secundum quod suadebit necessitas, utilitas seu commoditas, pro negotiis facultatis expediendis, et si talia fuerint ardua, etiam sub poena non contradicendi, facere congregationes doctorum per bidellum in locum deputatum, articulos proponere, vota colligere, super propositis iuxta pluralitatem votorum concludere, aliis, si opportunum fuerit, deliberata referre; si autem inter deliberantes propter varia ipsorum motiva suborta fuerit in votis discrepantia aut vota fuerint aequalia in numero, debet decanus absque dolo et fraude adhaerere parti, quae sibi videtur rationi conformior, et pro illa parte concludere aut ad ulteriorem seu maturiorem deliberationem, si sibi videbitur expediens, suspendere conclusionem. Item quod in disputationibus et aliis actibus facultatis iurgia et verba contumeliosa inter arguentes nullatenus fieri permittat, et quod habeat apud se et in sua custodia librum statutorum universitatis et facultatis et sigillum eiusdem.

De reverentia et honore decano exhibendis.

8. Statuimus et ordinamus, quod decanus praefatae facultatis in sessionibus et processionibus et aliis conventionibus ac actibus universitatis ac etiam facultatis praedictae tam publicis quam privatis omnibus doctoribus medicinae facultatis anteferatur.

De emolumentis decani.

9. Item decanus in promotionibus licentiandorum unum florenum Rhenensem praecipuum habere debet, in baccalariandorum vero medium; de pecuniis tamen, quae in eius manus, ut subsequetur, ab eisdem promovendis numerabuntur, inter doctores distribuendis [*ausgefallen* rationem det *oder dgl.*]; medietatem autem unius floreni, quem habere debet a volente literas testimoniales de promotione sua, pro se solo decanus retineat.

De lectionibus audiendis.

10. Ut cuiusque scolaris vagandi tollatur occasio et desiderium studendi ferventius inardescat, statuimus et ordinamus, quod nullus pro scholare huius facultatis reputetur, nisi diebus legibilibus ut frequenter audiat, quantum in eo est, lectiones doctorum ordinarie legentium.

De tempore promovendorum ad gradum baccalariatus.

11. Statuimus et ordinamus, quod nullus scholaris ad gradum baccalariatus promoveatur, nisi per duos annos, si fuerit magister aut licentiatus, vel per duos annos cum dimidio, si baccalarius in artibus, alioquin

per tres annos in hac aut in alia universitate in eadem facultate diligenter, ut praemissum est, frequentaverit lectiones et bis ordinarie responderit.

De praesentatione scolaris promovendi in baccalarium.

12. Statuimus et ordinamus, quod nullus ad dictum gradum promoveri valeat, nisi primo per aliquem regentem, quem pro suo doctore duxerit eligendum, fuerit facultati praesentatus et ibi de tempore requisito ac responsionibus legitime docuerit, ac deinde de vita et moribus ipsius facultas diligenter inquisierit.

De documento per testes.

13. Statuimus et ordinamus, quod nulli de tempore vel gradu acquisito credatur, nisi doceat per legitima documenta, scilicet per testes ydoneos aut literas autenticas cum sigillo aut signo bene noto, aut proprio iuramento confirmet, se huiusmodi tempus vel gradum vere et realiter iuxta ordinem facultatis et non surreptive seu dolose acquisivisse, quodque illo tempore non acquisivit tempus in alia facultate.

De iuramento scolaris promovendi in baccalarium.

14. Statuimus et ordinamus, quod huiusmodi scolaris per suum doctorem praesentatus, cum se primum doctoribus de facultate ea de causa praesentaverit, antequam recipiatur per facultatem, iuret solemniter decano et doctoribus de facultate, quod eisdem honorem et reverentias condignas impendet, statuta facultatis, quantum eum respicient, observare et adimplere [*ausgefallen* volet], quodque, quae secrete tenenda sunt potissimum circa modum et formam suae examinationis et aliorum, minime revelabit, quodque, si eundem retardari, refutari aut reiici contingat, nunquam de hoc per se vel per alium seu per alios directe vel oblique quovis quaesito colore vel ingenio ullam ultionem vel vindictam faciet neque facere procurabit.

De consignatione pecuniae baccalariandorum pro decano vel doctoribus de facultate.

15. Statuimus et ordinamus, quod huiusmodi scolaris examinandus pro baccalariatu, priusquam ad examen admittatur, teneatur consignare decano facultatis florenos septem mox distribuendos inter praedictos doctores de collegio facultatis eiusdem.

De punctis baccalariando assignandis.

16. Item admissus ad examen pro baccalariatu recitare debet puncta sibi per totum collegium doctorum aut maiorem partem eorum assignata, videlicet aut in libro amphorismorum Hypocratis aut in prima vel secunda fen primi canonis Avicennae aut prima fen quarti eiusdem, ita quod praefata puncta dictis examinandis assignentur prima die suae admissionis ad examen de sero, sequenti vero die prandio peracto per dictos examinandos in loco examinis recitentur. Quod si talis ad praefatum gradum baccalariatus admissus fuerit per omnes doctores aut maiorem partem collectis votis, eo tamen absente, quando vota colliguntur, per bidellum eius admissio nuntietur eidem.

De solutione pecuniae baccalariandorum pro fisco facultatis.

17. Statuimus et ordinamus, quod huiusmodi scolaris ad baccalariatum sic, ut praefertur, admissus, antequam ascendat cathedram, solvat receptori facultatis florenum unum Renensem iuretque ad manus decani articulos infrascriptos.

Juramentum baccalariandorum ad manus decani.

18. Item primo iurabit, quod privilegia, libertates, statuta et ordinationes suae facultatis factas et rationabiliter fiendas et consuetudines laudabiles servabit pro posse et pro ipsis defendendis stabit et laborabit pro posse et nosse, ad quemcunque statum devenerit. Item quod procurabit bonum facultatis suae ipsamque prae suis damnis, si ea perceperit, praemuniet. Item quod inter doctores et licentiatos facultatis servabit pacem, concordiam et tranquillitatem iuxta posse et nosse ipsisque debitam reverentiam exhibebit et nequaquam alicui detrahet publice vel cculte, quodque decano et facultati in licitis et honestis parebit et obediet, prout baccalarii huius vel aliarum facultatum ad id de iure vel consuetudine obligantur. Item iurabit, quod secreta facultatis suae celanda non revelabit. Item quod gradum istum non resumet in alio studio. Item quod, antequam licentiatus fuerit, non practicabit infra muros oppidi Ingolstat nec infra sex miliaria prope Ingolstat secundum communem computationem patriae, nec exibit ad visitandum infirmos extra, nisi a suo vel alio doctore practicante, facultati tamen incorporato, fuerit tanquam suus vicarius seu substitutus ad hoc specialiter deputatus. Item quod non incipiet nec etiam legat in habitu suffulto pellibus variis vel doctorali, sed in alio habitu sibi per facultatem designando, et quod ante adeptionem doctoratus in ea facultate cathedram doctoralem ascendere non praesumat.

Juramentum baccalariandorum ante inceptionem, quod iurare tenentur ad manus bidelli publice in cathedra.

19. Statuimus et ordinamus, quod baccalarius incepturus non ascendat cathedram, nisi prius tradat bidello literam decani eius sigillo sigillatam, quod sibi iuravit et de praetacta summa florenorum, ut praefertur, satisfecerit. Et postquam ascenderit, priusquam incipiat, iurat publice ad manus bidelli, quod privilegia, libertates, statuta et ordinationes universitatis et suae facultatis factas et rationabiliter fiendas et consuetudines laudabiles observabit et pro ipsis defendendis stabit et laborabit et bonum universitatis procurabit pro posse et nosse sine fraude, ad quemcunque statum devenerit, et quod secreta non revelabit. Et statim tradat bidello pro salario suo medium florenum Renensem, et extunc incipiat, quando placet, in nomine domini, Amen.

De assumendis baccalariis alibi promotis.

20. Statuimus, quod decanus ad facultatem recipere possit unumquemque baccalarium medicinae facultatis in alia universitate promotum, si de hoc sufficienter constat, dummodo talis unum florenum Renensem ad fiscum facultatis persolvat et iuramentum corporale praestet secundum

formam iuramenti, quod a baccalariandis nostrae universitatis praestari consuevit.

De tempore licentiandorum et doctorandorum.

21. Statuimus, quod nullus scolaris ad licentiam promoveatur, nisi per duos annos post baccalariatum in hac vel alia universitate in eadem facultate diligenter frequentaverit lectiones, quodque per unum ex dictis annis in facultate medicinae cursus sibi per decanum deputatos vel assignatos legerit, saltem tres lectiones omni septimana, hora, qua alias non ordinarie legitur in eadem facultate; volumus tamen, quod nullus in eo libro legat, in quo pro tempore ordinarios legere contingat.

De responsionibus promovendorum ad licentiam.

Statuimus et ordinamus, quod huiusmodi baccalarius, antequam ad licentiam promoveatur, teneatur ter respondere ordinarie, eo salvo, quod si responderit semel extraordinarie, ut in actu licentiae vel consimili actu, iuxta decretum doctorum per hoc poterit a tertia responsione ordinaria relevari. Item statuimus, quod in singulis huiusmodi disputationibus omnes baccalarii ad licentiam promovendi assint vel assideant iuxta invicem secundum ordinem sui gradus in habitibus decentibus, et singuli, cum tangit eos ordo, arguant respondenti, singulique singulis doctoribus et licentiatis facultatis ad unum probleuma practicae respondeant, si fuerint requisiti.

De praesentatione baccalariorum promovendorum in licentiatos et doctores et tentamine ac rigido examine eorundem.

22. Statuimus, quod baccalarius praemissis consumatis volens ad licentiam promoveri praesentetur per suum doctorem facultati ad hoc legitime convocatae, ubi de tempore, lectura ac responsionibus praedictis faciet legitima documenta, et extunc facultas de vita, moribus et conversatione illius diligenter inquiret. Et si ydoneus repertus fuerit, recipiatur ab eo iuramentum ea forma, qua supra de baccalariandis statutum existit. Et extunc diligenter a doctoribus praesentibus tam in theorica quam in practica examinetur. Deinde sequentibus diebus per singulos doctores, qui hoc facere voluerint, secrete in domibus suis examinetur. Postmodum vero singuli doctores facultatis ad hoc convocati vota sua fideliter reddant, et extunc si sufficiens conclusus et pronuntiatus fuerit, tandem domino cancellario seu eius vicegerenti ad examinandum pro licentia cum reverentia, qua decet, praesentetur. Et praesentatione sic, ut praemittitur, facta die sequenti in aurora audita missa de spiritu sancto clausis libris assignentur ei puncta, quae eodem die hora prima post meridiem in loco examinis recitet, et tunc rigide examinetur. Quod si talis in punctis recitandis suis aut dubiis sibi factis tam laudabiliter se habuerit, quod ab omnibus doctoribus praefatae facultatis vel a maiore parte eorum admissus fuerit, collectis votis, eo tamen absente, quando vota colliguntur, et per bidellum eius admissio nuntietur eidem et licentiam a domino cancellario universitatis seu eius vicegerente in forma statuta consequetur.

De solutione pecuniarum a licentiandis et doctorandis pro facultate ac decano et doctoribus eiusdem.

23. Statuimus et ordinamus, quod baccalarius, priusquam ad tentamen sic, ut praemittitur, admittatur, solvere teneatur decano pro tempore recipienti pro facultate ac se ipso et eisdem doctoribus infrascriptam summam, videlicet quod licentiandus numerabit florenos quatuordecim Renenses, doctorandus vero, qui prius non sit licentiatus, numerabit viginti florenos Renenses, si vero prius fuerit licentiatus in hac nostra universitate et ea de causa antea huiusmodi quatuordecim floreni persoluti sunt, florenos dumtaxat, ut praemittitur, numerare teneatur. Sed cum doctoralibus insigniis et dyademate insignitur, teneatur unicuique doctori de facultate elargiri unum birretum duplum rubei coloris et unum par cirotecarum, aliarum vero facultatum doctoribus unum birretum simplum et unum par cirotecarum similiter, magistris autem artium in universitate publice legentibus ac baccalariis superiorum facultatum cuilibet unum par cirotecarum. Volumus autem, quod aliqua pars pecuniae, quae de licentiandis et doctorandis, ut praefertur, cedit, pro fisco facultatis reservetur et reliqua inter doctores distribuatur.

De iuramento licentiandorum ad manus decani.

24. Statuimus et ordinamus, quod nullus sic, ut praemittitur, ad licentiam admittatur seu illam recipiat, nisi prius iuraverit ad manus decani sequentes articulos. Item primo quod privilegia, libertates, statuta et ordinationes suae facultatis factas et rationabiliter fiendas et consuetudines laudabiles servabit pro posse et pro ipsis defendendis stabit et laborabit pro posse et nosse, ad quemcunque statum devenerit. Item quod procurabit bonum suae facultatis ipsamque prae suis damnis, si ea perceperit, praemuniet. Item quod inter doctores et licentiatos servabit pacem, concordiam et tranquillitatem iuxta posse et nosse ipsique condignam reverentiam exhibebit et nequaquam alicui detrahet publice ac occulte. Item quod secreta suae facultatis celanda non revelabit. Item quod gradum istum non resumet in alio studio [*dieser Satz ist von späterer Hand durchstrichen*]. Item quod insignia doctoratus non recipiet in alio studio. Item quod non recipiet insignia ab alio doctore nisi sub quo fuerit licentiatus, dummodo sit praesens aut infra distantiam duorum dietarum ipso sufficienter ad hoc requisito et ille commode poterit et voluerit praesidere absque dolo. Item quod per annum continue cum doctore vel doctoribus frequentabit practicam in studio celebri approbato.

De doctorandis ac iuramento doctorandorum.

25. Item statuimus et ordinamus, quod licentiatus incepturus non ascendat cathedram nisi in habitu sufforato minutis variis seu doctorali, prout doctores ordinabunt.

26. Item statuimus et ordinamus, quod, postquam huiusmodi licentiatus sic, ut praefertur, cathedram ascendit, priusquam incipiat, iuret publice in cathedra in manus bidelli, quod privilegia, libertates, statuta et ordinationes universitatis et suae facultatis factas et rationabiliter fiendas

et consuetudines laudabiles observabit et pro ipsis defendendis laborabit et bonum ipsius procurabit pro posse et nosse sine fraude, ad quemcunque statum devenerit, et quod secreta celanda non revelabit. Item iurabit, quod leget per annum continuum ordinarie diebus, quibus ordinarie legitur, nisi demum de licentia facultatis a decano fuerit secum dispensatum. Volumus tamen, ut nullus in eo libro vel ea hora legat, in quo vel qua pro tempore ordinarios facultatis alias legere contingat; et tandem incipiat, quando placet. In nomine domini. Amen.

De doctoribus et licentiatis alienis supervenientibus.

27. Statuimus, quod nullus doctorum vel licentiatorum admittatur ad facultatem et eius commoda in forma doctoris aut licentiati, nisi ad gradum illum in aliquo studio generali promotus sit rigorose iuxta modum et formam eiusdem studii seu universitatis, dummodo etiam talis duos florenos Renenses ad fiscum facultatis persolvat ac iuramentum corporale praestet secundum formam iuramenti, quod a doctorandis nostrae universitatis praestari consuevit. Volumus tamen, ut nulli sic, ut praefertur, de gradu acquisito credatur, nisi doceat per legitima documenta, sc. per testes ydoneos aut litteras autenticas cum sigillo vel signo bene not quoque aut proprio iuramento tactis sacris scripturis vel ymagine crucifix confirmet, se huiusmodi gradum vere et realiter iuxta ordinationem facultatis studii eiusdem et non surreptitie seu dolose acquisivisse. Volumus insuper, quod talis, antequam ad gremium praefatae facultatis admittatur teneatur publice in scholis medicorum unam quaestionem medicinalem sib per decanum assignandam determinare et tandem, ut moris est, opponentibus respondere.

De locationibus doctorum et licentiatorum.

28. Item ut in sessionibus, locationibus et processionibus discordiae seu controversiae evitentur, statuimus et ordinamus, quod singuli doctores ac licentiati praefatae facultatis in hac nostra universitate promoti in locationibus et aliis conventionibus et actibus facultatis praedictae tam publicis quam privatis secundum tempus receptionis sui gradus, doctores vero ac licentiati in aliis universitatibus promoti secundum tempus receptionis, quo ad facultatem praedictam in hac nostra universitate recepti sunt, locentur. Hoc idem etiam in locationibus baccalariorum hic aut alibi promotorum et ad saepefatam facultatem nostrae universitatis ante dictae receptorum volumus observari.

De modo practicandi.

29. Item circa modum practicandi statuimus et ordinamus, quod inter doctores, licentiatos et baccalarios facultatis et praesertim practicantes mutuus sit amor et favor nullusque alteri detrahat publice vel occulte, contrafacientes vero puniantur secundum eorum excessum iuxta arbitrium decani et facultatis.

30. Statuimus et ordinamus, quod nullus eorum scienter subintret curam alterius, sic quod aliquem infirmum suum ad curam suam recipiat, qui sit vel fuerit pro illa infirmitate sub cura alterius, nisi aegrotans

priori vel satisfaciat vel cautionem et, si non poterit ydoneam, saltem nudam de salario convenienti in certo termino solvendo praestet, aut prior ad hoc suum praestiterit consensum, eo salvo, quod si prior recesserit extra opidum et nulli patientes commiserit, in quo casu usque ad reditum suum praecise alter poterit se de infirmis illius introcommittere sine fraude, quodque nullus assumat sibi curam alterius infirmi, antequam fideliter inquirat, an pro illa infirmitate sit vel fuerit sub cura alterius.

De empericis ac iudeis practicantibus.

31. Statuimus et ordinamus, quod nullum suppositum facultatis nostrae associet se aut communicet, concurrat seu conversetur in practica cum iudeis practicantibus aut cum illiteratis viris seu mulieribus practicantibus et aliis per facultatem non approbatis seu receptis, aut ipsos seu ipsas instrueret vel dirigat aut dicta vel facta eorum quoad practicam approbet aut commendet tacite vel expresse aut medicinam ab ipsis vel eorum aliquo recipiat seu consilia medicinae inquirat, nisi in practica cirurgiae, in qua cum christianis expertis et approbatis licebit communicare.

De salario bedelli.

32. Statuimus et ordinamus, quod quilibet doctorandus in medicinis bedello duos florenos Renenses, licentiatus unum, baccalarius vero medium solvere debeat et teneatur.

De matricula promotorum in facultate.

33. Item decanus facultatis debet habere in sua custodia unum librum chartarum membranarum, qui matricula facultatis medicinae appelletur, et in illum conscribentur nomina omnium et singulorum promotorum et receptorum ad facultatem cum annotatione qualitatum graduum omnium, diei et mensis suae promotionis seu receptionis, et semper notarius facultatis tali matriculationi se subscribat, signum quoque cum nomine sui notariatus in principio libri apponat, ut scilicet, cum opus fuerit, unicuique fides de his efficax fieri valeat.

De vacantiis indicendis.

34. Item ut vacantiae canicularium dierum incipiant in die sanctae Margarethae et durent usque in diem sancti Bartholemei, et alias ferias consuetas in aliis universitatibus decanus pro tempore indicere possit, quas etiam per bedellos in scholis ordinariorum publicari facere teneatur.

De dispensationibus.

35. Item decanus et doctores praedicti in omnibus et singulis praemissis statutis ordinationibus seu constitutionibus et circa ea, secundum quod omnibus ex eis aut eorum maiori parti visum fuerit expedire, totiens, quotiens voluerint, dispensandi cum quocunque tam respectu temporum quam qualitatum personarum quam quantitatum pecuniarum et responsionum nec non aliorum quorumcunque plenam latam et omnimodam potestatem auctoritatem et facultatem semper habere debeant.



Nr. 5.

(S. Band I. S. 65 ff.)

Archiv d. Univers. B, I, Nr. 3. f. 37.

A)

Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo die Mercurii nona mensis septembris in generali consilio universitatis fuit conclusum, quod singulis annis a festo Michaelis usque ad festum Lucae debeant esse vacantiae generales; ipsi tamen artistae, qui alias lectiones prolixas finire non possent, ad huiusmodi servandas non teneantur.

Anno praedicto vicesima die mensis septembris conclusit, quod quilibet conventor teneatur denuntiare suos bursales in bursa non iacentes, et diligenter visitare habitationes suppositorum, arma ad se recipiendo et illicita corrigendo; sub poena per consilium infligenda.

B)

Ebend.:

Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto die lunae sexta mensis Junii fuit conclusum per consilium universitatis, quod dominus rector mandet studentibus, ne aliquis deferat crinile sub poena, quam ipse duxerit statuendam.

Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto die Saturni nona decembris fuit conclusum per consilium universitatis, quod quilibet volens uti sedilibus magnis in ecclesia beatae Mariae virginis pro licentia aut doctoratu suscipiendo importari et ordinari faciat suis expensis, et ultra hoc pro solo usu eorundem quilibet licentiandus aut doctorandus superioris facultatis det septuaginta denarios, magistrandus vero quilibet duos grossos.

C)

Ebend. f. 37. v.

Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, die vero sexta decima mensis decembris tota conclusit universitas, quod nullus studentum eiusdem hoc oppidum Ingolstatense velatus aut cugulatus, ut nosci nequeat, egrediatur aut ingrediatur aut alias in civitate die sive nocte taliter, ut praemittitur, qualitercunque velata facie incedat, sub poena carceris mox infligendi, ac postea secundum qualitatem excessus puniendus. Et si ratione incendii vel alias qualitercunque nonnullos tumultus, quod deus avertat, oriri contingeret, nullus ipsorum accurrat, sed durante huiusmodi tumultu in bursa aut habitatione sua maneat et exire non praesumat nisi evocatus per aliquem ad hoc potestatem a principe vel universitate habentem, sub poena superius expressa; et conventores huiusmodi transgressores rectori denuntiare teneantur, sub poena arbitraria.

Item cum retroactis temporibus per fide dignas personas plerumque ad rectores huius nostrae universitatis gravi cum querela delatum sit, qualiter nostri studentes homines in suis cerimonialibus nuptiarum, ubi honeste convenire solitum est, multifarie suis corruptis moribus molestent et impe-

diant, ac etiam in tabernis et alias in civitate morantes multa intolerabilia committant, introduxit universitas, per quemlibet rectorem de novo electum sub certis poenis mandari, ne aliquis studentum choreas aut tabernas publicas visitare sive absque speciali licentia impetrata extra collegium aut bursas approbatas vel doctorum domos morari praesumat, et huiusmodi mandatum usque in finem sui rectoratus manuteneri.

D)

Ebend.

Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto die lunae duodecima mensis februarii per consilium universitatis conclusum est, quod quilibet studens arma deferens pro sola ipsa delatione armorum puniatur in decem grossis irremissibiliter.

Eodem die conclusum est, quod rector non permittat, aliquem studentem non intitulatum hic morari ultra octavam, sed prohibeat lectores, ne coram talibus legant, et ne locetur et servetur a membro universitatis.

Eodem anno penultima die mensis martii universitas conclusit, quod pro reformatione campanarum collegii, quibus universitas ad mensam et lectiones utitur, ipsa universitas contribuat dimidiam partem expensarum, alteram vero dimidiam capella beatae Katherinae.

E)

Ebend. f. 38:

Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, die vero sabbati vigesima nona mensis martii decrevit consilium universitatis praesidente magnifico viro domino Cristoffero Menndel de Stainfels artium ac legum doctore rectore etc. quod nullus ex consiliariis alium de consilio existentem in loco publicae congregationis iniuriis afficiat nec expressa et alta voce quidquam de quacunque re dicat et proferat; sed si pro sua vel alicuius necessitate aut utilitate seu negotio velit quidquam in medium afferre, quod illud per decanum facultatis suae faciat aut per se ipsum a domino rectore licentia petita et obtenta ea, quae sibi dicenda videntur, dicat, rectori tamen qualitatem dicendorum prius exponat; et si rector noluerit decernere audientiam, quod tunc sibi a consilio audientiam impetrare possit et valeat. Si quis autem contravenerit, eo ipso poenam quatuor grossorum universitati irremissibiliter persolvere teneatur, et si qualitas ipsius excessus exegerit, possit excedenti pro rei et personarum qualitate nihilominus maiorem poenam consilium infligere.

Suprascriptum decretum lectum et publicatum est in congregatione totius consilii universitatis et unanimiter nemine discrepante approbatum die martis quintadecima mensis aprilis anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

Nr. 6.

(S. Bd. I, S. 77.)

Archiv d. Univers. O, I, Nr. 1, f. 1.

Acta conclusa et decreta per facultatem artium viae modernae sub uniuscuiusque decanatu.

Primum sub decanatu magistri Urbani Klughamer de Newburga tempore aestivali anno domini 72 decretum est de ordine baccalariorum: Volumus, ut quilibet in via moderna in baccalareatum promotus statim post suam promotionem ad rotulam baccalariorum per decanum eiusdem viae inscribi ordine senii et loci, pro intitulatione qua tali decano pro tempore unum grossum dare teneatur; ut tali ex ordine quivis baccalariorum debitum sibi et in scolis, processionibus et aliis actibus publicis locum, ut merito fit, obtineat et inter se confusionis materia elidatur.

.... Sub decanatu magistri Henrici Pfeylschmid de Monaco tempore hyemali ..... sabbato post circumcisionis domini conclusum est, ammodo scolares non obligari ad audiendum tertiam partem; primam et secundam partem Alexandri debent audivisse hic aut alibi; secundum et tertium tractatum Petri Hyspani et Insolubilia ad audiendum non obligari. Anno 73.

Sabbato ante Anthonii conclusum est, scolares non obligari ad audiendum legi libros Priorum, libros de anima, libros Posteriorum; .... baccalarios non obligari ad audiendum musicam Myris, Latitudines formarum, Perspectivam communem, Proportiones breves, libros quatuor Euclidis, exercitia librorum de generatione; loco illorum autem debent baccalarii audivisse libros de anima, libros Posteriorum.

Sabbato ante Mathiae apostoli conclusum est, emi per successum temporis textus et commenta in artibus per decanum et suos consiliarios pro tempore pecuniis facultatis.

Eodem die conclusum est, quod quicunque per sortem nanciscitur librum ordinarium legendum iuxta statuti formam, etiam exercitium eidem annexum, ut qui legit Parva logicalia, teneat exercitium eorundem, et sic de aliis libris.

Ebend. f. 2 v.:

Decreta sub decanatu magistri Johannis Eckental tempore aestivali anno 73.

Volumus, ut nullus magister resumat pluribus scolaribus in artibus quam duodecim unius materiae resumptione, neque pluribus baccalariis quam octo; a quorum nullo scolari pro resumptione dietim una hora per septimanam, ut solitum est, continuata logicali ultra 12 nec pro grammatica plus quam 10 exigat denarios, a baccalario vero pro nulla resumptione ultra 14 den. una septimana exigere contendat. Baccalarius vero plus octo scolaribus in suam resumptionem non recipiat, a quorum quolibet pro una resumptione, ut supra, continuata 7 den. et non ultra exigere et capere potest.

Volumus, ut decanus facultatis artium viae modernae diligenter inquirat de diligentia conventoris ergo suos; qui si exercitium bursale per se et per alium facere neglexerit, decanus suus ab eodem conventore pro quolibet neglecto exercitio poenam unius grossi ipso effectu et requirat et accipiat, cuius una medietas eiusdem decani, altera facultatis existat, nisi rationabilis ipsum excusaverit causa.

Volumus etiam, quod quilibet et scolaris et baccalarius studens in artibus intersit post exercitium bursale hora solita publicae conversationi,

quam dominus conventor summa opera omni nocte fieri ad minus paulo ante septimam vel in tactu septimae horae curabit; sub poena 2 den. per conventorem irremissibiliter percipiendorum, quorum una medietas communitati, altera conventori cedat.

Ebend. f. 3 v.:

Decreta sub decanatu magistri Wolfgangi Federkiel tempore hyemali.

Volumus, ut decanus nostrae facultatis infra mensem primum suae electionis statuta magistros eiusdem facultatis concernentia loco et tempore oportunis legat.

Ut certus et indubitans apud magistros sit librorum qualibet mutatione distribuendorum terminus, ordinamus, quod libri tempore hyemali legendi festo Egidii, tempore vero aestivali legendi festo Gregorii loco oportuno distribuantur.

Statuimus, ut nullus magistrorum aliquem librum alteri ad legendum concessum infra primas a praescriptis terminis quinque septimanas ante sui finem legere incipiat, post vero quemlibet praeter ordinarium incipere et terminare possit.

Volumus, ut nullus ad gradum baccalariatus rite reiectus proxima suae reiectioni sequente angaria per facultatem rursus adexamen pro eodem gradu admittatur.

Volumus, ut nemo legere audeat aliquem librum, qui debito tempore alicui magistro legendus sorte cesserit, infra terminum librorum distributioni deputatum et tempus eorundem inceptioni statutis descriptum.

Volumus, ut statim post electionem novi decani et suorum consiliariorum duo eligantur, qui claves habeant ad archam vel cistam facultatis viae modernae, decanusque eiusdem tertiam habeat ad eandem; in qua archa pecunia dictae facultatis reponatur; dicti autem claves tenentes iurare debent, quod ante dictam archam aperiri ipsis absentibus non permittant nec aliis sine saepe dictae facultatis licentia claves tradant; pecuniamque in eadem cista inventam et similiter relictam eorum quilibet manu sua conscribere et scriptum tale in eadem archa relinquere teneatur.

Volumus, ut receptus ad gremium facultatis nostrae, et non ad consilium eiusdem, habeat potestatem legendi disputandi exercendi quoslibetque alios actus scolasticos habendi, promittereque teneatur pro tempore decano obedientiam in omnibus, quae spectant ad facultatem, observareque fideliter statuta et ordinationes facultatis eiusdem iuxta vim atque tenorem statutorum eiusdem.

Ebend. f. 4 v.:

Decreta sub decanatu magistri Johannis Kraus de Erlenbach anno 74.

Die veneris 20 mensis Maii decrevit facultas, quod quilibet magister per decanum legitime ad certam horam vocatus in quartali eiusdem horae primo comparere teneatur, sub poena totiens, quotiens non parebit, 10 den. irremissibiliter persolvendorum, non decani ad usum vel facultatis fiscum, sed ad dispositionem magistrorum erogandorum, nisi forte quis ex rationabili causa, quam coram facultate exponere teneatur, se absentaret vel, ut praemittitur, non compareret; potest tamen decanus sub alia poena

maiori vocare. Quod quisque magistrorum ordinarie disputans det post finem sui actus bidello nostrae viae unum grossum, pro quo ipse interesse teneatur disputationi a principio usque ad finem, magistros suscipere, loca eis ac aliis personis congrua assignare, atque ipsi praesidenti in singulis actum istum concernentibus debitum officium administrare; et si bidellus alterius viae id ipsum in disputationibus suorum magistrorum neglexerit, nihil sibi de hoc libere donato solvere teneatur.

Ebend. f. 5.

Die veneris 3 mensis Junii placuit magistris utriusque viae, observari vacationes a lectionibus infra scriptas: A sabbato ante palmarum ad crastinum octavarum paschae, a sabbato ante penthecostes ad crastinum octavarum, ab octavis Petri et Pauli apostolorum ad octavas sancti Laurentii inclusive, ut non disputetur ordinarie, sed extraordinarie, possunt tamen magistri legere, sed non tenentur neque regentiam amittunt; a vigilia s. Thomae apostoli usque ad crastinum epiphaniae. Placuit etiam, habere festa chori, quibus ante prandium actus scholastici fieri non debent, videlicet in diebus Marci, Lucae evangelistarum, Gregorii, Augustini, Ambrosii, Hieronymi, quatuor ecclesiae doctorum, Dorotheae, Barbarae et undecim milium virginum, specialium patronarum.

Die saturni 15 mensis Junii: Quod futuro scolares vel baccalarii promovendi circa finem examinis vel tentaminis decano nostrae viae florenum vel florenos facultati debitos praesentent, nisi forte pauper aliquis extiterit, ut suo gaudere possit privilegio; debet tamen suam paupertatem docere coram decano et quatuor examinatoribus vel temptatoribus, quibus plena in hac parte disponendi tradita est facultas, posse videlicet condescendere usque ad congregationem praesentationis, ubi dispensationem ad pinquiorem fortunam a facultate et petere et obtinere debet. Si vero aliquem vel plures reiici contingeret, quod tunc eidem, cum postulaverit, florenus suus restituatur.

Die saturni 20 mensis Augusti placuit, quod nullus patronus seu bursae hospes ad suam voluntatem domum ipsius locare possit, sed solum eum, quem magistri de sua via duxerint approbandum. Die veneris 9 mensis Septembris placuit magistris de via antiqua, ut antea, solemnitates festi s. Catherinae virginis ac martyris facultatis artis patronae nobiscum peragere, ita ut alternatis annis quaelibet via suum constituat pro collatione faciendas magistrum, et si in una via abilis deesset, ad alteram recursus haberi debet; et missa sorte annus primus viam nostram respexit, et magister Martinus Prenninger collationem fecit.

Die martis 13 mensis Septembris placuit magistris utriusque viae, quod futuro tempore conventionis quisque conventorum suo patrono aut hospiti domus talem pro censu solvendo exhibeat summam, quam sine sui et bursalium suorum gravamine solvere possit; quodsi patronus contentus esse non vellet, quod tunc domum per ad hoc deputatos iuxta quandam principis Ludovici commissionem taxari faciat; nullus denique magistrorum summam exhibitam, prout praemittitur, augere audeat, sub poena inabilitatis perpetuae ad bursam regendam.

Die solis 23 mensis Octobris statuto haventi, quod magister librum ordinarie legendum recipere volens personaliter compareat, facultas addidit,



quod ipse per se, non per alium, eundem infra octavas statutas legere incipiat, nisi forte aegritudine aliqua detentus per se id facere non possit; tunc enim id fieri per alium procurare teneatur; si vero aliquis infra octavas, ut praemittitur, octavum diem includendo librum suum incipere neglexerit, quod extunc non obstante poena in statuto descripta facultas de isto libro disponere libere valeat alteri, cui voluerit, assignando.

Die veneris 28 mensis quo supra conclusum est, quod quilibet magister in alia universitate promotus volens recipi ad gremium nostrae facultatis teneatur eidem ad fiscum solvere unum florenum renensem et bidello nostro unum grossum, baccalarius vero similiter in universitate alia promotus recipi cupiens medium florenum persolvat et bidello unum grossum, si saltem baccalarii de via antiquorum suo bidello ad id faciendum sunt adstricti; quod si non, neque nostri baccalarii bidello nostro quicquam solvere teneantur. Reservavit tamen sibi facultas potestatem dispensandi ex causis rationabilibus.

Ebend. f. 6.

Decreta sub decanatu magistri Casparis Cristelpeck de Ingolstat. 75. aestate.

Primo ordinavit et strictissime observari vult ab omnibus scolaribus sub poena non admissionis ad gradum, ut quilibet scolaris intendens promoveri primo audiat Parva logicalia et deinceps immediate mutatione sequenti Veterem artem, et postea libros Phisicorum; et idem vult observari de exercitiis librorum eorundem.

Secundo ordinavit, singulos et baccalarios et scolares obligatos et adstrictos esse ad duas resumptiones ordinarie faciendas, unam ante et alteram post prandium, quotienscunque etiam alias in die resumant, quarum prima ante prandium tempore aestivali fiat sexta et tempore hyemali hora septima, secunda vero, sc. post prandium, tempore aestivali fiat hora undecima, hyemali vero duodecima; quodque his horis nullus actus magistralis perficiatur neque publice neque alias; quicunque vero his horis resumere absque causa rationabili neglexerit, poenam incurrat duorum den. suo conventori irremissibiliter persolvendorum.

Tertio ordinavit, quod futura mutatione magister quicunque scolaribus resumere intendens in sua habeat resumptione octo scolares et non plures, baccalarius vero resumpturus quinque habeat scolares et non plures, magister vero baccalariis resumpturus habeat eorundem sex et non plures.

Quarto, quod pro futuris temporibus magistri legant Parva logicalia, Veterem artem, libros Phisicorum ac Ethicorum una eademque hora, in aestate sc. hora septima et in hyeme hora octava, et ante has lectiones nulla in publicis scholis lectio fiat; librique Methafisicae legantur ad placitum et voluntatem magistri, cui ex ordinatione cesserunt.

Ebend. f. 7.

Sequuntur decreta sub decanatu spectabilis viri domini Martini Brenningarii Erdingensis. Hyeme 75.

Quilibet magister disputaturus ordinarie die praecedente suam disputa-

tionem ad collegium et unamquamque bursarum viae modernae cedulas mittat quaestionem et sophismata, quas disputaturus est, continentes.

23 Januarii feci congregationem facultatis artium, in qua conclusum est, quod nullus magistrorum petat recipi ad consilium facultatis nostrae nisi quatuor annos in magisterio compleverit, legerit in artibus per biennium, et tam ordinarie quam extraordinarie disputaverit sufficienter. Nec quisquam petat ad consilium nostrum recipi alio tempore quam die s. Gregorii vel Egidii. Reservat tamen facultas sibi potestatem vocandi, cum ratio persuaserit, aliquem, qui nondum quartum annum compleverit vel, ut praemissum est, disputaverit, vel alio die.

Die iovis proxima post festum s. Mathiae conclusum fuit, quod magistro volenti respondere diceretur, nos neminem prohibere a respondendo, sed qui respondere vellet, ut ad gremium nostrum reciperetur, is deberet nostro more facere, quod respondeat ad quaestiones sibi per nos propositas.

Eadem congregatione est conclusum, quod nullus receptus ad examen, sive baccalariandus sit sive magistrandus, locetur vel de promotione certificetur, nisi antea iuret, se determinaturum esse infra mensem a die admissionis ad determinandum vel incipiendum in artibus, nisi ex causa rationabili obtineat terminum longiorem a decano, infra quem postea sit ad[illegible] terminandum vel incipiendum obligatus. Quod quilibet baccalariandus vel magistrandus tunc, cum dat florenum ad facultatem, deponat etiam salarium pedello in determinatione debitum apud decanum, quod retineat, donec maior pars baccalariandorum determinaverit.

Quod unusquisque baccalariandorum vel magistrandorum, cum qu[illegible] facultas dispensaret super floreno facultati debito, ante determinationem vel inceptionem det facultati chirographum manu sua scriptum sub forma quae sequitur: Ego N. recognosco, me debere ac obligatum esse inclitae facultati artium viae modernorum studii Ingolstatensis florenum unum renensem, ad cuius solutionem, ut primum me amplior meliorque respexerit fortuna, me obligo chirographo praesenti manu mea exarato. Quod quilibet baccalariandus, ut primum pro examine inscriptus fuerit, det decano pro tempore 60 den., quos decanus pro prandio examinatorum erogabit; de reliqua pecunia post prandium dispositio relinquitur examinatoribus, nec assint primi quatuor baccalariandi, ut antea solitum fuit.

Quod nullus examinatorum tempore examinis quantumcunque munus recipiat ab aliquo baccalariandorum vel magistrandorum per se vel interpositam personam, non collationem, non esculentum, non potulentum vel quicquam aliud; quodsi quisquam examinatorum fuerit vel confessus vel convictus contra fecisse, suspendatur ab actibus scolasticis per integram angariam.

Nr. 7.

(S. Bd. I., S. 40.)

Archiv d. Univ. B. I, Nr 3, f. 2 r.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto indictione nona pontificatus sanctissimi

in Christo patris et domini nostri Sixti divina providentia papae quarti anno eius quinto, die vero undecima mensis octobris hora vesperarum vel quasi in oppido Ingolstat Eystetensis dioecesis in collegio universitatis praeclari studii ibidem in stuba habitationis inferioris spectabilis viri domini Georgii Zingel, artium ac sacrae theologiae doctoris, ipsius sacrae facultatis theologicae decani necnon in eadem lectoris ordinarii, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum et specialiter rogatorum praesentia personaliter constitutus idem vir spectabilis dominus Georgius Zingel decanus in suis tenens et exhibens manibus quandam chartam papiri foliatam in se continentem praedictae facultatis ordinationes et statuta per dominos doctores plenum et perfectum collegium eiusdem facultatis repraesentantes rite et legitime confecta et condita atque per illustrissimum principem et dominum Ludovicum comitem palatinum Rheni inferioris superiorisque Bavariae ducem praefati studii fundatorem confirmata et approbata, ut asseruit. Quae quidem statuta per me notarium publicum infrascriptum nomine facultatis praedictae (unacum privilegiis statutis ordinationibus et decretis supradicti studii) ex quodam libro in conservatione domini rectoris praenominati studii existente sub congruis titulis et rubricis poni transsumi et transcribi debita cum instantia postulavit et requisivit. Acta sunt haec sub anno indictionis, pontificatu, die, mense, hora et loco quibus supra praesentibus ibidem discretis Hemrico Schrickel de Spallt artium liberalium baccalario et Wolfgango Plassing de Ingolstat studentibus Ingolstatensibus praedictae dioecesis testibus ad praemissa vocatis et rogatis.

Et ego Johannes Altenbeck clericus Frisingensis dioecesis publicus sacra imperiali auctoritate ac studii Ingolstatensis notarius iuratus, quia praedictorum, ordinationum et statutorum, exhibitionis atque eorundem ac etiam privilegiorum, statutorum, ordinationum et decretorum praelibati studii transsumptionis et transcriptionis petitioni omnibusque aliis et singulis, dum sic, ut praemittitur, fierent et agerentur, una cum praenominatis testibus praesens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, idcirco hoc praesens publicum instrumentum manu mea scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi praementionataque statuta et ordinationes coram me, ut praefertur, exhibitas unacum privilegiis, statutis et decretis eiusdem studii ex quodam libro cum originalibus bullis et litteris omnino concordanter transsumpsi et transscripsi, sub congruisque titulis et rubricis debito ordine infra posui. Et evidens hoc instrumentum signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus et requisitus.

Hierauf (f. 4 ff.) *die Statuten selbst:*

In nomine sanctae ac individuae trinitatis. Amen. Cum et ius commune permittat et quae ab illustrissimo principe et domino Ludovico comite Palatino Rheni bassae altaeque Bavariae duce huius nostrae universitatis et fundatore et erectore munificentissimo sunt eidem universitati privilegia concessa, indulgeant, ut unaquaeque facultas concilium sibi constituat, quod super his, quae ad ipsam facultatem pertinent, statuta edere

possit; ita enim est ad dissentiendum prona natura hominum, ut, nisi privatis quibusdam legibus domita, quid agendum, quid contra omittendum esset, erudiatur, vel nunquam vel saltem admodum raro sit in rebus agendis ordinem decoremque servatura: harum itaque rerum contemplatione moti nos Georgius Zingl de Slierstat decanus, Johannes de Adorf et Kilianus Pfluger de Windsheim, omnes theologiae professores et regentes in eadem et totam facultatem repraesentantes convenientes in unum animo condendi statuta facultatem nostram concernentia matura deliberatione praemissa una (ut ita dicamus) voce subscripta statuta confecimus et per dictum illustrissimum principem nostrum confirmari fecimus, quorum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Titulus de his, quae ad dei laudem et cultum divinum pertinent immediate.

In primis de his, quae ad dei laudem et cultum pertinent immediate, ut sunt sermones et missae, solliciti a cultu divino incipimus, ad quem theologica facultas immediate ordinatur, disponentes, quod omni anno in die sancti Johannis Evangelistae in ecclesia parochiali beatae virginis vel alia cantetur de eodem missa solemniter, ad quam singuli doctores in theologia, baccalarei, cursores ceterique graduati cum copiosa multitudine suorum studentum conveniant, doctores quidem et omnes baccalarei in habitibus honestis; et completo evangelio vel alia hora competenti, si potest haberi praedicator, fiat oratio devota de illo altissimae speculationis theologo introducendo commendationem sacrae scripturae et depurationem conscientiarum debentium in sacra pagina studere vel docere.

De anniversario facultatis.

Considerantes, deo esse laudi, pium quoque et salubre, exorare pro defunctis, ut a peccatis solvantur, omni anno die sabbati quatuor temporum post festum penthecostes pro redemptione animarum magistrorum, baccalariorum et omnium facultati theologicae incorporatorum ubicunque terrarum defunctorum atque omnium in Christo quiescentium memoriam peragi volumus cum missa, vigiliis et ea solempnitate, quae in talibus devote fieri consuevit. Horam, locum et ordinationem relinquimus arbitrio decani, qui die praecedente singula nostrae facultatis supposita ad interesse publico mandato astringat.

Titulus de decano et eius officio.

Ordinamus, quod decanus facultatis theologicae sit unus de magistris in theologia in hoc studio regentibus, qui per electionem maioris partis facultatis, ut sonat privilegium ducale, habeatur per medietatem anni mansurus. Cuius officium est, congregationes facultatis facere et alia, quae pertinent ad decanum iuxta statuta et privilegia universitatis. Nolumus enim, per ipsum ad congregationem facultatis vocari licentiatos, baccalarios vel scholares, nisi in casu paucitatis vel alteri necessitate facultas decreverit aliquos tales vocandos.

De dispositione sermonum et qualiter sermones fieri debeant.

Ordinamus, quod decanus cum facultate habeat disponere de personis, locis et temporibus, ut debita fiant, prout decet, diligentia sermones vel collationes ad clerum universitatis Ingolstatensis. Item quod praedicaturus vel collationem aliquam pro principio vel alias facturus pro themate accipiat de biblia aliquam perfecti et pertinentis sensus orationem et non dictionem unam aut sylbam perfectae orationi expresse non aequivalentem. Vitari etiam volumus in talibus verborum fictiones inconsuetorum atque ritmorum sterilium coacervationes vanas et curiosas ad rem non pertinentes allegari, quia disponimus in sermonibus auctoritates et concordantias de biblia reales et non solum vocales, quae nec probant nec pronotant, sed magis sua impertinentia praedicantem vituperant et audientium aures turbant, cum audiunt allegari aut distorte exponi aliquid verbi gratia de Christo, quod natum est de dyabolo dici, et similia.

De moribus in generali suppositorum theologicae facultatis.

Cum sacrae scripturae intelligentia et scientia, ad quam studio et exercitio theologicae facultatis pervenitur, sit regula morum et totius vitae honestatis forma, indecorum valde et indecentissimum iudicamus, eos, qui huic student facultati, prae ceteris virtutum ornatibus non decorari; nec potest huius scientiae obiecta dignissima intueri nisi intellectualis oculus a vitiis purgatissimus atque mundissimus, ipsa dicente „Solum mundi corde deum videbunt“ et alibi „In malevolam animam non introibit sapientia nec habitabit in corpore subiecto peccatis“. Hinc est, ut eorum, qui in hac scientia laborant, conversatio et vita demonstrent, quod sint vere et realiter de schola theologica, et conditionis spiritualis conscientia exprimat dispositionem religiosae vitae. Ordinamus, quod theologicae facultatis doctores et discipuli prae omnibus morum praefulgeant honestate et ubique clareant virtutum indiciis et habitu religiositatis. Igitur deponentes omnium vitiorum deformitatem sint graves et modesti in verbis, sint compositi in gestu corporis, sint ubique in vestimentis religiosi et honesti, non bibuli, non fornicarii, non brigosi inter se aut ad alias declinent vanitates, vitent malas societates, caveant loca suspecta, non currant passim ad vana spectacula. Volumus autem, ante omnia graduatos et graduandos his non esse notatos vitiis, atque eos, qui in scholis legunt aut opponunt aut respondent, exemplaribus agi moribus in verbo, in gestu et in omni actu, ut scholae theologorum, sicut dignum est, non tantum sint scholae scientiarum, sed magis scholae virtutum et laudabilium morum. Volumus ergo, scholares nostrae facultatis praecipue pacificos et morigeratos esse in audiendis lectionibus, disputationibus et sermonibus et omnino non dissolutos; scholarium aut baccalariorum clamores aut strepitus, risus, cachinos in nostris scholis et actibus audiri nolumus.

Titulus de dispositione lectionum et actuum et de modis et horis legendi.

In primis ordinamus seu disponimus, quod lectiones et actus magistrorum et baccalariorum per totum annum disponi et ordinari habeant

iuxta deliberationem decani et facultatis, singulariter autem, quod facultas iuxta merita et sufficientias personarum et statum earundem ex fama et aliis possibilibus, prout constare poterunt, deliberata iuxta qualitatem temporis, utilitatem scholae et studii et honorem facultatis et totius universitatis libros vel passum scripturae pro cursibus assignare habeat pro certis temporibus legendos et complendos et lectiones quantificare atque sermones baccalariis distribuere.

Item ordinamus, quod omnes magistri, baccalarii, cursores de horis principiandi legendi atque de modis legendi specialiter in casu discordiae stabunt ordinationi facultatis.

Item ordinamus, quod omni die legibili mane post ortum solis, prout tempori magis congruit, fiat ab aliquo stipendiato vel stipendiatis pro theologia doctoribus lectio doctoralis egregia in eadem, quae quidem lectio ordinaria vocetur solis doctoribus deputata, ita quod nulli pro ea quempiam substituere liceat nisi sacrae theologiae doctorem.

Doctores vero non hic facti vel ab aliis universitatibus recepti legant secundum dispositionem facultatis, prout horis et locis convenientius visum fuerit eidem.

Rubrica de ordine et locis in disputatione theologica arguere volentium.

Item, quod magister in disputatione praesidens distribuat secundum aetatem vel prioritatem loca ordinarie in theologicis scholis opponere vel arguere debentibus, qui sunt baccalarii formati et sententiarii et cursores seu biblici. Si vero rectori universitatis vel doctori iuris vel medicinae vel licentiato in eisdem vel decano facultatis artium vel alteri honesti status viro in nostris scholis quandoque arguere placeat, magister praesidens honorare poterit eos praeponendo vel interponendo vel postponendo nostris, prout decentius fieri poterit.

De sigillo, libro statutorum, archa et registro suppositorum facultatis theologicae.

Item habeat facultas sigillum, habeat et registrum, in quo scribendi sunt omnes, qui in hac facultate intitulantur, habeat et cistam vel scrinium quoddam duabus clavibus seratam, quarum unam teneat decanus, alteram senior regens. In hoc scrinio ponantur sigillum, registrum et pecuniae facultatis et alia si quae fuerint; liber vero statutorum semper sit apud eum, qui decanus fuerit, qui et pecunias ad cistam facultatis ponendas recipere habeat a graduandis et de receptis in resignatione sui officii reddere computum facultati.

De quantitate sermonum.

Item in sermonibus prolixitatem vitare volumus decernentes horam vel ad maximum horam cum quartali, quod tempus nemini liceat excedere.

De ordine doctorum facultatis theologicae.

Item ut simus conformes aliis facultatibus tribus huius universitatis in ordine magistrorum seu doctorum, ordinamus, ut inter doctores nostrae

facultatis sit ordo secundum antiquitatem promotionis vel receptionis eorum in hac universitate, non prohibentes eos, qui alios quacunque causa sine aliorum praeiudicio sibi praehonorare voluerint. Volumus nihilominus, doctores nostrae facultatis praehonorari ob praerogativas speciales, quotiens et quando facultas hoc expedire decreverit.

De vacationibus magnis facultatis theologicae.

Item, quod vacationes magnae aestivales quantum ad lectiones ordinarias doctorum sint iuxta ritum aliarum universitatum a vigilia apostolorum Petri et Pauli usque ad crastinum sancti Bartholomei apostoli inclusive, et sequenti die resumant magistri lectiones suas, et lectionibus primis magistrorum factis faciant immediate, vel prout facultas de tempore inceptionis disposuerit, sua principia baccalarii egregie in horis suis, primo sententiarii, consequenter ordinarii biblici vel cursores; volentes tamen quacunque causa in dictis vacationibus legere non intendimus prohibere.

De vacationibus specialibus.

Dies vero alii, in quibus specialiter in hac facultate legendum non esset, ultra dies, in quibus statuta primitiva universitatis legere prohibent, sunt isti: dies sancti Bernhardi, sancti Lucae evangelistae; item diebus rogationum, in quibus doctores non legant, sed cursores et sententiarii lectiones suas non omittant; item in festis quatuor doctorum ecclesiae, scilicet Iheronimi, Augustini, Gregorii et Ambrosii, item in die Cinerum, cathedra Petri, et quodcunque est festum fori, nolumus aliquem legere in theologia; item in quacunque die fiet sermo ad clerum universitatis Ingolstatensis ex dispositione facultatis theologicae eo tempore non legatur; item diebus, quibus actus celebris in theologia tenebitur, ut cum quis magistrorum disputaverit, aulam vel vesperias pro aliquo vel aliquibus tenuerit, aut cum principia prima per cursores aut sententiarios fiunt, nullus legere praesumat. (*Von späterer Hand ist am Rande beigefügt:* Praescriptis quoque vacationum diebus decrevimus addi festa beatorum Johannis Evangelistae ante portam latinam, Dionisii et Benedicti, corporis Christi per octavam, praesentationis beatae Mariae virginis, Sebastiani, Blasii, Barbarae, undecim milium virginum et Elizabeth).

De protestationibus in disputationibus et principiis et aliis actibus fiendis.

Ordinamus, quod in decisione quaestionum in disputationibus et in principiis Sententiarum in aula ac in aliis actibus praemitti debeant protestationes laudabiles, quibus protestentur dictos actus facturi, quod non intendent dicere, ymo intendetur non dicere aliquid, quod sit contra fidem, contra determinationem sanctae matris ecclesiae aut quod cedat in favorem articulorum vel articuli hic vel ubicunque condemnatorum vel condemnati rationabiliter, aut quod sit contra sanam doctrinam doctorum ab ecclesia approbatorum vel contra bonos mores aut quovis modo offendat pias aures; et si aliquid istorum contingeret lapsu linguae vel inadvertentia aut vi argumentorum aut alia quacunque occasione seu causa, quod dicent ex illo nunc pro tunc revocare, retractare, exponere et declarare velle.

Quod audientes bibliam vel sententias in lectione textus suos primis tribus annis habeant.

Item quod scholares incipientes noviter audire theologiam, si ad gradus tendant, in primis tribus annis portent vel portari facient ad scholas textus Sententiarum et bibliae, prout lectiones requirunt.

Quod in disputationibus magistralibus et aularibus baccalarii sint et arguant.

Item volumus ad profectum scholarium et probationem baccalariorum, omnes baccalarios arguere in disputationibus generalibus facultatis, nisi quandoque causa vitandae prolixitatis vel alia a praesidente decernatur de quorundam argumentis supersedendum, sicut maxime in vesperiis et resumptis fieri solet.

Quod doctores in sermonibus, in lectionibus et aliis actibus contra invicem non inhonestis verbis invehantur.

Item scandalis et levitatibus theologico doctoratui indecentibus occursuri nolumus, doctores in theologia in suis lectionibus, sermonibus aut determinationibus contra se invehi aut mutuo se pungere aut publice reprobare, hortantes magistros, doctores et lectores, ut sint in omnibus suis actibus sic graves, maturi et circumspecti, ut ex eorum verbis, moribus et factis nullus scandalizetur; exceptis collationibus aulae et novorum magistrorum in primis eorum lectionibus et excepto, si quis doctorum publice katholicae fidei dissonam undecunque seminare, quod absit, inciperet doctrinam, contra quam iustae katholicae doctrinae zelo omnes se opponere debebunt.

De quaestionibus et conclusionibus quot et quales esse debeant in disputationibus.

Ordinamus, quod quaestiones in theologica facultate disputandae sint rationabiles, seriosae et utiles materias practicas vel speculativas tangentes, et quod eorum tituli sint clari, breves, decenter formati sine superfluis rigmis [*zu lesen* rytmis] et verbis fictis seu peregrinis inepte conculcatis. Idem intelligimus de conclusionibus et propositionibus quaestionum decisivis, quas conclusiones ternarium numerum in publicis disputationibus excedere non permittimus, cuilibet duas vel tres propositiones annecti volentes.

Titulus de promotionibus et temporibus graduandorum et qualitate eorum et primo de cursoribus ordinationes.

Item quod nemo recipiatur in magistrum, licentiatum vel baccalarium facultatis theologicae, nisi prius constiterit, ipsum esse in registro universitatis scriptum et eidem iuratum.

De tempore praesentandi ad cursum vel Sententias.

Ordinamus, quod nullus ad Sententias vel cursum nisi in mense septembri praesentetur vel recipiatur, nisi facultas ex causa rationabili aliter decreverit agendum.

De qualitate cursorum.

Ordinamus, quod promovendi ad cursus in theologica facultate ad minus sint accoliti et infra biennium subdyaconi, nisi interveniente speciali dispensatione facultatis.

De responsionibus et sermonibus cursorum.

Volens admitti ad cursus tenetur ad minus unum sermonem ad clerum universitatis Ingolstatensis fecisse et bis respondisse doctoribus vel aliis a facultate deputandis. Item attendentes, quod ad gradus in theologia in aliis universitatibus non admittuntur nisi de legittimo thoro procreati et non turpiter in corpore vitiati, idem intendimus in hoc studio observari, nisi super hoc cum eis per facultatem fuerit dispensatum.

De tempore auditionis lectionum.

Ordinamus, quod ad cursum nullus admittatur, nisi ad minus lectiones magistrales per quinquennium et duos cursus, unum in novo alterum in veteri testamento, omnesque libros Sententiarum diligenter audiverit, nisi magistri facultatis propter abilitatem personae assumendae aliter decreverint agendum. Nolumus etiam, quantumcunque tempus sufficere pro gradu in theologica facultate, nisi subsit sufficiens scientia, nec quantamcunque scientiam sufficere ad gradus in hac facultate volumus, si perversis moribus aut notis vitiorum maculis diffamatus fuerit.

Quod nemo promoveatur nisi sit magister artium, doctor in iure canonico vel medicina aut licentiatus in aliqua illarum facultatum; hoc statutum cum tribus sequentibus legatur doctoribus in admissione cursorum.

Ordinamus, quod nemo promoveatur ad gradum in dicta facultate, nisi sit magister in artibus vel saltem quocunque modo ita doctus, quod sufficienter sciat in theologis scholis et opponere et respondere; quod si ante eius promotionem non constat facultati, debet pro examine responsionem publicam facere uni magistro, quem facultas ad hoc deputaverit recepto iuramento, cui de hoc fidele testimonium perhibeat.

De admissione promovendorum.

Ordinamus, quod nec magister nec magistri promoveant aliquem ad gradum baccalariatus vel licentiae in theologia, nisi a tota facultate super promovendis talibus congregata fuerit concorditer ab omnibus vel a maiori parte iudicatus ad talem gradum promovendus et pro eodem a quolibet magistrorum dignus et sufficiens in scientia, moribus et singulis ad talem gradum requisitis habitus.

De libris cursoribus assignandis.

Volumus, quod semper passus bibliae prius non lecti assignentur cursoribus per facultatem, donec biblia sit in hoc studio tota lecta, quodque quilibet cursorum aliquem passum in veteri et aliquem in novo testamento legere teneatur iuxta assignationem sibi per facultatem factam.

Quod petitiones non audiantur.

Si forte quandoque petitiones principum vel quorumque pro non meritorum promotione fuerint porrectae, allegationes fiant statutorum et iuramentorum praestitorum de eisdem servandis; etiam nolumus, eos, qui ante legerunt, postergari et minores eis praeponi ad preces importunas.

Quid debeant facere promovendi ad cursus.

Volentes incipere cursus in theologia habeant se praesentare facultati supplicaturi, ut per eandem ad cursus admittantur. Idem intendimus de sententiariis.

De prandiis per cursores et sententiarios habendis.

Ordinamus insuper, quod cursores et sententiarii, cum primum principium in cursus vel sententias fecerint, ad faciendum prandium pro doctoribus in eadem facultate promotis more aliarum universitatum sint obligati.

De habitibus habendis in actibus publicis.

Item quod scholares, baccalarii, licentiati, doctores seculares in principiis, lectionibus suis, responsionibus et sermonibus faciendis propriis non accomodatis utantur cappis secundum modum aliarum universitatum.

De electione patris.

Quilibet de novo cursum incipiens eligere habeat magistrum in theologia in studio Ingolstatensi regentem, sub quo incipiat primum cursum ac alios actus consequenter, si continuare contingat eiusdem consilio mediante.

De baccalariis supervenientibus ex aliis universitatibus.

Ordinamus, quod nullus in hac universitate tanquam baccalarius recipiatur, nisi constet facultati, ipsum legisse in alia universitate ea, quae talem gradum concernunt, vel nisi sufficienter facultate informata de assumptione eius in alia universitate facta se obligaverit ista in hac universitate secundum modum baccalariorum lecturum.

Quomodo cursor et sententiarius debeant facere principia.

Item cursor pro quolibet cursu facere habeat collationem praeambulam (sine quaestione) ad recommendationem sacrae scripturae, principians vero in quemcunque librum Sententiarum collatione brevi praemissa subiungere habet quaestionem, in qua conferre debet cum aliis secum Sententias legentibus virtuose et honeste sine verbis quocunque modo sociorum suorum offensivis, et in ultima lectione quilibet pulcre et honeste recommandet socios more aliarum universitatum.

Quomodo cursores debeant legere.

Item baccalarii biblici et cursores legendo cursus suos aut bibliam inter alia ordinate et solide textum exponant et glosas notabiles declarent qualibet lectione unum capitulum finiendo secundum cursorie legendi modum in aliis universitatibus observatum. Deinde volumus, quod cursor-

legens in principio studii post sententiarios, si qui sunt, incipiat et lectiones suas usque ad vigiliam nativitatis Mariae virginis, etiam tempore vacantiarum aestivalium, continuet. Idem volumus de his, qui duos libros Sententiarum legunt alternis diebus; alii vero, quorum quilibet quotidie legit, finem habeant in vigilia apostolorum Petri et Pauli duos libros, ita quod regulariter tres lectiones fiant in die, scilicet magistralis et sententiarii ante prandium et lectio cursorum post prandium immediate vel hora vesperorum, prout facultas ordinaverit.

Quod baccalarii, sententiarii et licentiati habeant propria loca in scholis nostris.

Volumus, quod in disputationibus et aliis actibus scholae theologicae baccalarii sedeant in scamnis graduatorum secundum ordinem suum, ut puto cursores in tertio scamno, sententiarii secundo, in primo, quod est ad pulpetum, licentiandi vel eodem anno habentes tempus pro licentia. Nemo ergo scholarium theologiae, nisi sit rector universitatis vel praelatus vel illustris aut doctor in iure canonico, civili vel in medicina, sedeat in theologicis scholis in scamnis graduatorum, nisi sit ex speciali licentia et dispositione magistri praesidentis.

Quod baccalarii et licentiati ostendant sua facta magistris suis.

Ordinamus, quod baccalarii et licentiati suas positiones, determinationes, collationes et sermones ostendant decano facultatis vel magistro suo et stent consilio eius moderationi. Nec volumus quemquam de licentiatis, baccalariis aut scholaribus in nostra facultate publicum actum facere de praedictis, nisi ea, quae determinaturus aut praedicaturus est, prius examinata fuerint per aliquem de magistris nostris regentibus.

Quod omnes baccalarii, scholares et licentiati visitent disputationes facultatis et sermones.

Volumus, quod omnes baccalarii et qui legunt et legerunt Sententias et licentiati intersint disputationi cuiuslibet magistri, nisi rationabilem causam absentiae habeant, quam magistro disputaturo significare teneantur vel decano facultatis. Idem intelligimus de sermonibus, vesperiis et aulis. Item quod baccalarii procurent nec directe nec indirecte, quod tali vel tali die non legant, nisi super hoc favorem decani habeant.

De transgressoribus ordinationum facultatis theologicae, et quomodo supposita eiusdem ob inobedientiam, protervitatem vel superbiam per facultatem arceantur.

Volumus et ordinamus, quod volentes ad aliquem gradum in theologica facultate promoveri obedire decano et facultati in licitis et honestis sint astricti, quodque transgressores ordinationum facultatis vel alias inobedientes contra magistrum vel magistros, protervi vel superbi non promoveantur, nisi emendaverint se ad beneplacitum facultatis.

De his, quae a promovendis in facultate theologica solvi debent.

Ordinamus, quod promovendi facultati fideliter solvant pro oportunitatibus generalibus exponenda, et idem de sallario bidelli vel bidellorum intelligimus, sub poena a facultate infligenda, si fraus fuerit comperta. Ad id [*zu lesen* idem] teneantur sententiarii et cursores, qui hic non inceperunt, sed ab alia universitate supervenerunt, si recipi voluerint a facultate et eos recipere placuerit facultati. Ita videlicet, quod cursor solvat duos florenos Renenses facultati et unum florenum bidello vel bidellis eiusdem, sententiarius vero duos florenos Renenses facultati et unum florenum Renensem bidello vel bidellis, licentiatus autem in theologia solvat facultati tres florenos Renenses, bidellum vero vel bidellos honeste vestiat, dum inceperit, secundum facultatem suam vel eidem aut eisdem quatuor florenos Renenses det.

Titulus de sententiariis, quomodo debeant procedere.

Ubi in primis ordinamus, quod incepturi Sententias in congregatione facultatis petant promoveri ad gradum sententiariorum post cursus suos in studio Ingolstatensi aut alio studio generali facultatis theologicae pro gradu licentiae et magisterii debite peractos.

Quantum temporis exigitur, ut quis post cursum ad Sententias admittatur.

Volumus etiam, quod qui cursum finivit, ad unum annum exspectet, in quo ad legendum Sententias se diligenter praeparet, nichilominus lectiones magistrales et actus publicos visitet, nisi facultas aliud decreverit agendum.

Quid praesentandus ad Sententias debuit fecisse.

Item quod talis ante praesentationem ad Sententias post assumptionem suam ad cursum ad minus bis responderit in scholis studii huius. Item quod unum vel plures sermones post assumptionem ad cursus fecerit ad clerum universitatis Ingolstatensis pro exercitio sermocionandi, antequam ad Sententias admittatur, nisi in praemissis facultas ex certis causis aliter dispensando vel differendo duxerit circa hoc ordinandum. Item si non elegerunt magistrum vel careant electo, in studio isto eligere habeant magistrum regentem, ut de cursoribus supra scriptum est, sub quo si contingat eos continuare usque ad licentiam et magisterium incipere habeant et facta sua peragere et non sub alio, nisi de licentia prioris magistri, vel nisi ipse prior magister fuerit absens, ut infra tempus congruum haberi non possit.

De modo faciendi principia in Sententias.

Item ordinamus, quod in quolibet librorum Sententiarum faciat sententiarius egregium principium praemissa recommendatione sacrae scripturae per thema de biblia; in quaestionibus vero, quae subiunguntur in eisdem principiis, cum suis collegentibus honeste conferat sine verbis offensivis

honorem sibi mutuo deferentes more aliorum studiorum. Item quolibet die legibili, si concurrentem non habuerit vel in ordine suo, si habuerit, post lectionem magistralem unam distinctionem integram et non plus legere tenetur, nisi partem longioris adderet breviori et econverso, textum diligenter legendo et exponendo.

Quando sententiarius dicatur formatus baccalarius.

Ordinamus, quod facto tertio principio legens Sententias baccalarius formatus habeatur et sit; si vero finitis duobus libris in eo non steterit, quod tertium principium non fecit, ut in casu suspensionis lectionum ab universitate causa iniuriae vel alias, baccalarius formatus habeatur, etiam si suspensio duret per totum residuum tempus, per quod legere debuit; nec tenebitur postea illud tempus supplere, nisi causa exercitii hoc facere voluerit.

Nullus lecturam suam Sententiarum publicet.

Item quod nullus lecturam suam Sententiarum publicet aut communicet tradendo stationariis aut publice pronunciare faciat, nisi per facultatem examinata vel approbata fuerit.

De religiosis, quomodo admittantur ad gradus.

Item antequam aliquis religiosus admittatur ad lecturam, cursum bibliae, semel respondere habeat uni magistrorum publice, bis vero ante Sententias, et habita licentia a suo ordine, si petierit, in studio Ingolstatensi admitti et ad gradus promoveri potest, servatis saltem aliis, sicut seculares servare debent.

De baccalariis aliarum universitatum.

Item si aliquando baccalarius in hac universitate ignotus petierit se admitti in alia universitate ad Sententias admissus vel formatus, videantur litterae testimoniales et quomodo recesserit de sua universitate et quare; et iuret servare statuta et alia facere, quae sunt per noviter receptos facienda. Ac si in nostra universitate fuisset admissus, nolumus etiam propter talem aliquem de baccalariis, qui hic legerunt, postergari.

Titulus de licentiandis, quantum temporis exigitur, ut quis post finem Sententiarum ad licentiam admittatur.

Disponimus, quod illi, qui Sententias legerunt, antequam ordinarie de rigore tempus praesentandi ad licentiam habeant, duos annos ad minus teneantur in studio Ingolstatensi se exercere in opponendo, respondendo et sermocionando atque disputationes et lectiones magistrorum et principia baccalariorum visitando, prout tales actus ex dispositione facultatis requirunt, ut eorum scientia et mores certius comprobentur; et post qui ydonei comperti fuerint communi iudicio facultatis, ad gradum licentiae praesentari poterunt obtinendum, nisi ex specialibus meritis facultas duxerit super dicto tempore dispensandum.

Item quilibet baccalarius, cursor vel sententiarius quolibet anno baccalariatus usque ad licentiam suam semel respondere teneatur uni magistro

actu regenti in hoc studio vel tempore vacationum in collegio domini duci secundum consuetudinem aliarum universitatum.

Item quod nemo ad licentiam praesentetur, nisi quater responderi in. isto studio, bis ante Sententias et bis post principium factum in Sen tentias, semel in aula magisterii, si locum habere potuerit, et alias seme Item decrevimus, neminem promovendum esse ad gradum licentiae v magisterii in theologica facultate in studio Ingolstatensi, nisi quatuor libr Sententiarum ibidem aut alibi in universitate privilegiati studii complever pro forma.

Item ordinamus, quod tempore, quo aliquis examinatur ad licentian non fiat aliqua solemnitas aut conventus magistrorum aut quorumcunqu ad domum cancellarii; nec fiat ibidem finito examine aliqua potatio i communi, sed habito signeto consuetum est in aliis universitatibus, licentiandus iam de recipienda licentia certificatus det de vino ytalico speciebus doctoribus aliarum facultatum amicis et sociis venientibus a congratulandum ei in loco ameno vel in domo sua.

Item volumus, quod licentiatus determinationem suam, quam in ve periis facere habet, non legat per quaternum, sed ex corde prompte a profectum audientium et honorem facultatis pronuntiet; potest nihilomin propter memoriae labilitatem et facti prolixitatem quaternum pro memoria coram se in pulpito retinere.

Item quod in licentia et vesperiis et in doctoratu conformet se i actibus scholasticis facultati theologicae aliorum studiorum secundum for mam infrascriptam.

Item qui gradum licentiae in theologia hic contra praesentes ordina tiones eiusdem facultatis fuerit adeptus, non recipietur ad consortium facultatis.

Item si contingat baccalarios vel licentiatos ad deliberationem facul tatis vocari, deliberabunt ad honorem dei et facultatis nostrae, persona deliberantes in casibus odiosis aut alia quaecunque secreta facultati nostrae nullatenus revelando.

Juramenta specialia cursorum, antequam promoveantur.

Ordinamus, quod cursores per quinque annos audierint theologiam i isto studio vel studiis generalibus; hoc intelligimus, quod sine fraud audierint magistrum sententiarium et biblicum per maiorem partem ord narii, nisi rationabili de causa super his fuerit per facultatem dispensatu iniuncto tempore adhuc audiendi, vel aliquo tali in recompensam auditi nis neglectae, ita tamen quod audierint omnes libros Sententiarum et du cursus, unum in veteri testamento ad minus et alium in novo.

Item quod servent honorem et reverentiam facultatis theologicae a magistrorum eiusdem ad quemcunque statum pervenerint. Item quod contingat ipsos gradum adipisci baccalariatus, cursores sive biblici incip ant lecturam suam infra tempus a facultate sibi assignandum, et quo duos cursus de biblia quilibet eorum legat infra annum secundum assigna tionem librorum vel passuum a facultate faciendam. Item quod cursor seculares sive religiosi ad minus unum capitulum legant pro una lection

Juramenta sententiariorum specialia antequam promoveantur facultati praesentanda.

Primo quod audierint theologiam septem annis, nisi per facultatem de tempore dispensetur sufficientia in scientia et moribus tempus recompensante. Item si contingat illos gradum adipisci sententiariorum, incipiant Sententias legere infra tempus a facultate cuilibet eorum assignandum, et quod infra annum aut duos, prout facultas cum eorum quolibet disposuerit, finient quatuor libros Sententiarum cum quatuor consuetis principiis et collationibus, et non faciat aliquis secundum, tertium vel quartum principium, nisi librum praecedentem ordinate legendo finiverit; ita quod, qui prius fecit primum principium, prius faciat secundum; quod si neglexerit, sequens poterit principiare.

Item si quis in statu cursoris praedicta iuramenta communia cursoribus et sententiariis et observationem ordinationum facultatis non iuraverit, iurare habet omnia, quae nostri cursores et sententiarii iuraverunt.

De iuramentis graduandorum.

Iuramenta communia cursoribus et sententiariis, antequam promoveantur: primo iurent, reverentiam et honorem exhibere decano, secundo singulis magistris facultatis theologicae studii Ingolstatensis, tertio et bonum procurare facultatis, et quarto, quod iura, libertates, ordinationes, consuetudines laudabiles facultatis nostrae defendant, ad quemcunque statum pervenerint. Item iurent, statuta et statuenda fideliter pro posse et nosse observare. Item, cursum et Sententias in nulla alia universitate pro forma resumere. Item quod et attigerint vicesimum quintum annum suae aetatis. Item quod pacem et tranquillitatem inter seculares et religiosos et inter facultates conservent et procurent. Item quod doctrinas suspectas aut ab ecclesia prohibitas aut contra bonos mores aut piarum aurium offensivas non dogmatisabunt, et si quas audierint tales, infra decem dies episcopo ordinario aut decano facultatis revelabunt. Item si contingat aliquem eorum ex quacunque causa dicere aliqua in scholis aut aliis actibus publicis contra determinationes ecclesiae aut alias suspecta aut piarum aurium offensiva, quod in retractando, revocando et exponendo stabunt rationabili ordinationi facultatis.

Juramenta praestanda facultati ante praesentationem licentiae.

Ordinamus, quod licentiandi iurent, quod in hoc studio Ingolstatensi in facultate theologica ibidem incipient infra certum tempus per facultatem assignandum et sub magistris, quos elegerunt, nisi per dispensationem facultatis aliud obtinuerint.

Juramenta licentiandorum praesentanda ante receptionem licentiae.

Statuimus et ordinamus, quod licentiandi ante receptionem licentiae iurare teneantur primo sacrae romanae ecclesiae obedientiam, secundo quod cancellario universitatis Ingolstatensis magistrisque singulis theologicae

facultatis reverentiam et honorem deferent condecentem; tertio quod promotioni facultatis eiusdem ibidem, ad quemcunque statum venerint, fideliter intendant; quarto quod servabunt pacem et tranquillitatem praedictae universitatis, praecipue unionis inter quatuor facultates et religiosos et seculares; quinto quod gradum licentiae hic receptum alibi non reiterabunt neque resument; sexto quod aetatem triginta annorum ad minus compleverint; septimo quod in aula sua seu in festo magisterii theologicae facultatis non expendent ultra tria milia thuronensium argenteorum iuxta decretalis tenorem in clementina de hoc iuramento mentionem facientem; octavo quod nonnisi in hac universitate incipient actus magistrales theologicos cum receptione insignium magistralium, et quod post receptionem per unum annum in hac eadem universitate manebunt regentes exercendo magistrales actus, nisi ex causa legittima per dominum cancellarium et facultatem theologicam fuerit super hoc cum eis dispensatum. Item si quis indigeat dispensatione de aliquo praemissorum, dicat; et dispensabunt sub illa forma: Ego auctoritate Petri et Pauli apostolorum etc.

De iuramento aulandi.

Ordinamus, quod licentiatus aulandus in principio actus aulae in loco ad hoc deputato flexis genibus iuret, se reverentiam cancellario et magistris theologiae exhibiturum. Item iuret, quod cancellario praedicti studii fidele testimonium perhibebit de promovendis in facultate theologica, quando debite super hoc pro tempore apto per eundem fuerit requisitus. Item iuret, bonum universitatis istius et facultatis theologicae, ad quemcunque statum devenerit, procuraturum. Item iuret, quod gradum magisterii hic receptum alibi non reiterabit neque resumet.

Juramenta magistrorum facultati praestanda.

Ordinamus, quod non recipiatur aliquis magister alterius universitatis ad facultatem theologiae studii Ingolstatensis, nisi iuret, se servaturum statuta dictae facultatis ibidem publicata in congregatione magistrorum in theologia. Item quilibet novus magister vel qui hoc alias non iuravit, in primo introitu facultatis habet iurare quatuor infra scripta: primo reverentiam, honorem et bonum universitatis et facultatis; secundo quod si contingat ipsum audire a quocunque aliquid, quod sit contra sanam doctrinam et bonos mores, referre debeat infra decem dies decano vel locum eius tenenti; tertio quod fideliter deliberet et consulat secundum bonam conscientiam in factis suae facultatis, et secreta eiusdem, quae proponuntur celanda, non revelet nec deliberantes prodat. Item quilibet novus magister facta prima lectione eius post aulam teneatur disputare de resumpta, antequam disputet ordinarie.

Declaratio iuramentorum.

Item saluti animarum providentes declaramus, quod transgressores ordinationum facultatis, si ex contemptu aliqui eas fecerint aut moniti restiterint, periurii rei et non alias habeantur; sed alias [*zu lesen* aliter] poenas iuxta dispositionem facultatis cum indignatione eiusdem incurrant.

Reservatur potestas condendi et mutandi statuta facultati theologicae.

In suprascriptis vero statutis nostrae facultatis reservamus potestatem, absque requisitione universitatis ex causis rationabilibus, ubi oportunum eidem concorditer videbitur, dispensandi. Si autem ex circumstantiis rerum et varietate temporum in praedictis statutis quicquam variandum visum fuerit aut eisdem aliquid de novo addendum, facultas circa huiusmodi ordinare et statuere habeat, prout ei expediens videbitur; ita tamen quod ea, quae in additionibus, deminutionibus seu quibuscunque variationibus per facultatem decreta fuerint, non habeant vigorem statutorum, nisi per principem vel suos heredes, ut cavetur in privilegiis universitatis studii Ingolstatensis, sunt confirmata et approbata.

Confirmatio statutorum.

Statuimus et ordinamus, quod qui praeter vel contra tenorem statutorum facultatis theologiae in hoc studio approbatorum ad aliquem gradum dictae facultatis promotus fuerit, pro tali gradu ad actus theologicos publicos nec ad consilia universitatis vel facultatis tanquam membrum theologicae facultatis nullatenus ab universitate Ingolstatensi admittatur.

Titulus de modis procedendi ad licentiam in theologica facultate et deinceps ad magisterium.

Iste est ergo processus in promotione ad gradum licentiae in facultate theologica studii Ingolstatensis. Primo licentiandus accedat congregationem facultatis in habitu magistrorum facultatis artium supplicans, ut de voluntate magistrorum sit, quod praesentetur cancellario pro gradu licentiae examinandus; quo facto si magistri decreverint ipsum praesentandum, tunc praestitis iuramentis subscriptis praesentetur cancellario per magistrum suum regentem, ut cancellarius assignet diem examinis; qua assignata cancellarius habet committere uni de magistris in theologia, ut proponat ei puncta, scilicet duas distinctiones die duobus libris Sententiarum; una die, scilicet hora duodecima, et sequente die immediate iterum hora duodecima convocatis per cancellarium omnibus magistris regentibus facultatis proponantur coram cancellario et eis, omnibus aliis exclusis, examinanda puncta a magistro, qui habet ea proponere. Et lecta distinctione una a licentiando moveat magister proponens quaestionem circa materiam distinctionis et arguat ad utramque partem. Et responsione facta ad istam per licentiandum arguat magister proponens contra positionem suam et teneat ipsum, quamdiu voluerit. Consequenter arguat decanus facultatis, deinde alii magistri secundum senium suum. Et sic expedito primo puncto simili modo procedatur in puncto secundo; quo peracto cedat foras examinatus et statim eadem hora cancellarius audiat dispositionem cuiuslibet magistri super quatuor punctis examinis, quae sunt vita, scientia, eloquentia et spes proficiendi. Hoc supplicet magister examinati cancellario, quod si invenerit depositiones magistrorum pro ipso, quod velit in aliquo die convenienti ei mittere signetum, cuius tenor est: Magister vel frater N. veniatis die crastina tali vel tali hora ad ecclesiam beatae virginis ad

recipiendum licentiam in facultate theologica. Deinceps die et hora pe dominum cancellarium deputatis pro licentia conveniant idem dominus can cellarius, magistri et licentiandus vel licentiandi ceterique domini bacca larii et scholares solemniter ad locum pro licentia assignatum, ubi fact collatione recommendatoria per cancellarium vel unum de magistris i theologia, cui cancellarius commisit, et receptis a licentiando vel licen tiandis suprascriptis iuramentis dominus cancellarius per se vel per ma gistrum, qui collationem fecit, ipsi vel ipsis ob reverentiam dei et sedi apostolicae genu flectentibus det licentiam in hac forma: Ego auctoritat dei omnipotentis et apostolorum Petri et Pauli et apostolicae sedis, qu fungor in hac parte, do tibi vel vobis licentiam in theologica facultat legendi, regendi, disputandi et praedicandi atque alios omnes actus magi strales in eadem facultate exercendi hic et ubique terrarum in nomin patris et filii et spiritus sancti. Amen.

De vesperiis.

Post haec vesperiae licentiati sic fiant, quod per aliquot dies ant scilicet decem vel citra, licentiatus vesperiandus vadat una cum bidello pe domos omnium magistrorum portando eis titulos quaestionum quatuor, qua rum duae disputandae sunt in vesperiis et duae in aula, et tunc peta etiam unum de senioribus magistris, qui quaestionem suam ei proponat e etiam arguat contra eum. In vesperiis vero magister, sub quo vesperian dus incipiet, disputet quaestionem primam, ad quam respondeat unus curso vel baccalarius; et post magistrum arguant omnes baccalarii, sed tantur ad argumentum primi baccalarii respondetur sine replicatione. Et interi magistri in theologia ibidem congregantur. Deinde senior magister pro ponat quaestionem secundam vesperiando et declaret terminos in titul positos et arguat ad partes. Dehinc vesperiandus resumat quaestione cum argumentis hincinde factis et per longam determinationem pluriu articulorum et conclusionum ad eam respondeat. Deinde idem magist contra eum arguat et replicet pluries; et eodem modo alius magister d senioribus primum sequens arguat et replicet, et vesperiandus respondea Quo facto magister praesidens faciat collationem pro recommendatione ve periandi. Et sic erit finis illius actus.

De aula.

Die vero aulae omnibus congregatis cancellarius vel magister, su quo vesperiatus incipit, birretum ei imponat in signum magistralis statu et honoris dicens ei: Incipiatis in nomine patris et filii et spiritus sanct Ipseque statim ascendat cathedram, quo ad primum actum magistrale collationem faciat recommendando sacram scripturam. Et post hoc prop natur prima quaestio per ipsum disputanda per unum magistrum in art bus, qui scholaris sit in theologia in habitu magistrali, ad quam respo deat unus baccalarius formatus in theologia, contra quem primo argu magister incipiens, secundo magister, sub quo incipit. Post hoc unus senioribus magistris proponat quaestionem secundam, cuius terminos declar dans intellectum quaestionis et arguat ad partes, ad quam respondeat ma gister simpliciter iunior inter omnes, etiam magister proponens contra eu

arguat et replicet; post iterum alius de senioribus, si dici debet plena aula, eandem quaestionem proponat declarans alio modo terminos eius et improbans declarationes datas a priore quantum potest, ad quam respondeat penultimus magister quoad minores, qui etiam contradicat dictis prioris magistri respondentis quantum potest vel assertive vel arguitive, et contra eum non instetur; sed cum ipse posuit conclusiones suas, totus actus finitus est, sed magister de novo incipiens dicat grates omnibus praesentibus, et sic vadunt ad prandium et sic est finis. Sequenti vero die immediate vel mediate novus magister legat primam lectionem suam, et tunc assumpto priori themate iterum proponat quaestionem, ad quam ipse respondit in vesperiis, et si instant aliquae rationes solvendae factae per aliquem vel aliquos praecedentes vel sequentes, illas solvat et contra eos replicet sua dicta confirmando. Post hoc deo et toti curiae coelesti omnibusque suis benefactoribus vivis et defunctis agat gratiarum actiones. Dehinc post principium studii sequentis anni vel quandoque prius disputet quaestionem de resumpta, et tunc ad eandem quaestionem, quam in aula disputavit, ei respondeat unus cursor vel baccalarius, contra quem post eum arguant omnes baccalarii formati; sed tantum primo respondetur. Post hoc idem magister eandem quaestionem per conclusiones et propositiones determinet et resolvat obiectiones aliorum secum concurrentium, si quae restant. Et sic est complete finis, et ipse novellus magister dicitur magister resumptus.

Nr. 8.

(S. Band I. S. 67.)

Archiv d. Univers. B, III. *Ende Juni* 1475.

Ludwig von gottes genadn pfaltzgrave bey Rein hertzoge in Nidern und Obern Bairn.

Unsrn grus zuvor, wirdiger und ersamen lieben getreuen. Alls ytz der ersam hochgelert unser rat und lieber getrüer doctor Fridrich Mawrkircher aus dem bäbstlichen hof zu uns anhaim komen ist, sein wir under anderm von im bericht, wie er sich sovil erkundt hab, das die drey bulln den conservator, die absentz und leges zuhörn antreffend bey den 200 Ducaten zuerlangen, wann nw solh bullen gemeiner universitet wol dienten, auch üch gut nutzlich und erlich waren, so wollt uns gut bedunckhen, das umb solh gellt gedacht und damit bemellt bullen zuwegen brächt; so ir dann das gellt hettet, sind wir geneigt, üch mit weyter fürdrung zuerspriessen, dieselb bullen umb mynder gellts oder aufs leychtist zuerlanngen. Datum Landshut an mitwochen vor Johannis Baptistā, anno 75.

Nr. 9.

(S. Band I, S. 80.)

Archiv d. Univ. D, III, Nr. 1, f. 91 v.

Die Jovis ultima mensis Julii [1475].

Coram magnifico domino Nicolao de Ratisbona almae universitatis Ingolstatensis rectore comparuit magister Jo. Tolhopf decanus artium viae realistarum pro se ac nomine totius facultatis dictae. Coram praefato domino rectore proposuit per venerabilem virum magistrum Kilianum in theologia licentiatum: Quia in universitate Ingolstatensi facultas artium habet unum votum, sed quia magistri modernorum plures sunt numero, quam viae realistarum, quare id, quod promovere volunt, promovent, quod abiicere volunt, abiiciunt, quia de suis votis concludunt propter pluralitatem votorum suorum et exinde censetur factum, ac si per totam facultatem artium fuisset conclusum.

Item secundo dicit, quod maxime in consilio artium praeiudicium patientur, quia illi non ad honores nec ad lucra suscipiuntur, ut exemplificat in causa, quia nullus est ex eis electus in electorem rectoris.

Item quod ipsi de via moderna possunt promovere doctores, prout promovent apud principium, et sic eos allicere atque favores acquirere plurimorum.

Item posuit, quod etiam ille modus sit honerosus ceteris facultatibus, cum plures in consilio inutiles tardent quandoque vota sua, de quo et odium recipiunt doctores aliarum facultatum. Item ponit, quod etiam sit nocivus universitati, quod ita deduxit, quia cum de correctione scolarium tractatum fuit, pluries antequam oriretur exierit consilium id.

Item ponit, quod etiam sit nocivus scolaribus, quia saepe contingit, quod plures in hebdomade fiunt consilia universitatis et consequenter scolares interim carent exercitiis.

Ex adverso eodem die comparuit coram praefato domino rectore magister Henricus Hopfenstat vicedecanus artium viae modernorum, qui suo ac vice et nomine totius facultatis petivit sic, articulos et monita magistrorum de via antiqua per venerabilem virum magistrum Kilianum vice ac nomine facultatis eorum proposita in scriptis tradi; secundo protestati sunt, quod se per illam vel quamcunque comparitionem eorum non submittant ampliori dominorum doctorum potestati, quam eis in literis principis est concessa sive commissa.

Insuper eodem durante auditorio comparuit magister Kilianus vice et nomine quibus supra; respondet, se quidem non velle contradicere copiae.

Decretum est, quod a tempore praesentationis copiae propositorum per magistrum Kilianum nomine facultatis propositorum ipsi de via moderna infra quindenam in scriptis respondeant.

Nr. 10.

(S. Bd. I, S. 80.)

Archiv d. Univ. O, I, Nr. 1, f. 8.

Item anno 76 die Viti martyris vel prope baccalarii viae modernae fere 50 proposuerunt apud serenissimum dominum principem Ludovicum ad minus sex articulos contra Carolum Fromont tunc vicecancellarium ... Et sunt in summa hi: Primus, quod fuerit seminator discordiae; secundus, quod locaverit magistrandos aliter, quam debuit, et minatus fuit, se velle eos magistrandos futuro iniquius locare; tertius, quod Carolus distulerit locationem plus debito et coegit licentiandos ad plus dandum, quam 1 fl. renensem; quartus, quod recepit iuramentum a licentiandis iniuste et inique, ut velint esse contenti in locis, quae ipse illis assignabit; quintus, quod ipse velit eligere examinatores et illis deferre iuramentum secundum sui placitum; sextus, quod nominatus sit fur. Omnibus articulis auditis et probatis dominus cancellarius dicti principis in praesentia doctoris Kiliani [*d. h.* Pflueger] tunc rectoris, domini doctorum Johannis Parreut, Reglsdorffer et reddituarii in Alta Bavaria, iniunxit Carolo et mandavit eidem nomine principis, ut nec viae nostrae nec alicui de via nostra detrahat unquam, nec locabit licentiandos aliter quam ante per examinatores sunt locati, nec quemquam stringet iuramento ad aliquid, quod esset contra statuta nostra, non debet differre locationem plus debito ultra petitionem licentiandorum nec exigere sive directe sive indirecte nec recipere plus medio fl. ren. ab aliquo magistrando, non licet eligere examinatores vel temptatores nec electos ad quicquam faciendum stringere. Item non attemptet vindictam neque iure neque sine iure nec directe nec indirecte cum omnibus clausulis communibus contra aliquem baccalarium scolarem magistrum aut quempiam alium illius accusationis occasione. Quodsi contravenerit alicui eorum, deponetur Carolus a lectura et officio vicecancellariatus nobis saltem conquerentibus, prout dominus princeps promisit. Statuta vero, contra quae prohibitus est agere vicecancellarius, ego dictus Wolfgang Federkiel tunc decanus tria praesentavi ipsi Carolo in octava factae querelae, praesentibus magistro Johanne Eysteter, Friderico Prantsteter de Divite Hallis baccalario et quibusdam aliis scolaribus et item domino doctore medicinae Erhardo de Basilea.

Nr. 11.

(S. Bd. I, S. 81.)

Archiv d. Univ. O, I, Nr, 1, f. 8:

Acta et decreta facultatis viae modernae sub secundo decanatu Wolfgangi Federkiel. Aestate 76. Quarta die angaria penthecostes facta prima congregatione facultatis conclusum fuit ab eadem, quod statuantur duomagistri lectores textuum ad beneficium calami, quibus dabitur pastus et a facultate et ab audientibus scriptoribus secundum dispositionem decani et suorum assessorum; quibus duobus libris finitis statuantur iterum et totiens iidem vel alii secundum dispositionem decani et suorum assessorum,

quousque omnes textus ad gradum baccalariatus et magisterii audier fuerint sufficienter pronuntiati.

Item ut ad proximam futuram mutationem cogantur scolares baccalarii ad minus tres habere unum textum in qualibet eorum lectioi quod ita se complevisse iurabit quisque in congregatione facultatis aı admissionem ad examen.

Item pro legendis textibus fuerunt primi electi magister Wolfga Oeder pro Veteri arte, Petrus Kesching pro Parvis naturalibus, post magister Johannes Engel pro Phisicorum, Cristofferus Heilmair de M purg pro Posteriorum, postea magister Hainricus de Crewtznach pro Ele chorum, Egidius de Aybling pro quaestionibus Methaphisicae.

Ebend. f. 9:

His itaque supradictis omnibus conclusis hanc primam, ut infra poı tur, decretorum pronuntiationem fecit et publicavit die Colomanni ei temporis decanus [Wolfg. Federkiel] per singulas bursas.

Primo vult nostra facultas ex consensu et beneplacito serenissimi d mini principis Ludovici huius universitatis Ingolstatensis fundatoris, qu quilibet scolaris volens studere in artibus habeat omni die non festo du resumptiones a magistro vel a magistris, unam in grammatica hora 1 die vero jejunii hora 10, et alteram in logica hora 7 mutatione hyemı et 6 aestivali. Quotienscunque vero aliquis resumptionem de praedic neglexerit, cogetur dare poenam 4 den. suo resumptori et non admittet ad examen pro gradu baccalariatus nec magisterii, nisi sufficienter in facu tate docuerit, se dictas resumptiones diligenter continuasse ad minus p tres mutationes vel quamdiu hic steterit intitulatus a tempore denunti tionis harum constitutionum. Obtulerunt autem se ultro magistri resum tores scolaribus pro hac instanti mutatione hyemali, videlicet Hainric Hopfenstat, Joh. Erlpach, Georgius de Salzburga, Egidius de Ayblin Hainricus Krewtznach, Joh. Morgenstern, Joh. Engel, Petrus de Keschin Leonhardus Swenber, Caspar Krewspeck, Joh. Ramlspach de Frisinga, quorum quolibet iam primo 7 scolares ex integro soluturi possent cape resumptiones et non plures, quousque quilibet dictorum magistrorum h buerit 7 audientes; tunc primum, si plures aderunt scolares, sese ad d versos magistros adiungent ita, quod nunquam unus magister excedat aliu numero audientium plus quam in uno.

Secundo vult eadem artium facultas ex consilio dicti domini princ pis, quod quilibet baccalarius dans operam artibus habeat omni die no festo unam resumptionem in philosophia naturali a magistro hora 7 mut tione hyemali, 6 in aestivali, sub poenis supradictis. Et sunt magist sex, qui volunt resumere baccalariis pro hac mutatione, sc. Paulus Ru landt de Novoforo, Wolfgangus Oeder, Leonhardus Wind, Jeronimus Perne Hainricus Nestl, Cristofferus Heilmair de Mospurg, quorum quilibet pote primo capere 9 baccalarios solventes eo pacto, quo supra dictum est d 7 scolaribus. Sed ut ad maiorem commoditatem audientium omnes dicta resumptiones fiant et sine intermissione, posita est etiam poena ipsi magist resumptori, qui pro qualibet resumptione neglecta in hora statuta dabit grossos facultati, quos accipiet decanus de eisdem facultati rationem fac turus; et nullus magister admittetur ad resumendum his statutis horis

nisi antea praestet fidem decano, quod velit diligenter pro utilitate audientium resumere et recipere poenas negligentium in effectu. Pastus vero pro his resumptionibus magistris debitus determinabitur a decano et suis consiliariis primum in fine mutationis, ubi verius cognosci potest, quantum cuique debeatur, ne vel auditorem vel doctorem contingat adgravari; potestis enim elaborare omnes ex utraque parte, ut auditores sint tot, quod satis erit 3 β dl. dari pro una resumptione per totam mutationem, et eo ipso dato magistros resumptores longe magis esse contentos, quam si nunc in ea paucitate, qua estis, daretis 5 β dl.; observabit idcirco resumptor quisque suos auditores, ut sciat, ubi pro laboribus praemium fine mutationis sit accepturus. Incipient itaque omnes dictae resumptiones simul, mutatione quidem hyemali die Colomanni vel proxima; . . . tempore vero aestivali incipient proxima die post Johannis ante Portam, h. e. 14 die post Georgii vel die immediate sequenti.

Tertio ordinat serenissimus dominus princeps et artium facultas antedictu, ut saepenominati auditores has institutas resumptiones suis magistris facilius persolvant et publicas lectiones commodius audiant, absoluti et liberati sunt scolares futuro ab auditione trium ordinariorum exercitiorum et a solutione pastuum eorundem; et dabitur futuro pro lectione Parvorum logicalium tantum 1 fl. ren., de Veteri arte 3 β dl., pro Phisicorum similiter 1 fl. ren.; sed de prima parte, ut utilius auditoribus legatur, dabuntur 40 dl.; ab exercitio autem Priorum depositi sunt 4 grossi, et habebit futuro pastum dumtaxat 6 gross., cui additum est aliud exercitium audiendum, sc. Elenchorum pro eodem pastu, sc. 48 dl., ut scolares magis fundamentales et textuales in solvendis paralogismis et ad ipsa scripta dialectica discenda efficiantur. Ceteri vero libri et legentur et solitum tenebunt pastum, quem prius habere consueverunt. Baccalarios vero non oportebit futuro ad gradum magisterii audire libros de Coelo et Mundo, Theoricas planetarum, Arithmeticam generalem, ulteriores libros Topicorum et exercitium Ethicorum nec eorum solvere pastus; dabunturque pro primis quatuor libris Topicorum solum 4 grossi et pro exercitio Posteriorum tantum 8 gr., quod antea exquirebat 10. Ut autem domini baccalarii textibus magis adhaereant et ipsi scientiae divinae, ordinatum est, ut audiant omnes decem libros Ethicorum legi et totam Methaphisicam Aristotelis, quae legi consuevit, exercitari; de lectionibus vero omnium decem Ethicorum pastus erit 1 fl. ren., de exercitio Methaphisicae 1 fl.; ceterum vero libri tam Methaphisicae quam alii, qui pro baccalariis legi et exercitari consueverunt, solitum priorem habebunt pastum.

Quarto placuit praefato domino principi et nostrae facultati, ut artium discipuli huius universitatis quietius copiosiusque litterarum studio insistere possint et minus confuse debitas ipsis publicas lectiones et exercitia audire, tribus dumtaxat in die horis et hoc ordine omnes lectiones et exercitia fiant: In mutatione hyemali hora 8 legentur pro scolaribus diligenter et commode per declarationem textuum simul Parva logicalia, Vetus ars et Phisicorum, mutatione vero aestivali identidem sit hora 7. Pro baccalariis vero horis eisdem mutatione hyemali hora 8 leguntur omnes decem libri Etbicorum, in aestivali libri Methaphisicae, qui et exercitabuntur hora 3. Hora vero 11, quae die ieiunii commutata est in 3, omni

mutatione semel legetur pro scolaribus primo prima pars Alexandri per 16 septimanas et postea eadem hora secunda pars Alexandri per 8 septimanas. Sed pro baccalariis eadem hora, sc. 11, primo legentur libri Posteriorum per 6 septimanas, post primi 4 Topicorum per 6 septimanas, et ultimo libri Metheororum per 12 septimanas. Tertia vero et ultima hora legendi est hora 1 post meridiem, in qua legentur pro scolaribus primo libri Elenchorum per 8 septimanas, postea Obligatoria per 2 septimanas, deinde Algorismus per 2 septimanas, tum Euclidis primus per 2 septimanas, insuper Sphaera materialis per 6 septimanas, ultimo libellus de arte epistolandi per 4 septimanas. Sed pro baccalariis eadem hora 1 primo legentur libri de Generatione et Corruptione per 8 septimanas, postea de Anima per 10 septimanas, ultimo Parva naturalia per 6 septimanas. Exercitia vero scolarium solum duo sunt, sc. Priorum et Elenchorum, quae publice, ut antea mos fuit, hora 5 aut in ieiunio hora 4 disputabuntur. Baccalarii sua priora servabunt exercitia Posteriorum et de Anima solitis horis disputanda praeter deletum exercitium Ethicorum, loco cuius audietur exercitium Methaphisicae hora 3, ut ante praemisimus.

Ne itaque in his audiendis lectionibus ipsi auditores vane tempus, impensam et operam perdant neve ipsorum lectores minus utiliter legant, additum est ultimo per saepedictos serenissimum dominum principem et nostram facultatem, ut omnes auditores lectionum, baccalarii et scolares, in qualibet earum lectionum semper ad minus tres unum habeant textum eiusdem lectionis, in quo diligenter attendant, ut ex eo fructum lectionis capere possint, quod quidem se ita complevisse iurabunt in congregatione facultatis, antequam ad aliquem gradum in artibus admittentur, praesertim in his libris, qui ante eorum submissionem sunt ad calami beneficium pronuntiati. Quodsi qui comperientur illud non ita, ut iubetur complevisse, non admittentur ad examen pro aliquo in artibus gradu.

Nr. 12.

(S. B. I, S. 71.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 3, f. 16 r.

Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, die vero vigesima quarta mensis Aprilis dominus decanus ceterique domini doctores concilii facultatis theologicae praeclari studii Ingolstatensis legittime et consiliariter congregati in aula magna collegii universitatis attendentes multiplices labores tempore receptionis magistralium insigniorum ipsis dominis doctoribus in vesperiis et aula in eorum facultate promovendorum incumbentes, quodque eis huiusmodi labores irrepensos subire grave sit, ergo doctores ipsi circa easdem solemnitates requisitas labores suos impendere benevolentiores reddantur gratitudinemque condignam consequantur, concorditer unanimique voto duxerunt decerni et concludi decreveruntque et concluserunt in modum sequentem.

Primo quod de cetero quilibet doctor facultatis theologicae quaestionem in vesperiis cum declaratione terminorum proponens unum a vesp[illegible]perando habere debeat florenum Renensem.



Item decreverunt et concluserunt, quod quilibet doctor praefatae facultatis in vesperiis arguens ab ipso vesperando medium habeat florenum Renensem.

Item decreverunt et concluserunt, quod quilibet doctor praedictae facultatis in aula proponens vel respondens ad quaestionem contradictionis a quolibet aulandorum unum habeat florenum Renensem.

Item decreverunt et concluserunt, quod doctori patri vel promotori ab ipso promovendo ad minus tres cedant floreni Renenses; nulli tamen manus praecludetur, secundum exigentiam honestatis eius plus elargiendi.

Nr. 13.

(S. Bd. I., S. 82.)

Archiv d. Univers. B, I, Nr. 12, p. 67.

Sequuntur articuli ordinationis cuiusdam per illustrissimum principem universitatis nostrae fundatorem factae, qua diversas vias, realium videlicet et modernorum, in facultate artium pacificavit et controversias sedando in unum redegit.

Ludwig von gottes genaden hertzoge in Nidern und Obern Bayern etc.

Nachdem sich bisher zwischen den maistern des alten und newen wegs der artisten facultet irrung gehalten, die wir vormals hinzulegen understanden auch ettliche gescheffte und ordnung an sy lanngen lassen, die sy aber bisher nit angenomen noch zu fortgangk bracht haben, so nu soliche irrung zwischen ir uns gantz unleidenlich sein wil, und wo wir die in gedult setzten, möcht unser universitet, die wir doch mit grosser müe und costung zu wegen bracht haben, gantze zu rüttung bringen auch sonst in ander wege vil unrats darauss erwachsen, darumb uns gebürt, weitter in die ding zu sehen und ein bestenndelich wesen zu bringen,

Also setzen und ordnen wir, das es hinfür gehalten werde wie hernachvolget,

Nemlich das der alt und new wege der artisten hinfür ain facultet sein und beleiben sol und das sich die maister von einander nicht sündern allain gantz ains ainigen wesens halltn und kain weg mer dann den andern loben noch fürdern, auch kain maister dem andern understeen sein schuler zu entziehen weder haimlich noch offennlich, sunder es sol in ains yglichen freyen willen steen welichen wege er lernen wolle.

Item die gantz facultet beder wege soll ainen dechant ainen rate und ain gellt, auch yeglicher maister sein aigne stym haben, und so sy ainen dechant erwelen wollen das sol auf ir yglichs aide den tauglichsten zuerweln geschehen. Welicher dann also durch sy all oder dy maisten zu dechant erwellt wirdet, der sol alsdann die nagstvolgenden mutation das ist ain halbs jar dechant sein und beleiben, auch macht habn all sachen zu hanndln und zutun das ainem dechant zugehört.

Item es sollen ain [*am Rande steht* zway] mal im jar maister und vier mal baccalarien und alleweg auf sein geordnete zeit gemacht und damit in alle wege gehalltn werden nach lautt der statut, auch zu ainer

ygliohen zeit in sunderhait vier ungeverlich und die tuglichesten maister durch der gantzen facultet maister erwelt werden die tentamina und examina zuvolbringen, Und welche vier maister sy sein des alten oder newer wegs durch die maister all oder den merern tail erwellt werden, die solln also dann mitsambt dem dechant macht habn die schuler zuverhörn und zuversuchen und fürtter zu ir yglichs stande mit inen hallten und hanndeln wie sich dann nach ordnung der statut geburt, und kainerlay geverlichkeit darinnen suchen.

Item yeglicher maister darzu geordent mag seinen wege lesen und disputiren ungeirret der andern.

Item wir wollen das alle andre stuck gehalltn werden nach lautt und anzaigung der vorausgegangen statut. Actum Ingolstat am montag nach sontag Reminiscere Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

Johannes Altenbeck
notarius publicus.

Nr. 14.

(S, Bd. I, S. 82.)

Archiv d. Univers. B, I, Nr. 12, *unpaginirtes Blatt vor pag.* 1.

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo indictione undecima pontificatus sanctissimi in christo patris ac domini nostri Sixti divina providentia papae quarti anno octavo, die vero vicesima prima mensis novembris in notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum et specialiter rogatorum praesentia personaliter constitutus venerabilis vir dominus Georgius Hiltmansperger de Salisburga artium liberalium magister inclitae facultatis artium almi studii Ingolstatensis decanus in medium exhibuit quandam papiri chartam foliatam ipsius facultatis ordinationes et statuta per eandem facultatem condita et maturo consilio facta per illustrissmumque principem et dominum Ludovicum comitem palatinum Rheni bassae altaeque Bavariae ducem praedicti studii fundatorem magnificum secundum continentiam eiusdem studii privilegiorum approbata et confirmata, ut asseruit, in se continentem, petens et requirens me notarium publicum infrascriptum facultatis nomine, quatenus eadem statuta in ordine quodammodo confuse postea sub congruis rubricis seu titulis, quibus singuli articuli eorundem statutorum in tractatibus facultatis rempublicam concernentibus suo ordine facilius et expeditius inveniri possent, transsumerem et in formam autenticam ornatius redigerem, ad quod faciendum eadem statuta mihi tradidit. Actum Ingolstat Eystetensis dioecesis ibidem in bursa solis nuncupata in posteriore stubella habitationis praefati domini decani sub anno, indictione, pontificatu, die et mense, quibus supra, praesentibus ibidem honorabilibus et scientificis viris dominis Henrico Nestel et Leonardo Swenckner artium magistris Eystetensis et Augustanae dioecesis testibus vocatis et rogatis.

Et ego Johannes Altenbeck clericus Frisingensis dyoecesis publicus sacra imperiali auctoritate ac celeberrimi studii Ingolstatensis notarius

iuratus supradictorum statutorum transsumptionis et autenticae redactionis petitioni ac traditioni omnibusque aliis et singulis, dum sic ut praemittitur fierent et agerentur, unacum praenominatis fide dignis testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi. Idcirco hoc praesens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, publicavi, ipsaque statuta diligenter et fideliter transscriptione transsumpta absque eorundem substantiae seu intellectus penitus variatione in octuaginta septem articulos cum suis aptis rubricis infra positos in autenticam formam redegi ipsumque evidens instrumentum signo meo solito unacum nominis mei subsriptione apposito signavi. In fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus et specialiter requisitus.

Hierauf folgen (von pag. 1 an) die Statuten selbst. Ein Wiederabdruck ist überflüssig, da sie im Ganzen mit den bei Mederer (Cod. dipl. p. 69—94) *abgedruckten älteren Statuten übereinstimmen; nur ist in der neueren Redaction einerseits die Reihenfolge der einzelnen Paragraphen eine weit planmässigere, und andrerseits ist in Folge der vom Herzog Ludwig angeordneten Vereinigung der bis dahin gespaltenen Facultät (s. Urk. Nr. 13) überall sorgfältigst das Wort* „facultas artium“ *gesetzt, wo in den früheren Statuten von* „via antiqua et moderna“ *oder von* „utraque via“ *u. dgl. die Rede gewesen war.*

Ich beschränke mich daher auf eine Parallel-Gegenüberstellung der beiden Redactionen, wobei ich die Reihenfolge der Paragraphen beider angebe und, um das einer jeden Eigenthümliche hervorzuheben, auch dasjenige mittheile, was der späteren Redaction allein angehört, und ausserdem jene Paragraphen, in welchen die erwähnte Wort-Aenderung erscheint, mit [†] *bezeichne.*

	Statuten v. 1472 bei Mederer p. 69—94.		**Statuten** v. 1478 im genannten Cod. d. Univ.-Arch. p. 1—34.
(p. 69)	*Kurze Vorrede* (= *Cod. p. 1, Nro. 1*)	(p. 1)	1. *Kurze Vorrede* (= *Mederer* p. 69.)
	De his, quae ad laudem dei et cultum divinum noscuntur pertinere (= *Cod. p. 1, Nro. 2*)		2. De his, quae ad laudem dei omnipotentis et cultum eius dignoscuntur pertinere (= *Med.* p. 69.)
(p. 70)	De anniversario suppositorum (= *Cod. p. 2, Nro.* 3 [†])	(p. 2)	3. De anniversario suppositorum (= *Med. p.* 70 [†])
	De duobus consiliis habendis (*ist in Cod. p. 3, Nro. 6 durch einen anderen Paragraphen ersetzt.*)	(p. 3)	4. De suppositis facultatis artium intitulandis (= *Med. p.* 81 [†])
	De conclusis observandis (= *Cod. p.* 4, *Nro.* 8 [†])		5. De studio et lectione die festo fiendis (= *Med. p.* 89)
(p. 71)	De arca et qualitate sigilli (*ist völlig verschieden im Cod. p. 5, Nro.* 10.)		6. De uno concilio habendo (*vgl. Med. p.* 70). *Lautet:* Verum cum supradicta facultas quaedam conciliariter

De electoribus decanorum et officio ac potestate eorundem (= *Cod. p.* 6, *Nro.* 11 [†]).
De officio decani (= *Cod. p.* 7, *Nro.* 16 [†]).
(p. 72) De tempore electionis decanorum (= *Cod. p.* 6, *Nro.* 12 [†]).
De poena electi non assumentis decanatum (= *Cod. p.* 6, *Nro.* 13 [†]).
De iuramento decani (= *Cod. p.* 6, *Nro.* 14).
De diligentia decani (= *Cod. p.* 8, *Nro.* 17).
(p. 73) Ad quid quilibet decanorum teneatur (*unter verändertem Titel* = *Cod. p.* 7, *Nro.* 15 [†], *auch ist gegen das Ende dieses Paragraphen Mederer's Abdruck aus dem Cod. folgendermassen zu ergänzen und zu berichtigen:* ......requirere et sublevare, in quo concilium praedictum et etiam tota facultas, si necessitas exegerit, cum officio sibi assistere debet etc.)
De modo concludendi (= *Cod. p.* 5, *Nro.* 9).
De poena decanorum (= *Cod. p.* 8, *Nro.* 19 [†], *es ist nemlich am Anfange des Paragraphen im Cod. der Wochen-Wechsel der beiden viae und auch der letzte Satz des Paragraphen gestrichen.*)
De habitu decanorum (= *Cod. p.* 8. *Nro.* 18).
(p. 74) De salario a promovendis debito (= *Cod.p.*9, *Nro.*20 [†].)
De receptore pecuniarum (= *Cod. p.* 9, *Nro.* 21 [†]).
De locis decanorum (*erscheint im Cod. nicht mehr, da ja die Zwei-Zahl der Decane aufgegeben ist*).

tractare habeat negoti
lumus, quod facultas
habeat unum conciliu
quod magistri eiusde
cultatis universitatique
porati et nulli alii rec
tur, praestitis tamen
ab eisdem iuramentis,
in privilegio dicti
ducis universitati co
de consiliariis univer
inseruntur, quodque q
eorum obedientiam
suo pro tempore et eiu
cessoribus exhibeat.
(p. 4) 7. Forma iuramenti
mendi ad concilium
schieden von Med. p.
Lautet: Ego N. promi
iuro vobis decano fac
artium et vestris succ
bus canonice intrantib
verentiam et obedienti
licitis et honestis et s
statuta et statuenda fa
tis eiusdem pro pos
nosse. Item iuro, quo
tienscunque in decanu
examinatorem promo
rum in artibus vel a
gisterium vel baccala
electus fuero, velim ad
eos, qui mihi secundu
scientiam meam vide
digni, et eiicere eos, q
secundum conscientiae
dictamen videbuntur i
Item promitto et iuro,
ipsi decano vocatus ab
causis facultatem ta
bus fideliter consulam e
opportunum extiterit, c
cano in iudicio sede
sententias secundum
intelligentiam meliore
vabo promulgare, et
secreta consilii facult
ea, quae in consilio fa

De examinibus (= *Cod. p.* 10, *Nro.* 24 [†]).
De bursis solemniter visitandis (= *Cod. p.* 9, *Nro.* 23 [†]).

p. 75) De promovendorum excedentium denuntiatione (= *Cod. p.* 11, *Nro.* 26).
De locis magistrorum (= *Cod. p.* 21 *Nro.* 55).
De disputatione ordinaria (= *Cod. p.* 22, *Nro.* 57 [†]).

p. 76) Quis obligatus sit disputare (= *Cod. p.* 22, *Nro.* 58 [†]).
De habitu familiari magistrorum (= *Cod. p.* 21, *Nro.* 56).
Ne magister actum scholasticum sine habitu faciat (= *Cod. p.* 23, *Nro.* 62).
De inchoatione disputationis ordinariae (*in Cod. p. 22, Nro. 59 durch einen anders lautenden Paragraphen ersetzt*).
De regentia magistrorum (*in die spätere Redaction nicht aufgenommen*).

(p. 77) De novellis magistris in artibus (= *Cod. p.* 23, *Nro.* 61).
De visitandis disputationibus (*in die neue Redaction nicht aufgenommen*).
De librorum legendorum distributione (*ebenso*).

(p. 78) De pronuntiationibus et resumptionibus publicis (= *Cod. p.* 23, *Nro.* 60 [†]).
De qualitate bursam regentis (= *Cod. p.* 25, *Nro.* 65).

celanda proponuntur, non revelabo.
8. De conclusis observandis (= *Med. p.* 70 [†]).
(p. 5) 9. De modo concludendi (= *Med. p.* 73).
10. De archa et qualitate sigilli (*völlig verschieden von Mederer p.* 71). *Lautet:* Deinde ordinamus, quod praedictum concilium habeat archam communem et speciale sigillum, in cuius medietate sit imago invictae virginis Katherinae, ad cuius pedes arma domus Bavariae ponantur; in circumferentia autem eiusdem sigilli scriptum sit: Sigillum facultatis artisticae Studii Ingolstatensis.
(p. 6) 11. Statuta concernentia electionem, iurisdictionem et potestatem decani (= *Med.* p. 71 [†]).
12. De tempore eligendi decanum (= *Med.* p. 72 [†]).
13. De poena electi decanatum non assumentis (= *Med.* p. 72 [†]).
14. De iuramento decani electi (= *Med.* p. 72).
(p. 7) 15. Infra quod tempus decanus statuta publicare teneatur (*unter anderem Titel* = *Med.* p. 73 [†]).
16. De congregationibus per decanum faciendis (*ebenso* = *Med.* p. 71 [†]).
(p. 8) 17. De diligentia decani circa cultum divinum et actus scholasticos ornate fiendos (= *Med.* p 72).
18. De habitu per decanum deferendo (= *Med.* p. 73).
19. De poena decani disputationem ordinariam negligentis (= *Med.* p. 73 [†]).

De modo regendi bursam (= *Cod. p. 25, Nro. 66; nur ist hier weggelassen, dass der Vorstand, so oft er wolle, die Zimmer der Bursalen visitiren könne*).

(p. 79) De bursa claudenda (= *Cod. p.* 27, *Nro.* 68 [†]).
Ad quid examinatores teneantur (= *Cod. p.* 10, *Nro.* 25).

(p. 80) Sub quo magistro determinare debent promovendi (= *Cod. p.* 17, *Nro.* 47 [†]).
Iuramentum recipiendi in consilium facultatis artium (*eine hievon abweichende Redaction mit Unterscheidung des* „consilium" *und des* „gremium" *der Facultät im Cod. p. 4, Nro. 7 und p. 25, Nro. 64*).
De moribus promovendorum (= *Cod. p.* 11, *Nro.* 27).

(p. 81) De vigilantia conventorum erga ludentes (= *Cod. p.* 32, *Nro.* 79).
De conclusionibus concludendis per conventorem (= *Cod. p.* 32, *Nro.* 80).
De suppositis viae modernae intitulandis (*unter nothwendiger Aenderung des Titels und mit Wegglassung desjenigen, was die Doppelheit der viae betrifft,* = *Cod. p.* 3, *Nro.* 4).

(p. 82) Quod pauperes non spolientur in non possessis (*unter Aenderung des Titels* = *Cod. p.* 15, *Nro.* 40 [†]).

(p. 9) 20. De salario concilio decano a promovendo debi (= *Med.* p. 74 [†]).
21. De receptore pecuni rum et conservatore earunde (= *Med.* p. 74 [†]).
22. De citatis coram deca et poena contumacium (*Med.* p. 90).
23. De bursis solemniter sitandis (= *Med.* p. 74 [

(p. 10) 24. Statuta concernentia e mina promovendorum, primo quibus temporibus f debeant (= *Med.* p. 74 [
25. Ad quid examinato teneantur (= *Med.* p. 7

(p. 11) 26. De promovendorum ex dentium denuntiatione (*Med.* p. 75).
27. De moribus promov dorum (= *Med.* p. 80).

(p. 12) 28. Quod decanus promov dum de nulla responsi certificet, et quid ipsi p movendi ante admission ad examen vel tentamen rare tenentur (= *zwei Theil des kürzer betitel Paragraphen b. Med.* p. 9
29. De his, quae promov dus coram facultate se co plevisse iurare tenetur (*un anderem Titel* = *Med.* 91 [†]).

(p. 13) 30. De complemento tem ris promovendorum (= *ers Theil des verschieden titelten Paragr. Med.* p. [†]).
31. De his, qui ex a universitatibus adveniunt (*Med. p.* 90).
32. Ubi promovendi debe habitare (= *Med. p.* 8

(p. 14) 33. De habitu promoven rum (= *Med. p.* 88).

De disputationibus in quadragesima (= *Cod. p.* 20, *Nro.* 53 [†]; *am Schlusse fügt die neue Redaction noch hinzu:* possuntque neglecta in canicularibus adimplere.
De his, quae promovendos respiciunt ad licentiam (*unter verändertem Titel = Cod. p.* 18, *Nro.* 49; *der letzte Absatz der alten Redaction ist in der neuen ein eigener Paragraph, nemlich Cod. p.* 21, *Nro.* 54).

3) Statuta bursales concernentia, *d. h. Vorrede* (= *Cod. p.* 27, *Nro.* 67).
De exeuntibus bursa per exitus prohibitos (= *Cod. p.* 28, *Nro.* 69 [†]).
De manentibus extra bursam (= *Cod. p.* 28, *Nro.* 70).

4) De armis apud rectorem bursae deponendis (= *Cod. p.* 28, *Nro.* 71).
Nomina armorum (= *Cod. p.* 29, *Nro.* 72).
Alieni non teneantur in bursa (= *Cod. p.* 29, *Nro.* 73).
De pace et disciplina suppositorum (= *Cod. p.* 30, *Nro.* 74).

5) Ne bursales se mutuo laedant (= *Cod. p.* 30, *Nro.* 75).
De silentio imponendo (= *Cod. p.* 31. *Nro.* 76).
De instrumentis musicalibus (= *Cod. p.* 31, *Nro.* 77).

6) De ludentibus (= *Cod. p.* 31, *Nro.* 78).

34. De transgressoribus ad examen vel tentamen non admittendis (*erster Theil des verschieden betitelten Paragr. Med.* p. 88).
35. De intimationibus non rumpendis (*zweiter Theil desselben ebend.*)
(p. 15) 36. De famosis libellis non affigendis (*dritter Theil desselben*).
37. Ne scholae a suppositis deturpentur (*vierter Theil desselben*).
38. De responsionibus ordinariis et extraordinariis et disputationibus a scholaribus visitandis, de quibus quaeratur tempore submissionis articulusque huiusmodi ipsis legatur (= *zweiter Theil des Paragr.* De promovendis *Med. p.* 90).
39. De solutione pastuum (= *Med. p.* 89).
40. Ne pauperes solvere cogantur (*unter anderem Titel = Med. p.* 82 [†]).
(p. 16) 41. De admisso ad examen (*der erste Theil des Paragr. Med. p.* 91).
42. De pecunia promotorum ad fiscum danda (= *Med. p.* 92 [†]).
43. De recipiendis florenis pro facultate ante finem examinis (*kommt neu hinzu*), *Lautet:* Ordinamus, ut decanus recipiat cum effectu et a baccalariandis et magistrandis ante eorum admissionem florenos debitos facultati, nisi fuerit aliter per facultatem in perpetuum vel ad tempus florenus remissus, sic tamen quod unicuique reiecto e converso reddatur.

De conspirationibus (= *Cod. p.* 32, *Nro.* 81).
De poena hebdomadali (= *Cod. p.* 33, *Nro.* 82).

(p. 87) De substituendo in locum bursam exeuntis (= *Cod. p.* 33, *Nro.* 83).
De mulieribus suspectis vitandis (= *Cod. p.* 33, *Nro.* 84).
Ne bursales sese impediant tempore mutationum (= *Cod. p.* 34, *Nro.* 85).
De lectione audienda infra quindenam (= *Cod. p.* 34, *Nro.* 86).
De exercitiis visitandis (= *Cod. p.* 34, *Nro.* 87).

(p. 88) Ubi supposita debeant habitare (= *Cod. p.* 13, *Nro.* 32).
De conventione habitationum (*in die neue Redaction nicht aufgenommen.*)
De habitu promovendorum (= *Cod. p.* 14, *Nro.* 33).
De qualitate eorundum (*ist in vier Paragraphen zertheilt, nemlich: Cod. p.* 14, *Nro.* 34 *und Nro.* 35, *und p.* 15, *Nro.* 36, *Nro.* 37).

(p. 89) De solutione pastuum (= *Cod. p.* 15, *Nro.* 39, *am Schlusse mit dem Zusatze* exceptis pauperibus).
De disciplina in disputationibus (= *Cod. p.* 23, *Nro.* 63; *gegen Ende dieses Paragraphen* „graviorem poenam" *an Stelle des sinnlosen* „communiorem poenam" *welches Mederer gibt*).
De studio et lectione die festo (= *Cod. p.* 3, *Nro.* 5).

44. De prandio examinatoribus dando (= *Med.* p. 91).
45. De salario bidelli tempore promotionis (= *Med.* p. 94).

(p. 17) 46. Iuramentum admissorum ad baccalariatum praestandum in praesentatione (*kommt neu hinzu*). *Lautet:* E[go] N. iuro vobis domino decano facultatis artium [et] vestris successoribus reverentiam et obedientiam in licitis et honestis et procurare bonum universitatis huius et facultatis artium pro posse et nosse ad quemcunque statum devenero. Item iuro, quod infra mensem determinabo secundum ordinationem facultatis, nisi per eandem mecum fuerit dispensatum.

47. Sub quo magistro determinare debent vel incipere promovendi (= *Med.* p. 80 [†]).

48. De non determinantibus ante finem sequentis examinis (= *zweiter Theil des Paragr.* Quae iurare debeant promoti *Med.* p. 92).

(p. 18) 49. Statuta baccalarios concernentia. Et primo de petentibus se admitti ad tentamen pro gradus magisterii assecutione et de quibus facultas artium ab eis certiorari debet (*unter anderem Titel = Med.* p. 82).

(p. 19) 50. Quid vocatus ad examen pro licentia in artibus vicecancellario et quid bidello dare teneatur (*verschiedene Fassung der ersten Hälfte des Paragr.* Quid magistrandis observandum *Med*



90) De citatis coram decano et poena contumacium (= *Cod. p.* 9, *Nro.* 22).
De his, qui ex aliis universitatibus adveniunt (= *Cod. p.* 13, *Nro.* 31).
De mutatione viae ad alteram (*fällt natürlich in der neuen Redaction weg*).
De promovendis tempore submissionis (*ist in zwei Paragraphen zertheilt, nemlich Cod. p.* 13, *Nro.* 30 [†] *und p.* 15, *Nro.* 38).

91) Concernentia generaliter promovendos (*unter anderem Titel* = *Cod. p.* 12, *Nro.* 29 [†]).
De examinibus promovendorum (*in zwei Paragraphen zertheilt, nemlich Cod. p. 16, Nro.* 41 *und p.* 12, *Nro.* 28).
De prandio examinatoribus dando (= *Cod. p.* 16, *Nro.* 44).

92) Quid magistrandis observandum (*nur die erste Hälfte und auch diese in verschiedener Fassung Cod. p.* 19, *Nro.* 50; *auch gibt Med. dabei einen kleinen Zusatz v. J.* 1493; *jedoch auch hier hat die Handschrift des Univ.-Archivs deutlichst* 1478, *vgl. Bd. I, Cap.* 8, *Anm.* 1).
De pecuniis promotorum (= *Cod. p.* 16, *Nro.* 42 [†]).
De locatione promovendorum (*fällt mit der Doppelheit der viae weg*).
Quae iurare debeant promoti (*ist in zwei Paragraphen zertheilt, nemlich Cod. p.* 19, *p.* 92). *Lautet:* Placuit, ut quilibet admissus ad examen pro licentia in artibus det vicecancellario medium florenum Renensem, tempore vero praesentationis cedulae bidello viginti quatuor denarios dare teneatur; ex liberalitate tamen facultatem habeat plus tradendi.
51. Iuramentum magistrandorum in praesentatione (*kommt neu hinzu*). *Lautet:* Ego N. iuro, quod si me hic contingat legere, regere aut exercere, quod legam regam exercebo secundum ordinationem et statuta facultatis artium.
52. Quae iurare debeant et baccalariandi et magistrandi admissi (= *erster Theil des Paragr.* Quae iurare debeant promoti *Med.* p. 92).
(p. 20) 53. Quot disputationes baccalarius in quadragesima facere teneatur (= *Med. p.* 82 [†]).
(p. 21) 54. De ordine baccalariorum in processionibus (= *letzter Absatz des Paragr.* De his quae promovendos etc. *Med.* p. 82).
56 (*verschrieben statt* 55). Statuta magistros respicientia. Et primo de locis eorundem in sessionibus publicis et stationibus habendis (= *Med.* p. 75).
57 (*verschrieben statt* 56). De habitu familiari magistrorum (= *Med. p.* 76).
(p. 22) 57. De disputatione ordinaria (= *Med. p.* 75 [†]).
58. Quis obligatus sit disputare (= *Med. p.* 76 [†]).
59. De inchoatione disputationis ordinariae (*verschieden von Med. p.* 76). *Lautet:*

Nro. 52 [†] *und p.* 17, *Nro.* 48).

(p.93) *Angabe der zum Baccalaureat und Magisterium obligaten Vorlesungen nebst für dieselben zu entrichtendem Honorare (in die neue Redaction nicht aufgenommen).*

(p.94) De salario pedelli tempore promotionis (= *Cod. p.* 16, *Nro.* 45).

Ordinariae disputationes aestate incipiantur hora quinta, hyeme hora sexta, et magister praesidens non cesset ante decimam; quod si arguentes habuerit, continuet usque ad undecimam disputare.

(p.23) 60. De pronuntiationibus et resumptionibus publicis tempore lectionum et exercitiorum praetermittendis (= *Med.* p. 78 [†]).

61. De novellis magistris in artibus eorumque actibus et disputationibus (= *Med.* p. 77).

62. Ne magister actum scholasticum sine habitu façere praesumat (= *Med.* p. 76).

63. De disciplina in disputationibus et aliis actibus observanda (= *Med.* p. 89).

(p.24) 64. Forma iuramenti praesentandi per magistros ad gremium facultatis recipiendos (*verschieden von Med.* p. 80). *Lautet:* Ego N. iuro vobis domino decano facultatis artium et vestris successoribus reverentiam et obedientiam in licitis et honestis et procurare bonum universitatis et facultatis artium pro posse et nosse, et quod secreta concilii facultatis et ea, quae in concilio facultatis eiusdem celanda proponuntur, non revelabo.

(p.25) 65. Statuta bursarum rectores respicientia. Et primo de qualitate bursam aliquam regere volentis (= *Med.* p. 78).

66. De modo regendi bursam (*mit einer kleinen Weglassung* = *Med.* p. 78).

(p.27) 67. Statuta et ordinationes

pro universitatis et facultatis artium honore bursalium que utilitate edita. Et primo infra sequentium praefatio (= *Med.* p. 83).
68. De bursa claudenda (= *Med.* p. 79 [†]).
(p. 28) 69. De exeuntibus bursam per exitus prohibitos (= *Med.* p. 83 [†]).
70. De manentibus extra bursam (= *Med.* p. 83).
71. De armis apud rectorem bursae deponendis (= *Med.* p. 84).
(p. 29) 72. Quae veniant appellatione armorum (= *Med.* p. 84).
73. Quod alieni in bursis non teneantur (= *Med.* p. 84).
(p. 30) 74. Quod supposita sint pacifici et disciplinati (= *Med.* p. 84).
75. Ne bursales se mutuo laedant (= *Med.* p. 85).
(p. 31) 76. De silentio bursalibus per conventorem imponendo (= *Med.* p. 85).
77. De instrumentis musicalibus (= *Med.* p. 85).
78. De ludentibus (= *Med.* p. 86).
(p. 32) 79. De vigilantia conventorum circa ludentes (= *Med.* p. 81).
80. De conclusionibus concludendis per conventorem (= *Med.* p. 81).
81. De conspirationibus praetermittendis (= *Med.* p. 86).
(p. 33) 82. De poena ebdomali (= *Med.* p. 86).
83. De substituendo in locum bursam exeuntis (= *Med.* p. 87).
84. De mulieribus suspectis vitandis (= *Med.* p. 87).
(p. 34) 85. Ne bursales sese impe-

diant temporibus mutationu
(= *Med.* p 87).
86. De lectione audienc
infra quindenam (= *Me*
p. 87).
87. De exercitiis visitand
(= *Med.* p. 87).

Nr. 15.

(S. Bd. I, S. 82.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 12, p. 43 ff. (und dem Sinne nac gleichlautend ebend. O, I. Nr. 2, f. 1 f.)

Decreta facultatis artium.

Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, di vero antepenultima mensis maii decrevit facultas artium in generali eir concilio collegialiter congregato, magistrum de cetero ex alia universita advenientem debere respondere ad facultatem; alioquin non recipietur a gremium; dabitque 1 fl. Rh. ad facultatem.

Eadem die facultas conciliariter decrevit, magistrum nonnisi quatu annorum ad petendum ad concilium facultatis admitti. Reservavit tame facultas ipsa eam libertatem, ut possit eum etiam, qui minorum annoru existat, recipere, si facultati conducere videbitur, suorum morum gravita et consilii maturitate attentis.

Anno quo supra nona die mensis septembris facultas consiliariter decrevi ut de cetero nullus magistrorum incedat in solo loripipio, sed capuc magistrali utatur, sub poena privationis omnium emolumentorum facult tis artium.

Eodem die facultas artium decrevit, ut magistri de cetero non utant golleriis fibulatis aut rostris calceorum indecentibus; si admonitus n destiterit, privetur omnibus commodis et honoribus facultatis, pro admon tione tamen debet decano prima duos grossos, secunda tamen quatuor, tertia facultati poenam decreto adiectam in praecedenti.

Eodem die decrevit artium facultas, quod quilibet magister habe aut obtinens futuro ordinarium habere debeat proprium atque decente habitum magistralem, sub poena privationis eiusdem.

Eodem die placuit facultati artium, ut nulli magistrorum non hab tuato donetur locus arguendi sextis feriis, quibus consueverunt fieri disp tationes ordinariae magistrorum, nisi hospes aut advena existat, cui loc proponendi dabitur, non autem deducendi.

Eodem die facultas artium conclusit, ut omnes magistri facilius en triantur, de cetero quilibet magistrorum non nisi decem vel scholares v baccalarios in resumtione ordinaria, ad quam et scholares et baccalarii trib mutationibus obligantur, habere; qui vero plures habuerit, poena uni floreni facultati debiti mulctabitur et pastu sic excedente numerum de

rium; non debet etiam talem numerum excedere in personis pauperum sine licentia speciali decani facultatis artium.

Utque inter magistros et scholares facultatis artium circa libros legendos bona concordia et unio habeatur, decrevit et conclusit generaliter facultas, ut libri pro utraque via legendi generaliter distribuantur per totam facultatem non segregando ymitatorem huius doctrinae ab ymitatore alterius doctrinae, et quod quilibet lector recipiat textum libri recepti pro se commentando iuxta intelligentiam suam et possibilitatem ingenii eiusdem.

Anno domini ut supra prima die mensis septembris ordinavit ad communem scholasticorum utilitatem facultas artium, ut de cetero generaliter legantur libri tres ordinarii, videlicet Parva logicalia, quae sunt primus et quartus Petri Hyspani, Suppositiones Marsilii cum prima parte Consequentiarum vel loco Suppositionum quintus et septimus Petri Hyspani; secundo Veterem artem, quae est Ysagoge Porphirii, Praedicamenta Arestotelis cum duobus libris Periarmenias; tertio libri Physicorum octo Arestotelis.

Der hierauf folgende Stundenplan ist übersichtlicher in O, I, Nr. 2, f. 2 v.:

Exercitia hora quinta vel die ieiunii quarta:

pro scolaribus:	pro waccalariis:
Priorum. 6 hebdom. 6 gr.	Posteriorum. 6 hebd. 6 gr.
Elenchorum. 6 hebd. 6 gr.	De anima. 8 hebd. 8 gr.

Habere autem debent waccalarii et exercitium 12 librorum Methaphisices Aristotelis hora tertia, de quo disputator eorundem 1 ℔ dl. exigere potest, mutatione aestivali.

Pro ordinariis lectionibus horae statutae:

Aestate hora octava, hyeme nona;

pro scolaribus:	pro waccalariis:
Parva logicalia. per mutationem. 1 fl.	Aestate Methaphisicae. per mutat. 72 den.
Vetus ars. per mutationem 3 β.	Hyeme Ethicorum. per mut. 1 fl.
Phisicorum. per mutat. 1 fl.	

Hora undecima, quae die ieiunii commutata est in tertiam:

pro scolaribus:	pro waccalariis:
Maius volumen Prisciani. 14 hebd. 40 den.	Posteriorum. 6 hebd. 3 gr.
Minus volumen Prisciani. 10 hebd. 3 gr:	Topicorum primi quatuor. 6 hebd. 4 gr.
	Meteororum 10 hebd. 5 gr.
	Musica Muris 2 hebd. 2 gr.
	Theoricae planetarum 2 hebd. 2 gr.

Hora prima post prandium:

pro scolaribus:	pro waccalariis:
Elenchorum. 6 hebd. 3 gr.	De gener. et corr., de coelo et mundo 6 hebd. 3 gr.
Priorum. 6 hebd. 3 gr.	De anima 10 hebd. 5 gr.
Obligatoria. 8 dies. 1 gr.	Parva naturalia 5 hebd. 3 gr.
Algorismus. 8 dies. 1 gr.	II—V Euclidis 3 hebd. 3 gr.
Primus Euclidis 8 dies. 1 gr.	
Sphaera materialis. 6 hebd. 3 gr.	
Libellus epistolaris. 3 hebd. 5 gr.	

*In B, I, Nr. 12 lautet dann die weitere Fortsetzung der Facu-
täts-Beschlüsse:*

Ordinavit decreto facultas, ut quilibet scholaris volens studere artib[illegible] omni die non festo duas resumtiones a magistro vel magistris, unam [illegible] grammatica et hora duodecima, die jejunii decima, aliam in dyalecti[illegible] hora sexta mutatione hyemali, estivali quinta [*das Verbum* habeat *od*[illegible] *dgl. fehlt*]; nonque ad examen admittatur pro gradu baccalariatus n[illegible]i sufficienter in facultate docuerit, se dictas resumptiones diligenter cont[illegible]nuasse ad minus per tres mutationes. Quilibet etiam baccalarius da[illegible]s operam artibus habeat omni die non festo unam resumtionem, quam al[illegible]i exercitium vocant, in philosophia naturali aut Metaphizica a magistro eis-dem horis. Debetque denique et scholaris et baccalarius quotienscunqu[illegible] aliquam resumtionem neglexerit, poenam quatuor denariorum suo resumtori[illegible].

Anno quo supra septima die mensis octobris decrevit facultas artium[illegible], ut quilibet conventorum statim post coenam exercitium bursale diebu[illegible], quibus fieri consuevit, habeat in ea materia, quam bursalium pluralit[illegible] initio mutationis delegerit.

Volumus, ut in singulis bursis a nostris scholasticis fiant convers[illegible]tiones generales inter se hora septima vel circa post coenam, ad qua[illegible] pulsus fiat, et quisque absens poena duorum denariorum conventori perso-[illegible]vendorum mulctetur.

Nr. 16.

(S. Bd. I, S. 84.)

Archiv d. Univers. O, I, Nr. 2, f. 5 v.

Anno 1479 prima die mensis Maii tota artium facultas conciliari[illegible]er congregata considerans, quod plerique magistri ob causas facultatis [illegible]e-cessario tractandas ad consilium vocati et ad votandum requisiti vota [illegible]ua suspendunt, quo aliquando processus causarum facultatis expeditum fin[illegible]m exposcentium retardatur utilitasque negligitur, decrevit et conclusit, qu[illegible]od de cetero quilibet magister causa tractanda per decanum in consultation[illegible]m posita prima secunda et tertia vicibus sub iuramento de sui voto requisit[illegible]s, quod sibi expedire videatur, votum suum omni suspensione semota d[illegible]re teneatur; quodsi supenderit, de post ab eo minime recipiatur neque a[illegible]iis votantium votis connumeretur.

F. 7.: Septima die mensis Julii. Quoniam retroactis tempori[illegible]us



compertum est, nonnullos magistros nostrae facultatis plerumque nulla legitima ratione habita se ad externa loca recepisse et suis alumnis pariter occasionem discurrendi et a resumptionibus se alienandi per eorum negligentiam praestitisse, idcirco decrevit facultas artium, ut quisque magistrorum resumens baccalariis aut scholaribus non exeat nisi ex causa rationabili decano nostrae facultatis exponenda ac consensu eius super hoc obtento, substituat denique in locum suum resumptorem, qui aliunde non resumat, sub poena arbitraria per decanum et suos assessores infligenda.

Nr. 17.

(S. Bd. I, S. 74.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 4, f. 8.

Sub decanatu domini doctoris Erhardi Ventimontani anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono die vigesima octava mensis novembris consiliariter congregatis doctoribus de consilio praeclarae facultatis medicorum domino Erhardo Ventimontano decano et ordinario et domino Johanne de Bairreut phisico illustrissimi principis ac domini nostri ducis Georgii ac domino Conrado Weigant ordinario diffinitum fuit et concordi voto conclusum ac decretum iuxta tenorem et vim statutorum, privilegiorum ac ordinationum facultatis ab illustrissimo principe solemniter ac rite confirmatorum et approbatorum, prout subsequitur.

Decrevit inclyta medicorum facultas, quod nullus ex scholaribus medicinae practicare praesumat neque de practica medicinae diiudicandis urinis ordinandisque medicaminibus ac receptis seu visitandis aegrotis intra muros opidi Ingolstatensis aut infra sex miliaria prope Ingolstat quoquo modo se ausit intromittere, sub poena trium florenorum facultatis aerario irremissibiliter persolvendorum toties, quoties sic, ut praefertur, de practica se intromisisse quispiam fuerit deprehensus.

Decrevit insuper facultas, quod nullus pro scholare huius facultatis ac tempus promotionis acquirere in eadem reputetur, nisi decreto huic obedisse et lectiones amborum doctorum ordinarie legentium frequenter audisse comperiatur.

Quodque praesentia decreta inter cetera statuta et ordinationes factas ac rationabiliter fiendas ab omnibus doctoribus, licentiatis, baccalariis ac scholaribus facultatis observari debent eosque perinde obligare, ac si expressus eorum consensus accessisset.

Nr. 18.

(S. Bd. I, S. 74.)

Ebend. f. 8 v.:

Sub decanatu domini doctoris Erhardi Ventimontani anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono die sexta mensis februarii prohibiti fuerunt a practica medicinali et ab opido Ingolstat proscripti de mandato iudicis nomine principis Ludovici et consensu senatus civium In-

golstatensium praetensi emperici Willibaldus Castner et uxor eiusdem Vortalerin nominata Castnerin, decrevitque totus consulatus in praesentia iudicis et facultatis medicorum ad hoc consiliariter per cives vocatae et identidem decernentis, quod neque illi iam praenominati neque quicunque alii emperici vel tales empericae seu quivis alii per facultatem medicinae ad practicam non admissi et approbati de cetero tollerari debeant aut ullam practicam quovis modo admitti. Quod utile senatus et facultatis nostrae decretum illustrissimus princeps ac dominus noster dominus dux Georgius ad informationem ac petitionem ipsorum civium, iudicis et facultatis ratificavit et statim executioni demandari iussit.

Nr. 19.

(S. Bd I, S. 74.)

Ebend. f. 9:

Et licet in ceteris universitatibus Italiae realiter praedictae duae lectiones ordinariae matutinae simul eadem hora expediantur, attenta tamen paucitate doctorum hic existentium (respectu illorum, qui in praefatis Italiae universitatibus existunt, ubi fere per totam diem omni hora lectiones habentur), et ut scolares nostri aliquantulum profecti et in iure abiecti utrosque doctores audire possent, praeterea ne successu temporis unus doctorum alterum incuset, quod practicaverit aut seduxerit sibi suos scolares, videtur mihi, quod ordinarius in legibus alia hora legere debeat, sc. in aestate hora septima, in hyeme vero hora octava, ut et ipse integram horam legendo consumat; sic enim per pulsum ad prandium non impedietur, nec obstat, si diceretur, quod eadem hora theologi legunt; quia cum studium sacrae theologiae et studium iuris civilis non sic fraternisent et conveniant sicut ius canonicum et civile, imo videntur valde distare, ergo qui canonista est, potest et esse legista, et qui legista est, bene facit, si talis perseveret, non enim omnia possumus omnes, et certi per trita studia pergere debent, et pluribus praecipue omnino diversis intentus minor est ad singula sensus; quodsi argumentum contradictoris, qui forte vult theologiam et leges simul discendas, haberet locum, ut [illegible] diversis horis lectiones theologia et iure civili fieri deberent, ego arguerem, quod pari ratione illa hora, qua theologi legunt, non deberent medici legere, prout legunt ut sic pro conservatione sanitatis et spe lamentum curandorum quae [illegible]

medicina etiam proficere posset, quod quam absurdum sit, patet et confutatum est paulo ante. Si vero diceretur, theologos turbari, si eadem hora in scolis legistarum legeretur, quia vicinae sunt huiusmodi scolae et vox unius facile audiatur per alterum legentem, iam dudum responsum est, quia legista poterit semper in scolis canonistarum legere libere.

Praeterea omnino placet, ut quicunque doctores quarumcunque facultatum per eam horam, qua legere adstricti sunt, non protrahant et deducant istud breve tempus in pronuntiando ad pennas vel calamum; cum multitudo librorum et scribentium nunc sit, tum hora exacta potest doctor, si vult, in scriptis tradere ipse vel per alium. Insuper prohibendum censeo, ne more repetentium doctores legant in uno capitulo vel littera stando per septimanam vel longius tempus. Item vellem, ut libri ordinarii vel verius tituli ordinarii describerentur et observarentur ut in Italia. Valde honorificum esset, quod doctores iuris in almuciis seu cappis vario subfoderatis legerent, quia decoraret actum et nonnihil auctoritatis conferret, quemadmodum theologi et artistae in suis habitibus legunt.

Nr. 32.

(S. Bd. I, S. 118.)

Archiv. d. Univ. D, III, Nr. 2, f. 115:

...... Haec infra taxa in scriptis oblata, quam domini in futurum approbant esse servandam, prout de verbo ad verbum sonat.

Primo placuit toto consilio, ut in iure ad licentiae vel doctoratus gradum promovendus prius fiat baccalarius in eodem, ut sic gradatim honorem quis assequatur. Si itaque aliquis idoneus ipsum baccalariatum recipere velit, is in primis aerario facultatis unum florenum renensem et doctoribus consilii eiusdem facultatis examinatoribus suis quatuor florenos det, item pedellis 1 fl. et doctoribus ac licentiatis atque baccalariis eiusdem facultatis similiter et omnibus aliis, qui sunt de consilio universitatis, confectionem secundum determinationem facultatis atque vinum duplex, vel si promoto magis placuerit, prandium pro omnibus secundum discretionem et liberalitatem suam praestare debet. Quodsi in utroque quis baccalauriari velit, is facultati duos et doctoribus octo, pedellis unum assignare debet florenum, quoad confectionem vel prandium nil amplius, quam si in altero tantum iurium baccalariatum reciperet.

Licentiandus in altero iurium, si prius est baccalarius, assignare debet ante omnia, sc. tempore suae praesentationis, quae fieri solet pridie quam examinetur, collegio doctorum eiusdem facultatis florenos renenses 18 tantum, si vero non sit baccalarius et secum ex causa contingat dispensari, superaddere debet ad praedictos 18 fl. alios sex, nisi sit magister artium liberalium, quem in tituli dispensatione super baccalariatu facultas iuridica honorare debet, ut ab solutione 6 fl. ren. liber sit; quare baccalaureos iuris in sessionibus et processionibus ac quibuslibet actibus universitatis habendis seu gerendis decrevit consilium similiter honorandos, ut sc. praecedant

magistros artium post illorum adeptum baccalariatum promotos, magister vero prius seu ante adeptionem baccalariatus promotus in magistrum magistro praecedat baccalarium iuris post promotum, salvo nisi magister in aliquo actu conventus praesedisset vel principalis reputaretur.

Praeterea praedictus licentiandus in altero iurium suo patri seu promotori 2 et procancellario 2 et pedellis 2 dare debet fl., et hoc ita procedit, si pro ea vice licentiandus sola licentia contentus esse velit. Qui si simul eodem tempore seu contextu licentiam et doctoratum recipere velit, tunc 30 fl. ren. assignari sufficit eo modo, ut supra tactum, sc. in praesentatione sua, nisi antea baccalarius esset in illo iure, quo promoveri desiderat; hoc enim casu tantum 24 fl. ren. persolvere adstringitur, et si sit magister artium, etiam si non sit baccalarius et secum dispensatum super baccalariatu fuerit, 24 fl. ren. debebit persolvere et non plus, et ratione praefata, ut sic magistris in aliquo deferatur. Si autem contingeret, quod aliquis solum licentiae gradum suscepisset et post intervallum temporis deliberasset et vellet insignia doctoralia percipere, is debet ad et ultra praedictam summam supra taxatam 12 fl. ren. doctoribus collegii facultatis iuridicae prius addere deponere et dare et pedellis alios 2 fl. similiter et aliud prandium secundum ordinationem et consuetudinem facultatis similiter et promotori suo orationem habenti 1 fl., si idem in licentia pater suus fuerit; sin alius iam esset promotor vel pater, ei 2 fl. ren. dare debet.

Licentiandus vero in utroque iure modo supra posito ante omnia consignabit in prima praesentatione fl. ren. 35, dum cum ipso super baccalariatu dispensatum fuerit; si autem antea baccalarius esset, tanto minus dabit, quanto plus in baccalariatu doctoribus et facultati solvit, quemadmodum supra tactum est, et similiter in hac causa ratio habenda est, ut artium liberalium magistris deferatur, unde, si cum ipsis desiderantibus in utroque iure licentiam adipisci dispensatum fuerit super baccalariatu, tantum adstringuntur tantum 27 fl. ren. assignare in sua praesentatione collegio facultatis.

Doctorandus vero in utroque iure, qui simul eodem tempore et in contextu licentiam et insignia doctoralia capit et cum quo forte super baccalariatu dispensatum fuerit, in praesentatione sua 50 fl. ren., cancellario 2, promotoribus seu patribus suis 2 fl. et pedellis 6 fl. ren. persolvere debet, et ut supra proximo quoad magistros statutum est, hoc idem hic locum habet, sc. ut 8 fl. minus tribuere teneantur.

Si vero antea in utroque iure licentiam quis recepisset, sive magister artium liberalium fuerit sive non, ex quo super baccalariatu transactum est, postea dum ex intervallo insignia doctoralia recipere volunt, 15 fl. ren. addere et doctoribus tradere seu consignare tenentur.

Sciendum est, quod facultatis iuridicae aerarium non recipit plus, quam unus ex doctoribus percipit.

Nr. 33.

(S. Bd. I, S. 127.)

Archiv d. Univ. O, I, Nr. 3, f. 17:

Der artisten sach haben wir in der creuzwochen vacanz, weil partheien lang bedacht genomen, nicht verrichten mögen; aber jüngst nach langer verhör, weil sy die vom neuen weg beclagten des ungleichs, so innen durch die neu ordination auferlegt wurd, in crafft wellicher itz aus dennen vom alten weg ain dechant und zwen examinatores solten gewelt werden der facultet und nachmals der universitet zu abnemen, dieweil man sicht, das die vom alten weg, wie wol sy vil freihait hetten, nit aufnemen, haben wir zu milterung gedachter ordination nachvolgends mittel fürgeschlagen, das jetzt ain dechant alten wegs und nur ain examinator und drew examinatores neuen wegs erwelt, und solt solchs noch ain jar solcher mainung versucht werden, ob die vom alten weg an schülern und maistern zunemen, darnach wir uns zu endt des jars hetten zurichten. Aber solch mittel hat bey den vom neuen weg erwunden, das zw frid und ainikait sy sich bewilligt, das fürohin der dechant von dem eltisten bis auf den jüngsten in der facultet rat (so würden die vom alten weg itz zway jar nach ainander das decanat haben, dieweil zween aus inen die eltisten in der facultet weren) und die examinatores mit ungeverlichem los erwelt solten werden mit aufhebung location und determination, darob sy die vom alten weg beschweren. Solchs haben wir dennen vom alten weg fürgehalten, ist aber von inen nit angenomen worden. Gnediger fürst, ist unser gut bedunck, wo je euer fürstliche gnaden die neu ordination deshalben noch lenger versuechen wellen, das das erst mittel angenomen werd; wo aber e. f. g. die sach entlich vertragen und nit auf der vom alten weg aufnemen, das zweyflich ist, verharren wellen, bedunckt uns das letzer mittel gut und annemlich. [*Hierauf folgt noch eine kurze Erwiderung darauf, dass der Herzog den Magister Joh. Pettendorfer zur Frauenpfarre präsentirt hatte.*]

Nr. 34.

(S. Bd. I, S. 127.)

Archiv d. Univ. O, I, Nr. 3. f. 18:

Von gottes genaden Wolfganng hertzog in Obern und Nidern Bairn etc. unsers lieben vettern hertzog Wilhelms etc. sampt andern verordenter vormünder. Unsern grus zuvor, wirdig hochgelert und ersamlichen getrewen. Wir schicken euch hiebei den vertrag zwischen ewr an ainem, auch burgermeister und rat zu Ingolstat anders tails mit ewr baider tail vorwissen und bewilligen aufgericht*).... Auch wisset, das uns die irrung zwischen den artisten bey euch der zwayr wege halben, so sy gegen einander in zwitrecht halten und sich der nit vergleichen wöllen, intlieb ist, wiewol

*) *Nemlich den Vertrag betreffs der Steuerfreiheit der Universitäts-Angehörigen, s. Bd. I, S. 109.*

wir hören, das die widerwertigkeit an ir selb nit sonder gross sei, auch wol in ainhelige maynung zebringen wär, wo anders schidlich und unpartheysch davon gehandelt würde, wann wir nit genaigt sind, ainen weg für den andern zefürdern, dann weylennt unser lieber bruder hertzog Albrecht etc. die baid weg gleich zegedulden in seiner aufgerichten ordnung fürgenomen und bleiblich zehaliten gesetzt hat, auf das uns nit gemeint ist, ainich ändrung darinn zemachen. Wann wir aber vernomen, das ir hievor angeregt baid weg miteinander zuverainen übung gehabt, auch des ainen vertrag in schrift gestellt, uns des ein copei in unser vermundschaft canczlei geschickt habt, darnach wir dann suchen haben lassen, aber die under andern schriften also verlegt, das sy bisher nit gefunden, demnach ist unser meynung, ir schicket uns desselben abgeredten vertrags, wo anders der von baden tailen zehalten bewilligt und des kein irrung mer vorhanden ist, nochmals ain copei zu. So wollten wir mit genaden darein sehen, damit unsern halben sollich irrung nit gefürdert werden soll, oder wo ainich irrung zwischen den tailen sich noch darinn hielt, wär unser maynung, auf news durch euch vleis zegescheen, gemelte irrung mit güetlicher handlung aus dem weg zeheben und in solch ainmuetige maynung zestellen, dadurch baid wege in übung bliben und ainer von dem andern nit verdruckt würde; das käm uns zu guetem gefallen und der universitet nit zu klainer fürdrung. Darinn wöllet euch halten, als ir zethun schuldig seit. Das stet uns gegen euch in sondern genaden zubedencken. Datum München an mitichen nach Augustini anno etc. 9.

Nr. 35.

(S. Bd. I, S. 138.)

Landshuter Archiv-Conserv., eine Pergament-Handschrift, welche eine Copie der Stiftungs-Urkunde des Georgianums enthält, f. 22:

Anno a nativitate domini millesimo quingentesimo decimo die Veneris 19. mensis Julii facta computatione regentis novi collegii de singulis perceptis et per eum expositis magnificus dominus vicerector Johannes Pettendorffer sacrae theologiae doctor cum suis assessoribus, videlicet clarissimis ac venerabilibus viris dominis Wolfgango Peisser medicinae doctore, Engelhardo Künhofer et Georgio Schwebermair artium magistris sacrae theologiae baccalaureis formatis ac collegiatis, propter evitandas suspiciones atque damna, quae ex computationis seu calculi dilationibus dicto collegio quomodolibet exoriri possent, perpetuo edicto observari statuit et ordinavit, quod quilibet regens ducalis collegii pro tempore existens teneatur et sit astrictus, quolibet anno in mense Maji de singulis expositis et perceptis domino rectori pro tempore existenti et suis assessoribus in fundatione contentis sufficientem et integram facere rationem aut computationem et in eadem expresse et probabiliter assignare omne restat et remanet, sub poena decem florenorum renensium irremissibiliter persolvendorum, quorum medietas una domino rectori pro tempore existenti, altera vero dicto collegio novo cedat.

Georgius Schönlöner notarius publicus.

Nr. 36.

(S. Bd. I, S. 128.)

Archiv d. Univ. O, I, Nr. 3, f. 21.

Durchleuchtiger hochgeborner fürst, gnediger her. Nachdem weilend der durchleuchtig hochgeboren fürst unser gnediger her hertzog Albrecht euer fürstlichen gnaden her und vatter hochloblicher gedechtnuss verschiner jaren ein versuechung einer ordnung gemeiner e. f. gn. universitet zu Inglstatt aus gnediger meynung zu gut aufnemen und erwachsen fürgenomen und gegeben hatt, die wir dann in underthenigkait angenomen und der nun im sechsten jar gelebt und volg getan haben, wiewol dieselb von andern obern faculteten in vil weg und artigkl nie gehalten, sunder uns artisten in nachthailigen fellen zehalten damit bezwungen, und als in derselben newen ordnung betracht ist, das die facultet der syben freyen künst einen dechant wie der höhern facultet aine von einem jar zu dem andern erwelen soll. Es hatt aber mitler zeit aus vil ursachen nemlich der grossen müe und labores eins dechands auch der ungleichen ere und austailung der personen vil unratt irrung und widerwillen auch abpruch und abnemen gemeiner universitet daraus ervolgt, des wir dann mermals an e. f. g. langen haben lassen inhalt der copey, so wir e. f. g. zuvernemen hiemit einlegen; darauf uns dann genedig vertröstung gegeben, e. f. g. wolle darein genedigklich lassen sehen. Jedoch so ist solchs villeicht merer gescheft halben bisher underlassen. Dieweil wir dann aus angezeigten ursachen bewegt sein und Philippi und Jacobi vergangen jar ein dechant auf ein halb jar elegirt haben und nit lenger, wie denn in der erwelung eins rectors davor Georgii derselb new erwelt rector auch protestirt hatt, nit lenger dann ein halb jar rector zusein aus beswernus eines gantzen jars, und als wir durch denselben dechant Symonis und Judā negstverschinen in der election wider berueft sein, also das die facultet, wie von anfang der universitet beschehen, auf denselben tag inhalt der statut und gewondlichen declaration (uns von weilend dem durchleuchtigen fürsten hertzog Ludwigen hochlöblicher gedechtnus mit vil dapfern bischofen und prälaten sambt mercklicher costung geben, der wir lange zeit aufrichtigklichen gelebt, darinn gute ainikait gehalten und die universitet dismals in gross aufnemen erwachsen ist) einen dechant erwelen wöllen, haben sich etlich, so sich antiquisten nennen, desselben tags angemast und hierein geslagen, auch die facultet an derselben election verhindert und bei den doctorn und rector daselbs verfügt, das deshalb mandat bei 10 gulden sein ausgangen, den alten dechand noch des halb jar für ein dechand zuerkennen, das doch wider alt ordnung und statut, darinn kein facultet sich in der andern sachen vermischen soll, bescheen, auch deshalb kein dechant erwölt worden ist, dardurch künftigs examen und tentamen verhindert und merckliche zerrüttung und zerstörung der universitet und solcher promotion halben einfallen, auch deshalben zu maistern und halben maistern zweifl erwachsen, ob dieselben maister sein oder nit, wie vor zeitten auch bescheen, die nie für maister bei uns noch andern universiteten erkent sein worden.

Hierumb rueffen wir zu e. f. g. als unserm gnedigsten herrn patron

und landsfürsten, uns so genedig zusein und in jetzangebracht mengl genedigklichen und fürderlichen zusehen, damit wir bei unsern ordenlichen wale eines dechands in der election eins halben jars zuverhüetten jetzgemelten irrthumbs beleiben, auf das sich niemand darein zuslahen understee, wie wir sunst statut haben, und das sich ander facultet doctor in unser sachen nit vermischen sollen; das wollen wir underthenigs vleiss um e. f. g. regiment gegen gott zebitten nit vergessen genedig ausrichtung pittend.

E. f. g. underthenig regent des newen collegiumbs maister Johann Zaler und maister Georg Beham conventor der englbursen zu Inglstatt als gesandten von den meistern der facultet.

Nr. 37.

(S. Bd. I, S. 128.)

Archiv d. Univ. O. I, Nr. 3, f. 24:

Durchleuchtiger hochgeborner fürst und her, E. fstl. gn. sein unser underthenig willig dinst allzeit zuvoran. Gnediger her. Auf e. fstl. gn. schrifftlichen bevelch sambt einer inligenden supplication uns durch ettlich mayster des newen wegs der artisten facultet alhie in verruckten tagen behendigt fuegen wir hierauf e. f. g. zu clarer underricht warhaffter maynung underthenigs vleis zuvernemen. Als weilend der durchleuchtig hochgeborn fürst unser gnediger her hertzog Albrecht hochlöblicher gedechtnus E. f. g. her und vatter under andern uns gegeben ordnungen, so durch sein fürstlich gnaden mit zeittigem und vil verstendiger auch erfarn personen ratte zu lob er und nutz gemeiner universitet fürgenomen und aufgericht ist, eingeleybt hatt, das der artisten facultet dechant sein ambt bis in jarsfrist gleichförmig einem rector und andern der obern faculteten dechanten verwesen soll, darüber haben sich aber ettlich obbedacht des newen wegs mayster, aus was bewegung und ursachen uns verborgen, unangesehen obbemelt e. f. g. vätterlichen ordnung unersuecht unsers rectors noch unser aus aigem fürnemen angemast und Philippi und Jacobi verschinen iren jetzigen dechandt in seinem abwesen allein auf ein halb jar gewelt und nachvolgend Symonis und Judä einen andern welen wollen, jedoch solch election nit fürgang gehabt, darauf sy demselben dechant mit schuldige gehorsam beweisen wöllen, alles zu erstörung gedachter e. f. g. ordnung, die sy alls wol als wir und all ander obrer facultet angenomen und gesworen haben. Dem allen nach haben wir auf anrueffung des dechants zu handthabung gedachter ordnung, bewelicher wir jetz ein gute zeitt zu gutter aufnemung der universitet fridsamlich gelebt, etlichen aus obbenannten maistern bey einer gnaden straf gelt dem decant zimliche schuldige gehorsam in craft der newen ordnung zutun gebotten unsers bedunckens nach gestalt jetzerzelter erganger geschicht genug miltsamlich. Dess sy sich aber lautt irer supplication bey e. f. g. grösslich beswert und uns zeruckh in e. f. g. zetragen understanden, als solten wir solch ordnung in vil weg und artigkl nie gehalten haben, das sich doch dermassen nit, wie fürgetragen ist, erfindet, dass

wir solch ordnung, sovil der von uns angenomen, treulich und ungeverlich in gemein gehalten haben, und ob gleich wol, als noch in disem vall, zu zeitten sunderlich person dawider thetten, als auch in andern geschriben rechten und gesetzten teglich geschicht und dawider gehandelt wirdet, nichts minder die gesetzte und geschriben recht an im selbs bestendig, aber die verbrecher derselbigen sträflich sein, volgt auch nit, das darumb solch gesetzt und ordnung aufgehebt solt werden, wo sy gleich zu zeitten nit gantz gehalten weren, angesehen, das sy nit on mercklich ursach gemacht sein. Wir möchten auch wol leiden, wo solchs zeitt und statt gebe, das e. f. g. oder wer die weren, in die und ander notturft gebrechen und ordnung der universitet sehen und hierinn verholfen weren, das die und all ander zwitracht zu guttem bestendigen frid und ainikeit wider gestellt würden.

So hatt auch, gnediger her, durch solch e. f. g. herren und vatter ordnung smelerung und abpruch gemeiner universitet noch nit ervolgt, dann war ist, das in vil langen jaren undter den oberen und anderen verleibten personen der universitet besste ainikait und frid nit gewesen; es sein auch in mercklicher anzal vil erwer dopfer person alhie, das uns zu zeitten wundert angesehen etlich mengl, so wir tragen, wie dann e. f. g. solchem nachfragen mag und ungezweifelt dermassen erfinden, wiewol das widerspil e. f. g. fürgetragen ist; und verhoffen auch, wo e. f. g. genedigklich, wie sy angefangen, darein sehen, wir wolten mit hilf e. f. g. und derselben e. g. ambtleut auch euren ersamen rett allhie dise e. f. g. universitet in vil grössers aufnemen wirden und stand bringen e. f. g. land und leutt zu eren und nutze. Und wiewol auch, gnediger her, die supplication durch maister Hansen Zaler regenten des newen collegiumbs, so ein gesworner unsers rats ist, e. f. g. behendigt in gemein der meyster offtgedachter facultet namen undterschriben, so hatt sich doch nach besunder eines jeden erforschung, so wir darum gehebt, e. f. g. dester leuttere underricht wissen zugeben, warlich erfunden, das ettwovil und der merer tail aus den maistern der facultet nicht allain in solche supplication nit verwilligt, sunder gantz nichts darum gewist. Mügen e. f. g. dabei abnemen, in was gestalt solche supplication gestelt. Hierauf, gnediger her, so senden wir hierin verslossen e. f. g. abschrift der ordnung weilend durch hertzog Ludwigen etc. der facultet gegeben, di uns von den vorernenten maistern also angezaigt, auch eines andern statuts oder decrets, so sy sich zu end irer supplication zubehelfen vermeinen, das doch dermassen, als sy vermeinen, nit verstanden mag werden, sunder allain von dem examiniren und lociren weist, wie dann solchs e. f. g. hiemit vernemen mag, zusambt der angeregten irer supplication; auch haben wir disem botten aufgeben ein abschrift der newen hertzog Albrechts ordnung, ob di e. f. g. nit beyhendig hett, bei dem potten wisste zefinden.

Des alles haben wir e. f. g. auf angeregt schreiben underthenigs vleis nit verhalten wollen der ungezweifelt zuversicht, e. f. g. werden dickgemelte ordnung, so zu lob nutz und aufnemen gemeiner universitet wolbedechtlich fürgenomen, in dem und andern artigkln handthaben; uns hiemit in aller underthenikeit gehorsamlich befelchen. Datum Inglstatt suntags an unser frawn tag präsentationis anno duodecimo.

Gnediger her, ob gleich, darfür wir es nit achten, die new ordnung und statut on ursach gemacht weren, so sy aber angenomen und nun in das sechst jar, als vil sy die wale der dechant betreffend, von allen und jeclichen faculteten gehalten, auch diser dechant nicht clagt, das er ainicherlai beswert habe, ob er gleich das gantz jar aus dechant beliben, erkennen wir nit anders dann das di maister, so solch ordnung ubertreten, sträflich sein; sollten billich kein neuerung und aufrur an e. f. g. wissen und willen oder ein ander ordnung fürgenomen gemacht haben. Wo e. f. g. also linde zusehen, das ir ungehorsam verachtung und übertretung also ungestraft hingee, wissen wir auch ander gesetzte statut und ordnung nit handzuhaben; woll e. f. g. genediglich und wol bedencken.

Nr. 38.

(S. Band I. S. 128.)

Archiv d. Univ. O, I, Nr. 3, f. 26:

Von gottes genaden Wilhelm hertzog in Obern und Nidern Bairn etc.

Unsern günstlichen grus zuvor, wirdigen, ersamen und hochgelerten lieben getrewen. Wir haben ewr schreiben und untterrichtung uns yetz auf das schriftlich anbringen, so regent des newen collegium maister Johann Zaler und meister Jörg Beham conventor der engl bursen zu Ingolstat alls gesanndten von den meistern der facultet an uns gethau, von dem zukhumben alles inhallts vernomen und ist darauf unser bevelh und meynung, das techant der artisten facultet noch bis auf verrer unser handlung beleibe und das ir die straff, so ir gegen etlichen maistern fürgenomen habt, bis auf solich unser handlung in rue anstellet; dann unser fürnemen stet von wegen der newen ordnung und andern sachen derhalben, alls wir bericht werden, etwovil irrung sein sollen, durch etlich aus unsern reten zum fürderlichisten weitter erfarung zuthun, nachmalls die sachen in rat zuerwegen und darauf ordnung und mass fürzenemen, so unser universitet, alls wir uns versehen, zu ere nutz und aufnemen erspriessen sol. Haben wir üch gnedige meynung nit wellen verhallten. Datum Lanndshut am Erctag nach präsentationis Mariä anno etc. 12.

Nr. 39.

(S. Bd. I, S. 110 u. 128.)

Ebend. f. 27:

Von gottes genaden Wilhelm hertzog in Obern und Nidern Bayren etc.

Unsern günstlichen grus zuvor, wirdigen ersamen hochgelerten lieben getrüen. Wir haben von wegen der gebrechen sich in unser universitet zu Ingolstat halltent, auch der statut halben daselbs dem wirdigen und hochgelerten unsrm rhat doctor Sebastianen Illsing thumbherrn zu Freysing, Johann Schatzger der myndern brüeder saunct Franciscenordens von der

observantz lector, und unsers lieben jüngern brueders lermaister Hansen Aventino sambt und sonder zehandln und euch unser meynung zueröffen und zuerkennen zugeben, auch in all gebrechen der universitet, so vil diser zeit not thut, zusehen und derohalben nottürfftig inquisition und erfarung, auch enntlich handlung darin fürzunemen bevolhen, und in sonderheit von wegen des dechants der artisten facultet, auch des examen und tentamen halben, so itz gehallten sol, wo dy sach gütlich nit mag hingelegt werden, allsdann darin aus sonderm unserm bevelh mass und ordnung fürzenemen und zugeben, alls ir von inen vernemen werdet. Darauf schaffen wir in ernst mit euch allen sambt und sonder, ir wellet gedachten unsern verordenten von unsrn wegen volkumen glauben geben und irem bevelh fürnemen und handlung gehorsame volziehung thun und euch dermassen hallten, alls beschäch solch handlung von uns in aigner person. Wellen wir uns bey der pflicht, damit ir uns und der universitet verwonnt seiet, zu euch allen und yedem in gantzem ernst verlassen. Datum Lanndshut a. 5. tag des monats decembris anno etc. 12.

Nr. 40.

(S. Bd. I, S. 129.)

Archiv d. Univ. O, I, Nr. 3, f. 29:

Von gottes genaden Wilhelm und Ludwig gebrüder hertzogen in Obern und Nidern Bayren.

Unsern gönstlichen grus zuvor, wirdigen hochgelerten und ersamen lieben getrewen. Wir haben ewr schreyben und anzaygen der irrung sich zwischen der arttisten baider wege, des alten und newens als sy sich nennen, haltend, was ir auch zwischen inen gehandelt, und sy sich bayder seyt auf unser gescheffi, des im handel zegewartten, gezogen, und uns die von dem alten wege irer notturfft und wie durch die, so sich des newen wegs nennen, mit inen wider die ordnung durch weylendt den hochgeborn fürsten unsern lieben herren und vattern aufgericht gehandelt werde, bericht das aller haben wir aus ewrem schreyben und irer anbringzettl uns in vergangen tagen zukomen, darauff wir euch ander gescheffi halben nit ehe antwort haben geben mögen, mit befrembden vernomen. Und dieweyl wir befinden, das wider angeregte weylendt unsers herrn und vatters lobliche ordenung, so weylendt sein lieb mit ratt aller lesenden doctorn angeregter universitet ir und allen glidern derselben zu gut und auffnemung aus hoher betrachtung fürgenomen und von gantzer universitet gelobt und in weylend seiner lieb leben für und für unwidersprechenlich gehalten ist, so können wir bey uns selb noch unsern rätten keins wegs finden, das solch ordnung nw erst bey uns verdruckht und nit gehalten werden soll weylend unserm herrn und vattern zu schimpff und seiner getrewen handlung zu abbruch. Und ist darauf unser ernstlich maynung hayssen und gescheffi, das ir die gelider baider angeregter weg für euch beschaidet und in von unsern wegen in ernst saget, dieweyl offenbar ist, das der new der artisten weg vorgemelte ordenung mer dann zu ainem mal mit

den walen des dechants auch in andern fällen on unser und der universitet rats bewilligen überfarn und nit gehalten hab, des wir weylendt unserm herrn und vattern zu eren gar kein gefallen haben und pillich mit straffen dogegen gehandelt würde, noch dann wöllen wir als jung und gnedig fürsten die scherff und ungenad ditzmals unterlassen und inen genedigklich zugeben, das sy denselben erwelten dechant ir fürgenomen zeyt vol aus bleyben lassen und der durch euch in rate angenomen werde, das sy auch in diser quottember ir examen nach irem newen gebrauch ditzmals auch halten mögen, wie ir begern steet. Doch also das sy euch als der universitet rate ytz bey glauben zusagen, das sy füran nach laut solcher ordenung ir dechant welen und sich in all ander wege derselben ordnung gemäss halten sollen und wollen, dann ye unser gemüett will und maynung ist, das angeregte ordnung gestracks gehalten und wie die mit guettem zeitigem rate aufgericht ist unzerbrochen pleyben soll; es mögen dann von inen new zugefallen irrung und ursach, der wir bericht begern, in abwesen des andern glaublich angezaygt, darauf soll weytter die billigkeyt gehandelt werden. Wolten wir euch auf ewr schreyben und der von den baiden wegen clag und anruffen in gnaden nit verhalten, mit ernstlichem bevelhe, ir wollet also, wie obsteet, von unsern wegen getrewlich und ernstlich handeln und was euch begegnet uns aigentlich zu schrifft berichten. Datum München an mittichen in den heyligen pfingstfeyrn anno etc. 14.

Nr. 41.

(S. Bd. I, S. 129.)

Ebend. f. 30:

Von gottes genaden Wilhelm und Ludwig gebrüder hertzogen in Obern und Nidern Bayren.

Unsern grus zuvor, wirdigen ersamen hochgelerten lieben getrewen. Wir haben ewr widerschrifft die zwen der artisten weg berürende inhalts vernomen und daraus gemerckht, das die von dem newen wege sich vor euch erpotten haben, sy wollen angeregte ordenung füran getrewlich halten, bissolang sy uns irer anligender beschwerung genugsam unterrichten; und was nachvolgend wir mit inen schaffen, dem wollen sy getrewlich nachkomen, und ob sy dazwischen, ehe sy uns der irrung underrichten, wider solch ordenung in ainigen weg handleten, das ir alsdann sy nach irem verhandeln wol darumb straffen mögt; solchs irs erpiettens sy uns in ainer supplication auf vorgemelte maynung auch berichten und daran hengen, so wir ir beswerdt genugsam untterricht gehört haben; was wir dann darnach ordnen und machen, dem wöllen sy gehorsamklich und in untterthenigkeyt geleben. Solch ir erbieten ir von inen nit habt annemen wöllen, dardurch sy an irem examen und ander irer notturfft verhindert werden, das in und iren schüllern zu mercklichem nachtayl kome. Dieweyl sy sich dann des vor euch erpotten haben und durch ir supplication des ytz vor uns auch erpietten und sy dabey pleyben zelassen untterthenigklich bitten, so finden wir in rate solch ir erbieten von inen diser zeyt

anzenemen bis auf ir weitter genugsam unterricht und unser konfftige billiche handlung, darinn der vom alten wege notturfft auch gehört und erwegen soll werden. Darauff euch bevelchend, das ir sy auf solch ir erpieten ditzmals dabey bleyben und sy fürfaren lasset laut unsers vordern schreibens euch desshalb jarigst gescheen; als ir aber in ewrm schreyben begert, euch von der artisten sachen genntzlich zu absolvirn angesehen das ir ausserhalb ir mit der universitet sachen und ewren lecturn vil zeschaffen habt, damit irer nachrede und zeihens gar vertragen sein mögt, verstet ir selb wol, so in ewr verwaltung, darüber ir als der universitet rate gesetzt seit, recht erwegt, das ewr pittung in dem nit stat haben möge, sonder ir seit nit allein über sy, sonder über die gantz universitet gesetzt, die in guttem wesen zehalten und die, so gegen ainem rate oder des rats personen sich frävelich hielten, als in dem handel, wie wir bericht werden, gegen etlichen des rats gescheen sey, mit gebürlichen straffen laut ewr statut die notturfft zehandeln und aus den ungehorsamen gehorsam zemachen, als sy sich dann selb ewr straff, wo sy in disem handel irem erbieten nit nachkämen, untterwerffen und billich der von euch gewartten. Wolten wir euch gnediger maynung nit verhalten, euch darnach haben zerichten. Datum München montags nach Corporis Christi anno etc. 14.

Nr. 42.

(S. Bd. I, S. 139.)

Archiv d. Univ. D, III, Nr. 4, S. 24:

Von gottes genaden Wilhelm hertzog in Obern und Nidern Bayern.

Unsern gonstlichen grus zuvor, wirdigen ersamen hochgelerten lieben getreuen. Wir haben von eingang unser fürstlichen regirung untzhere vilfeltigklichen nachgedacht und beratslagt, wie unser universitet in unser stat Ingolstat in guten sitten kunst und andern tugentlichen wercken gepessert und gelert personen erzogen werden, darauss uns unsern nachkhomen auch gemeinem unserm fürstenhaus nit allain scheinparlicher nutz, sonder auch lob und ere erfollgen mechte; und haben bey uns selbs auch andern unsern treffenlichen und erfarnen räten ersprislich sein erfunden, wo in allen faculteten und künsten mer doctores und vorgeend personen gehallten, dardurch die schueler wol underwisen und in vleissigem obligen res fürnemens und lernung geursacht und gezogen würden, und darauf dem allmechtigen zu lob, uns unserm fürstenthumb und universitet zu ere nutz und wollfart fürgenomen, alls wir üch auch hiemit dermassen, wie hernachvollgt, ewigklich und unzerbrochen zehallten bey vermeidung unser und aller unser nachkomen swerer ungenad und straff gebieten, nemlich als in unserm alten collegium sechs collegiaten auss der universitet camer besoldet und zu solichen collegiaturen merertails personen der fundation ungemess gefürdert und angenomen werden, soliches alles ab und zu unser universitet heherem gemainen nutz zewenden, wollen wir, das hinfür, so erst und offt sich der fal begeben und aine oder mer collegiatur ledig werden, die geschicktisten und gelertisten maister, zwen in der heiligen

schrift, ainer in den rechten, der viert in der ertznei uns zu collegiaten presentirt und angezaigt, dieselben obenangezaigten vier personen und collegiaten sollen, so palld die von uns und unsern nachkomen angenomen und confirmirt sein, von stundan doctores werden, und also die theologen yegklicher uber den andern tag ordinarie, dessgleichen der dritt in der geistlichen oder weltlichen rechten und der viert in der ertznei, wie ime dann auferlegt und angezaigt werden soll, an den tagen, so man ordinarie zelesen nit pflegt und vacanzen gehallten werden, ain stund lesen; dargegen solle den zwaien theologen und dem juristen ir yegklichem sechtzig und deme in der artznei funffzigk gulden auss unser universitet camer bezalt werden; verrer sollen zu der funften und sechsten collegiaturen angenomen und uns obgemelter massen presentirt werden zwen geschickt magistri, dieselbigen sollen alle gewondlich und ordinari lesstag ainer in mathematica, der ander in oratoria oder dergleichen künsten, es sey in lateinischer oder kriechischer sprach lesen und sich der allten besoldung vierzigkh gulden und der gewondlichen behausung begnüegen lassen. Selhs alles haben wir üch zu ewiger und stäter volziehung genediger mainung nit verhalten wöllen. Datum München an montag inventionis sancte crucis anno 18.

Nr. 43.

(S. Bd. I. S. 190.)

Archiv der Univers. B, I, Nr. 18.

Das Ganze abzudrucken, ist unnöthig, da die Statuten von 1478 zu Grund gelegt sind (s. dieselben oben S. 79 ff.), in welche Einiges aus der i. J. 1492 veranstalteten Zusammenstellung aufgenommen ist (s. oben S. 102 ff.). Sehen wir von unbedeutenden Aenderungen, welche bloss im Wortlaute oder in der Satzstellung beruhen, ab, so ist das Verhältniss dieser neuen Redaction zu ihrem Vorbilde folgendes.

In Nr. 2 ist die Verweisung auf Plato durch eine allgemein-christliche Wendung ersetzt, die hl. Katharina heisst nicht „filia", *sondern* „magistra" *der Philosophie, und am Schlusse ist für den Prediger ein vom Decan sofort auszubezahlendes Honorar von 32 Denaren festgesetzt. Dann folgen Nr. 3, 4, (5 ist weggelassen), Nr. 6, 7, wobei am Schlusse des Eides hinzugefügt ist, dass bei Wahlen jeder Art keinerlei* conspirationes, pactiones *oder* conventiones *mitwirken, sondern lediglich das Gewissen entscheiden solle; Nr. 8, 9, 10, woselbst beigefügt ist, dass die Facultät behufs der Ausfertigung geringfügiger Urkunden auch ein* „secretum parvum" *mit dem gleichen Stempel wie das Sigel haben soll. Dann aber erscheinen sechs Paragraphen, deren erste fünf mit einigen Aenderungen aus der Zusammenstellung v. 1492 herabergenommen sind, während der sechste völlig neu ist, nemlich:*

De recipiendis ad consilium.

Decernimus, magistrum de cetero nonnisi quatuor annorum ad facultatis nostrae consilium fore admittendum, nisi collega, regens aut alicuius

contubernii praefectus esset aut forte subsistente causa ante id temporis facultas ipsa duxerit quem recipiendum vel etiam ultro vocandum; extra contubernia vero agentes, nisi quatuor annis actus scholasticos exercuerint, ad consilium non recipiantur. Semel tamen recepti sine legitima causa non pellantur. Corresumentes magistros post quartum annum magisterii ad consilium petentes liberum sit facultati recipere vel non.

De suffragiis in consilio non suspendendis.

Considerantes, plerosque magistrorum ob causas necessario tractandas ad consilium vocari in earumque celeriorem expeditionem ad consulendum requiri, nihilominus tamen aliquando voces suas seu suffragia suspendere solere, volumus de cetero, ut magister causa iam tractanda per decanum in publicam consultationem posita prima, secunda, tertia vicibus sub iuramento de suffragio suo dando requisitus id ipsum e vestigio exprimere teneatur; alioquin ab eo nec recipiatur votum nec aliis connumeretur.

De votis in consilio non interrumpendis.

Ut autem consulentium suffragia liberius in medium proferantur, nolumus cuiquam licere aliis convicia aut iniurias inferre aut aliorum suffragia sine decani consensu quovis modo interrumpere seu impedire, quominus et negotia ipsa debito ordine tractari et vota consulentium super eisdem emissa rite colligi queant; sub poena unius grossi ad exactionem decani vel maioris partis consilii in continenti solvendi, nec priusquam eundem solverit, vocem habere mereatur. Poterit tamen consilium excessus qualitate exigente pro arbitrio poenam imponere graviorem.

De discedentibus ab universitate, qualiter reversi ad consilium vel gremium veniant iterum admittendi.

Ordinamus, ut quicunque magistrorum de facultatis consilio aut gremio eiusdem existens animo intra semestris temporis spatium non redeundi universitatem fuerit egressus, maxime bonis suis secum asportatis aut saltem maiore eorum parte, omne consilium aut gremium ingrediendi ius amisisse censeatur, adeo quidem, ut post id temporis iterum reversus novum a facultate consensum super utroque impetrare velimus.

De illegitimo nato ad consilium non vocando.

Verum ne honestatis ac famae rationem minus aliis honestis ac legitimis collegiis habere videamur, volumus, neminem magistrorum posthac ad consilii nostri consortium fore admittendum, nisi prius credulitatis praestiterit iuramentum, se videlicet legitimo matrimonio esse procreatum, quod si quem fama illegitime natum praedicaret, contrarium legitimis probationibus, antequam recipiatur, docebit.

De tollenda viarum aequalitate, utque uno et communi nomine omnes artium vel magistri vel auditores artistae appellentur.

Quamvis autem ab illustrissimo quondam principe et domino Alberto etc. felicis memoriae nova quaedam ordinatio fuit instituta atque in illa et

antiqua via et nova per omnia aequatae, ut quod in gymnasii incrementum commodumque non modicum cessurum sperabatur, quia tamen ad parum et omnino nihil efficere, quin potius incommoda dissensiones et rixas parere experientia postea testante compertum est, idcirco illustrissimus princeps Wilhelmus etc. huiusmodi ordinationem ac utriusque viae aequalitatis articulos iterum voluit obliterari idque posthac observari, ut nomina illa „moderni, antiqui, realistae, nominales" aboleantur nec usurpentur amplius atque omnes artium vel magistri vel scholastici uno et communi nomine artistae appellentur, cui quidem principis decreto reverenter ac plausibiliter duximus subscribendum atque parendum.

Hierauf folgt Nr. 11, jedoch am Schlusse mit folgendem wesentlichen Zusatze: Ut autem iuniores quoque speratae habilitatis magistri ad honores vocentur et dignitates atque illo ad colendas virtutes pelliceantur moribusque optimis strenius studeant, debent posthac in decani electione non anni, sed habilitas moresque ponderari, atque in eum, qui eligetur, ad minus plus quam dimidiae consilii partis suffragia conferri, ita ut maiore consilii parte iuxta canonicas sanctiones decanus rite eligatur. Examinatores quoque ita accipiantur, ut ex contubernio uno unus dumtaxat eligatur, non plures; in quibus et decanum placet numerari.

Dann reihen sich an Nr. 12, 13, 14, 15 (woselbst fur jedes Semester auch die Verlesung der die Magister betreffenden Statuten gefordert ist), dann Nr. 16—19, worauf vier Paragraphen aus 1492 wiederholt:

Cui poenae per consilium inflictae debeantur.

Statuimus, ut poenae per consilium consiliariter inflictae, quarum etiam mentio specialis alibi expresse non habetur, consilio, non decano, debeantur.

De ratione per decanum diligenter conscribenda.

Volumus, quemlibet decanum omnia in suo officio facultatis nomine percepta, exposita, et debitorum nomina in librum rationum accurate esse inscripturum.

De actis in facultate annotandis.

Ut autem consiliariter actorum fides aliquando apparere queat, decanus singula acta, conclusa et decreta, praeterea baccalaureandorum baccalaureorum et magistrorum dispensationes, denique qui tentatores aut examinatores quo tempore fuerint, diligenter exarabit.

Quanta poena decanus magistros ad consilium vocare possit.

Decanus autem ne iurisdictioni suae illud contingat, consiliarios suos, quotiens negotiorum facultatis imminet tractatus, abesse, sub poena pecuniaria maiore vel minore, secundum quod negotii tractandi exegerit qualitas, faciet congregari; causae tamen arduitate exigente graviorem, puta obedientiae seu iuramenti praestiti, statuere poterit. Poenam vero non comparentium vocationi appositam sub eadem poena irremissibiliter exigere sit adstrictus.

Hierauf folgen Nr. 20—25, worauf eingefügt ist (in viel kürzerer Fassung, als 1492):

Ne examinator vel tentator a promovendo munera recipiat.

Decernimus, examinatorem aut tentatorem examinis aut tentaminis intuitu munus et quopiam promovendorum quovis pacto interveniente accepisse convictum seu sponte confessum anno integro ab omnibus actibus scholasticis esse suspensum.

Dann Nr. 26, 27 (mit Weglassung der zwei letzten Zeilen), 28, 29, 30, wo gestattet wird, den Candidaten von der zur Promotion erforderlichen Studienzeit für sechs um Pfingsten versäumte Wochen zu dispensiren, Nr. 31, 32, wo beigefügt ist, dass die Ingolstädter Bürgersöhne einer Facultäts-Erlaubniss bedürfen, um nicht in einer Burse, sondern bei den Eltern zu wohnen, Nr. 33—37, 38, wo dem Baccalaureus auch noch drei Sonntags-Disputationen auferlegt und überhaupt Strafen für Versäumnisse hinzugefügt sind. Unter Weglassung von Nr. 39 u. 40 folgt Nr. 41, dann 43 mit der Modification, dass der Baccalaureus 1 fl. und der Magister 2 fl. zu bezahlen hat; hierauf tritt an Stelle von Nr. 42, 44 u. 45 folgende neue Redaction:

De salario examinatorum et bidellorum a promovendis percipiendo.

Statuimus et ordinamus, ut quisque baccalaureandorum sexaginta denarios, magistrandus vero dimidium florenum examinatoribus aut tentatoribus suis ante tentaminis aut examinis finem salarii nomine solvere teneatur, de qua quidem pecunia commune inter se prandium poterunt habere residuo nihilominus inter eos aequis portionibus distribuendo. Quo etiam tempore decanus una cum aliis pecuniis facultati et examinatoribus, ut praefertur, debitis exiget a baccalaureando triginta duos, a magistrando vero sexaginta quatuor denarios bidellis ipsis officii intuitu debitos. De qua quidem pecunia reiectis quippiam restitui, omnino vetamus. Pensionem etiam de examinatorio decanus a promovendis una cum praedictis pecuniis colliget a baccalaureando quidem octo, a magistrando vero sedecim denarios.

Nachdem hierauf Nr. 46 bis 48 sich anreihten, wird eingefügt aus 1492:

De literis testimonialibus completionis impetrandis.

Statuimus et ordinamus, de cetero nulli alumnorum nostrorum morum ac completionis suae literas commendatitias esse dandas, nisi eas a toto consilio impetrarit praesentibus etiam et super eius moribus et studii diligentia testificantibus iunioribus magistris de gremio existentibus. Huiusmodi autem litteras obtinens exsolvet facultati unum florenum renensem, de quo tamen notario quatuor grossi cedent.

Hierauf folgen Nr. 49 u. 50, dann die zwei neuen Paragraphen:

Ut promovendi ultra florenum non determinent nec birreta chirothecas aut cultros dare teneantur.

Ordinamus, ut nemo promovendus in artium facultate ultra florenum unum in aula gymnasii nostri ac publico actu magistro suo offerat aut, quod dicunt, determinet, sed neque galeros sive birreta neque chirothecas aut cultros dare teneatur; illo tamen condignam mercedem, quam quisque praeceptori suo pro privata opera debet, nequaquam auferamus, modo ultra aequum nemo gravetur. Ex optimis praeterea atque moventibus causis statuimus et ordinamus, ut nemo magistrandorum in sui promotione cum prandiis, quemadmodum aliquando observatum est, oneretur; ceterum omnes magistrandi simul promoti prandium dare poterunt, ad quod tamen nullus sit iure adstrictus.

De poena baccalaurei disputationem ordinariam negligentis.

Volumus, ut baccalaureus ordinariam disputationem negligens tempore debito per bidellum ante requisitus poenam decem grossorum incurrat, quorum tertia pars decano cedere debet.

Dann Nr. 51, 52, 53, wo Strafandrohung für Versäumnisse beigefügt ist, 54, 55, 56 mit verschärfter Kleiderordnung der Magistri, Nr. 57 mit dem Zusatze, dass an Disputations-Tagen die Nachmittags-Vorlesungen nicht ausgesetzt werden dürfen. Hierauf der neue Paragraph

Quidnam magister ordinarius disputare debeat.

Celebre nostrum collegium voluit, magistrum ordinarie disputaturum non praescribere materias extraneas, utpote in theologia, iure vel medicina, sed duabus quaestionibus ex methaphisica, naturali vel morali philosophia, tribus item axiomatibus ex veteri et nova logica et una positione grammatica contentum esse et maxime in ea materia, quae quotidie scholasticis nostris in contuberniis praelegitur, ne de penitus ignoto commodi nihil reportent. Idem et in baccalaureis observari volumus.

Hierauf folgt Nr. 58 mit beigefügter Strafandrohung, und dann wird Nr. 59 durch folgende Redaction ersetzt:

De inchoatione disputationis ordinariae magistrorum.

Volumus, ut magister ordinarie in artibus disputaturus disputationem ipsam ante octavam horam incipere atque ad undecimam usque, si argumentatores habuerit, ita ad tres integras horas continuare teneatur. Ut autem scholastici maiore posthac fructu huiusmodi disputationibus intersint, argumentorum omnium nodos per respondentes non solutos a magistro praesidente volumus dissolvi; is autem nonnisi quatuor sophismata et duas quaestiones controvertere audebit, id quod etiam ad baccalaureos placet extendi.

Unter Weglassung von Nr. 60 werden zwei Paragraphen aus 1492 eingereiht:

Quot disputationibus ordinariis magistri in qualibet mutatione interesse teneantur.

Ut autem scholastici nostri disputationibus magistrorum posthac frequentiores ac magis attenti intersint, id quod tum factum iri credimus, si actus ipse et celebrius agatur et argumentantium magistrorum frequentia studiosius condecoretur, decernimus, quemlibet magistrum facultatis nostrae commodis quoquo modo gaudere volentem saltem ad quinquies in mutatione argumentandum esse obligatum; alioquin resumentium magistrorum coetui nequaquam esse adscribendum. Unius autem disputationis neglectus duobus grossis poterit purgari. Bidellus praeterea magistros argumentantes diligenter conscribat atque tota mutatione conscriptis puncta annotet atque suo tempore decano praesentet.

Ne disputare astrictus alium in sui locum substituat.

Statuimus, nulli magistrorum disputare astricto alium in sui locum substituere licere, nisi rationabilis causa subsistat; sub poena decem grossorum. De rationabilitate autem causae decanus cum suis assessoribus habeat iudicare.

Dann folgt Nr. 61, hierauf 63, dann 62; hernach die zwei im Vergleiche mit 1492 etwas veränderten Paragraphen:

Quis praesidentium in promovendorum actibus alteri veniat praeferendus.

Placet autem plures ob causas, semper in promovendorum actibus praesidentem seniorem loci et temporis optione iuniori esse praeferendum, ita ut qui magisterium posterius fuerit adeptus, prius adepto loco et tempore cedere merito teneatur, et hoc nisi iunior seniorem temporis impetratione longe antevertere curasset, nam tunc vigilantia vel iuniori iure prodesse debebit.

Ut praesidens promovendorum actui neminem promotorum arguat.

Statuimus, magistrum actui promovendorum praesidentem atque facultatis, consilii aut decani, tentatorum item vel examinatorum in examine aut tentamine gestionem quocunque ausu arguentem poena arbitraria fore afficiendum.

Hernach folgt Nr. 64, und dann eine lange Reihe von Bestimmungen, welche mit Ausnahme der ersten zwei aus 1492 herübergenommenen sämmtlich neu sind:

Quomodo alterius universitatis magister ad nostri collegii gremium assumendus sit.

Magister autem ex alia universitate adveniens atque facultatis nostrae consortio adscribi cupiens, priusquam voti compos evadat, post probatam eius vitae honestatem ad materiam quaestionum per consilium facultatis sibi assignandam pro vetere more publice respondebit. Quodsi facultas

(3) Praeterea aetati floridae succurrere volentes paedagogium intituimus, in quo idem magister quottidie ad duas horas iuventuti praesit o modo, ut sequitur. Pro una hora grammaticam Aventini praelegat et ualibet septimana bis diligenter, quae praelegit, repetat, eamque omni mutaione finiat. Pro altera vero hora Aeglogas Vergilii aut Mantuani interpretetur t similiter bis in septimana repetat. Volumus quoque, ut idem lector a esto sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi per tres hebdomadas hora ntegra aut dimidia modum legendi litteras graecas tradat et exercitii ;ratia orationem dominicam, salutationem angelicam et symbolum aut .dagia graeca praescribat et affigat; sed a festo sanctorum apostolorum ;ymonis et Judae per tres septimanas praelegat Epitoma de metrorum ıatura ostendendo sillabarum quantitates ac pedes usitatiores structuramjue hexametri, penthametri et saphici carminis; poterit etiam illud in lectione poetae semper applicare.

De lectoribus.

(4) Ordinavit universitatis senatus, ad praenominatas lectiones ordinarias et paedagogii magistros doctos atque idoneos per artistarum collegium assignandos esse ac dein universitatis consilio praesentandos, quod praesentatos approbare habet, nisi alios duxerit eligendos.

Ubi lectores habitare debent.

(5) Decernimus, ex his quinque lectoribus ordinariis tres ad minus in collegio novo habitare esse obligatos, qui in administratione reipublicae atque incolarum regimine aequalem habeant auctoritatem atque iurisdictionem. Volumus, et illum, qui paedagogio praeest, in eodem collegio habitare. Admittimus tamen, duos ex ordinariis extra praefatum locum suas habere habitationes.

De regente novi collègii.

Volumus, quod regens novi collegii (cum eidem alias stipendio haud mediocri provisum sit) pro sua lectione tantum duodecim flor. habeatque mensam integre, lectione quoque, ad quam illustrissimi principis etc fundatio eum obligat, sit exoneratus.

De poena negligentiae lectorum et auditorum.

(6) Toleramus, si quis lectorum tres lectiones per integram mutationem neglexerit; sed ultra pro qualibet neglecta persolvat quinque crucigeros, nisi nimia negligentia vel lectionum vel horae imperfectae poenam expostularet maiorem, quod committimus arbitrio superattendentium. Verum si quis sanguinis minutione aut propter honestas nuptias aliisve causis iuste impediretur, is potest alium substituere per biduum, nisi arduitas negotii aliud peteret.

Auditor vero pro qualibet lectione neglecta poena unius crucigeri irremissibiliter mulctandus est

De disputatione in collegio novo habenda.

(7) Statuimus et ordinamus, omni sexta feria ab ipsis lectoribus per ordinem hora integra [*am Rande die Correctur* horis duabus ad minus] fieri disputationem, in qua lector id potissimum curet, ut scholastici in assumendo reddantur prompti et expediti.

Quid promovendus dare teneatur.

(8) Ut novum hoc nostrum institutum melius conservetur, statuimus scholasticum pro baccalaureatu duos, baccalaureum vero pro magisterio tres florenos facultati persoluturos. Volumus tamen, famulos attenta paupertate pro medietate exonerari, salva in his omnibus pecunia, quae examinatoribus pedellisque debetur. Tamen famuli comitate novi collegii examinantur, qui nihil tenentur dare facultati.

De discedentibus ante eorum promotionem.

(9) Statuimus et ordinamus, quotienscunque aliquem aut scholasticorum aut baccalaureorum se ad aliam universitatem conferre contingat habere



animum atque a facultate literas completionis petere, quod illi petenti cognita eius diligentia dentur, ea nempe lege, ut pro qualibet mutatione, si scholasticus fuerit, quadraginta crucigeros, si vero baccalaureus, unum florenum persolvat.

De magistris iunioribus.

(10) Concedimus, quemcunque magistrorum in gremio facultatis existere domumque approbata incolentium habere discipulos, quos extraordinarie fideliter doceat bonisque moribus instituat.

De consilio facultatis.

(11) Decernimus sex lectores una cum collegiatis veteris collegii fixas esse consilii facultatis artium personas, qui et alios viros honestos assumere possunt, ita tamen, quod numerus senatoris denarius non excedatur.

De camerario facultatis.

(12) Statuimus et ordinamus, quod consilium facultatis artium quempiam ex senatoribus suis eligat, qui pecuniam ab universitate promovendisque omnibus recipiat, omnia quoque debita facultatis exigat atque salaria omni mutatione lectoribus porrigat et de omnibus et singulis perceptis et expositis quolibet anno rationem facultati reddat, cui rei superattendentes, si volunt, interesse debent, aut ratio eisdem, si petierunt, monstrari. Et pro laboribus suis habeat annuatim duos florenos et propter varios labores, quos camerarius subire tenetur, addictus est ei adhuc unus, et deinceps habeat tres florenos.

De statutis contubernalibus.

(13) Ordinamus, statuta mores honestatemque contubernalium tangentia singulis angariis in loco communi publicari.

De superattendentibus.

(14) Admittit artistarum collegium, quod duo per consilium universitatis eligantur, qui hanc novam ordinationem manuteneant, mores scholasticorum corruptos inquirant, legentes quandoque visitent, et, si opus fuerit, post huiusmodi negligentis inquisitionem puniant aliquem legentem.

De stantibus extraordinarie disponat universitas.

(15) Universitas eiusdemque doctores operam navent, quomodo iuvenes, cuiuscunque conditionis extiterint, lectiones paedagogii audiant.

De contubernio angeli.

An conducibile sit, si facultas artium expensa collegio novo exsolveret censusque ab incolis reciperet.

De horis lectionum.

(16) Hora {quinta / sexta} in {aestate / hyeme} legantur scholasticis tractatus Petri Hispani, baccalaureis vero Physica.

Hora { septima / octava } in { aestate / hyeme } paedagogium.

Hora { octava / nona } in { aestate / hyeme } logica Arestotelis.

Hora duodecima lectio in oratoria.
Hora secunda altera lectio paedagogii.

De tempore completionis ad baccalaureatus et magisterii gradus.

(17) Primo ordinamus, quod omnes scholares debent complere ad baccalaureatus et omnes baccalaurei ad magisterii gradus singulas lectiones ordinarias per tres integras mutationes.

De modo dispensandi.

(18) Facultas autem artistarum potest cum eisdem dispensare in uno mense absque poena, et in sex septimanas tantum poena, ita quod pro qualibet exigat quinque crucigeros.

De disputationibus.

(19) Quilibet scholaris tenetur complere tredecim disputationes determinatis diebus sub baccalaureis et totidem sextis feriis sub magistris a principio usque ad finem. Et pro qualibet huiusmodi disputatione integre neglecta tenetur quilibet scholaris persolvere duos cruciferos. Pariter et baccalaurei tenentur sextis feriis complere tredecim disputationes, et pro qualibet neglecta persolvere duos cruciferos. Praeterea baccalaureus ad magisterii gradum tenetur complevisse tredecim disputationes dominicis diebus argumentando, et pro qualibet neglecta solvat tres cruciferos.

De responsionibus.

(20) Quilibet scholaris tenetur ad gradum baccalaureatus respondisse magistris tribus actibus, et pro qualibet neglecta responsione persolvere decem cruciferos; pariter baccalaureus tenetur respondisse magistris ter et pro qualibet neglecta dare decem cruciferos.

De disputationibus ordinariis tam magistrorum quam baccalaureorum.

(21) Ordinamus, omni mense fieri disputationem magistrorum sextis feriis et baccalaureorum etiam in mense dominicis diebus. Tunc magister praesidens sumat duas quaestiones, primam ex philosophia naturali, morali aut methaphysica, ex qua formet tres conclusiones, et ad quamlibet conclusionem habeat unum respondentem; alteram vero quaestionem ex dialectica, ex qua quidem totidem formet conclusiones, ad quas pariter habeat tres respondentes. Baccalaureus praesidens duas habeat quaestiones ex philosophia et tria axiomata ex dialectica et unum ex grammatica, ita ut habeat sex respondentes.



De praeceptoribus.

(22) Quilibet scholaris aut baccalaureus volens promoveri ad aliquem gradum tenetur sub poena non admissionis habere per totum tempus completionis suae praeceptorem, qui sit in facultatis gremio aut consilio.

(23) Praeterea quilibet promovendus sive in baccalaureatum vel magisterium tenetur in actu promotionis suae sub iuramento unum florenum Renensem magistro praeceptori suo, qui est in gremio aut consilio facultatis artium, propter labores secum habitos determinare.

De lectore paedagogii.

(24) Lector paedagogii habeat a facultate de suis lectionibus per unam mutationem duodecim et pro duabus mutationibus viginti quatuor florenos et censum habeat habitationis in novo collegio gratis.

(25) Item lector paedagogii semper faciat orationem in festo S. Katherinae; et si eorum duo fuerint, senior incipiat et sic alternatim singulis annis faciant.

(26) Decretum tandem per inclytam facultatem, ut quilibet decanus habeat curam et administrationem bibliothecarum facultatis artium, scilicet maioris et minoris, pro quibus laboribus a camerario eidem exsolvatur mutatione perfecta florenus dimidius.

Nr. 61.

(S. Bd. I, S. 203.)

Archiv der Univers. B, I, Nr. 12, p. 60 ff.

Ordinatio nova lectionum artisticae facultatis de anno dm. 1535 circa festum Penthecostes erecta.

Cum parum prosit, optimas leges condere, nisi omni cura et diligentia earum observantia custodiatur; et tanto maior est legum ac statutorum dissolutio, quanto circa rem versantur cum utilem tum necessariam: cum autem magnificus et nobilis vir dominus Leonhardus de Eck Wolfs et Randeckh superioribus annis illustrissimorum principum nostrorum etc. nomine collegio philosophorum certas leges praescripserit, quomodo foeliciter pubem instituerent et semina grammaticae atque philosophiae teneris ingeniorum agris insererent: verum aliter res cecidit, quam sperabat, ob supinam et culpabilem praelectorum negligentiam: cui mederi etiamnunc cupiens antiqua statuta eis in memoriam revocat ac praescribit et praefigit, et illustrissimorum principum nomine mandat ac praecipit, illa accurate observari salvo eo, quae mutanda videbantur aut potius supplenda pro temporum nostrorum ratione.

(In primo statuto.) Visum fuit vetus collegium non esse ineptum ad lectionem grammatices et praecipue in aula Alberti, quae huic aptabitur.

(In 2. statuto.) Prima lectio libris octo Physicorum tribuitur pro una mutatione, altera vero absolvat li. De coelo, li. De generatione, li. De

meteoris. Secundus praelector in altera mutatione quatuor Ethicorum praelegat cum duobus aut tribus libris Methaphysices.

Orator singulis quindenis argumenta epistolarum vel theses declamationis exhibeat certo auditorum numero; exponat pro dimidia hora Ciceronis opera, pro altera grammaticam altiori modo explanet et semel ad minus in hebdomada repetat.

Rationem temporis habentes seposito Petro Hyspano dialecticam Caesariensem in anno finiri volumus.

Paedagogo solam grammaticae humilem et submissam lectionem tribuimus ac unicam ad minus bis repetat; grammatica Aventini cum Oratore utatur.

(In 6. statuto.) Lectorem negligentem in sex cruciferis puniri volumus, cum olim quatuor grossi fuerint constituti; addimus, nullum lectorem abire extra oppidum absque unius saltem superattendentis consensu sub poena arbitraria; sicque resecta sit vacantiarum pluralitas.

Quod ad auditores attinet, volumus illos mulctae subiacere, nisi [*zu lesen* si] ad promotionem graduum aspirent; tunc defectus suos pro veteri more consignent, et pro qualitate negligentiae promovendi puniantur; sicque poena ab auditoribus ante examen, a lectoribus in visitatione, illis negligentias per iuramenta aperientibus, exigatur.

(10. statutum.) Ita moderamur, ut is magister discipulos suos nihilominus ad lectiones ordinarias collegii mittat pro captu discipulorum; et si quis ordinarius lector extra ordinem legere quippiam cupiat, id non faciat nisi in collegio.

Ut autem appareat huiusmodi auditorum diligentia, volumus, neminem admitti ad gradum aliquem, nisi habeat testimonia praelectorum de singulis libris per mutationes auditis.

(14. statutum.) Volumus omnino, negligentes lectores per superattendentes puniri, et si invenerint aliquem in solita pigrescere negligentia, eum a lectione amoveant atque facultati imperent, quomodo alius in locum eius diligenter delegatur.

(16. statutum.) Quoad horas legendi ex causa volumus, grammaticum praelegere hora sexta in aestate et septima in hyeme, oratorem vero octava aestatis, nona hyemis lectionem suam absolvat.

(23. statutum.) Statutum illud ex toto abolemus; sed sit in scholaris arbitrio, vel praeceptorem privatim deligere, et minus vel plus, quam sit unus florenus, determinare.

(24. statutum.) Lectorem grammatices, ut sit eo diligentior cum iuvenibus, cum reliquis lectoribus in stipendio aequamus.

(25. statutum.) Statutum illud sit cassum et irritum.

Beigefügt ist (p. 63) von späterer Hand:

Undecima Maii Anno 42 per legitimum consilium facultatis fuit conclusum, ut nullus ad examen admittatur, nisi scriptum a praeceptoribus adferat testimonium de diligenti sua completione. Hoc idem quilibet ordinarius in lectione sua praemonere debet.



Nr. 62.

(S. Bd. I, S. 204.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. *12*, *p.* *35 ff.*:

Ordinatio novissima anno 39.

Compertum est, medicinam unam repetitam non semper profuisse, neque tamen archiatrum debere desperare, quum novis morbis suborientibus nova semper et fortiora pharmaca applicet ad languorem dispellendum. Non aliter legislator in morbis politiae facere debet, ut collapsa restauret, quoties expedire videbitur, memor veteris proverbii, ex pessimis moribus optimas nasci leges; et Portius Cato leges dixit nervos esse reipublicae. Cum itaque a paucis annis saepius tentatum sit, leges professoribus philosophiae huiusmodi tradere, quo studium illud in gymnasio nostro floreret, experientia compertum est, fructum speratum non provenisse potissimum, quod legibus non fuerunt associati nomophilaces et ephori. Quare illustrissimorum principum nostrorum iussu leges veteres deplanatae et praesides constituti, qui curent, has sancte observari. Quod erit honor professoribus, et discipulis non parvus profectus ac studiorum incrementum.

De lectionibus artium et philosophiae.

Quantum pertinet ad locum lectionum, volumus ea observari, quae ordinata sunt anno XXXV, videlicet ut vetus collegium lectionibus deputetur, etiam grammaticis et dialecticis, praecipue aula Alberti, in qua vel lectorio Aristotelis volumus posthac professorem Dialecticae Caesarii profiteri, non in canonistarum lectorio, uti hactenus fuit observatum ab anno 35.

Statuimus, uti cursus Dialecticae Caesariensis lectionis in duas mutationes iuxta tractatus ita dividatur, ut tota in anno finiri possit; sic tamen, ut interim praelector praecepta fideliter tradita diligenter cum suis auditoribus repetat et iuventutem ad tractanda themata per definitiones, divisiones et argumentationes exerceat.

Volumus etiam, dialecticae Aristotelicae professorem ita legendo procedere, quod totam dialecticam anno finire possit, nec operae pretium ducimus, eum singulis libris anxius et curiosius inhaerere, sed meliora et utiliora deligat atque magis ad praxim et usum facientia, id quod illo modo observet; pro una mutatione veterem artem absolvat, pro altera reliquos libros, et Priorum quoque et ultimis Posteriorum Elenchorumque libris se breviter expediat.

Ordinamus observandum in lectionibus philosophiae, quod alter illius professor pro prima mutatione octo libros Physicorum absolvat, pro secunda libros De coelo, De generatione, De meteoris; secundus pro prima libros De anima et Parvorum naturalium, pro altera quatuor Ethicorum et duos aut tres Metaphysices.

Oratoriae professor pro dimidia hora Ciceronis opera exponat, pro altera parte difficiliora grammaticae explanet, et ad minus semel in hebdomada repetat; praeterea argumenta epistolarum singulis quindenis proponat certo auditorum numero.

Paedagogus Aventini Grammaticam praelegat pro dimidia hora, reli-

quum tempus repetendo absumat, ita ut totius grammaticae praecepta in anni spatio absolvat.

Ut autem haec omnia ea, qua decet, diligentia et constantia manuteneantur nec mox (ut plerumque fieri solet) in bullam abeant, volumus et ordinamus, ut per rectorem una cum altero ex theologiae professoribus et quatuor facultatum decanis lectores visitentur praescripti bis in anno, infra octavas videlicet Philippi et Jacobi et ante festum Omnium sanctorum, ubi visitatores negligentes puniant pro neglecta lectione in 6 cruciferis, aut incorrigibilis negligentiae lectorem prorsus amoveant diligentiorem substituendo; tres tamen lectiones per mutationem absque pecuniaria poena negligere poterit.

De auditoribus.

Qui ad gradus artium aspirant, negligentiae suae poenas dabunt Volumus ergo, ut philosophiae candidati defectus suos veteri more consignent, iisque examinatoribus ante examen oblatis pro qualitate negligentiae ab iisdem puniantur.

De consilio facultatis.

Volumus, quod facultatis artisticae intersint consilio quinque lectores cum paedagogo, praeterea et alii honesti viri ex magistris praedictis addi possunt, ita tamen ut denarius numerus non excedatur.

De camerario facultatis eiusdem.

Statuimus et ordinamus, quod consilium facultatis artium quempiam ex senatoribus suis eligat, qui pecuniam ab universitate promovendisque omnibus recipiat, omnia quoque facultatis debita exigat atque salaria omni mutatione lectoribus porrigat, et de omnibus et singulis perceptis et expositis quolibet anno rationem facultati reddat, quam visitatores videre debeant, et si invenerunt defectum, illum emendare. Quod si camerarius pecuniam facultatis ad suos privatos usus converterit, et summam debitam seu restantem non possit persolvere, deponatur per visitatores, et infra certum tempus solutio ei imponatur debiti antiqui. Ceterum pro suis laboribus annuatim habeat tres florenos.

De horis lectionum.

Horae lectionum uti nunc observantur, maneant, nisi vel magistrorum commoditas aut discipulorum utilitas aliud expostulaverit.

De tempore completionis.

Ordinamus, quod omnes scholares debent complere ad baccalaureatus et omnes baccalaurei ad magisterii gradum singulas lectiones ordinarias per tres integras mutationes, nec ulla hic admittatur dispensatio pro pecunia, sed pro eruditione; si enim sunt idonei, admittantur, nec illis vendatur tempus; si non reperiuntur idonei, nullo modo promoveantur.

De disputationibus complendis.

Quilibet scholaris primam lauream philosophiae suscepturus comple-

visse debebit tredecim disputationes baccalaureorum, totidem etiam magistrorum a principio usque ad finem, quod si neglexerit, pro qualibet persolvat duos cruciferos. Baccalaurei tenentur complere tredecim disputationes magistrorum, totidem etiam baccalaureorum argumentando, ita ut pro qualibet neglecta duos cruciferos persolvant.

De responsionibus.

Quilibet admittendus ad baccalaureatum debebit ter respondisse magistris; ad magisterium itidem. Et pro qualibet neglecta persolvat decem cruciferos.

De ordinariis disputationibus baccalaureorum et magistrorum.

Statuimus et ordinamus, ut singulis mensibus disputatio magistrorum fiat sextis feriis, baccalaureorum similiter in mense diebus dominicis. Magister duas sumat quaestiones, primam ex philosophia naturali, morali aut metaphysica, alteram ex dialectica, et ex unaquaque tres formet conclusiones et ad quamlibet habeat respondentem. Baccalaureus vero duas habeat quaestiones ex philosophia, tria axiomata ex dialectica et unum ex grammatica, ut sic pariter sex habeat respondentes.

Statuimus etiam et ordinamus, ut decanus magistrorum intersit disputationibus, baccalaureorum unus ex magistris de facultate; iuxta ordinem is disputantes dirigat et emendet.

Volumus, quod nullus posthac complentium adigatur vel ad praeceptorem assumendum aut ad determinandum praeceptori praeter stipendium laboris, adeo quod nec regenti a stipendiatis liceat florenum extorquere, sed liberum sit cuique eligere quem voluerit et offerre quantum voluerit.

De publico oratoriae professore.

Cum oratoriae professor potissimum studiosae inserviat iuventuti atque ea propterea ad universale confluat studium, ut publicos videat actus, lectiones publicas audiat, volumus atque statuimus, ut privati praeceptores discipulos suos ad publicas mittant lectiones (eos enim hac de causa huc missos existimamus) neque suis privatis lectionibus ordinariorum lectorum horas interturbent, sed curent, ut ab ordinario publice praelecta domi vel repetant vel clarius exponant discipulis pro illorum captu et ingenio, quo fiat, ut nec universitas frustra largiatur stipendium ordinariis professoribus et privatorum praeceptorum diminuantur labores, discipuli vero ad omnia publica gerenda promptiores reddantur. Ne vero hac in parte a magistris privatis praeceptoribus cessetur, volumus et statuimus, ut super hac re visitatores diligentem habeant inquisitionem. Quod si negligentem aliquem ex praeceptoribus reperient, illum primum mulctabunt poena unius floreni, secundo duorum florenorum, tertio illum prorsus ab universitatis privilegiis et contuberniis excludant.

De declamationibus.

Quoniam vero usus sophiam genuit, volumus, humaniorum studiorum professorem curare, ut singulis mensibus adolescens quispiam ex suis audi-

toribus publice declamet, hunc deligat ipse cum iudicio ex sua schola, potissimum vero ex iis, qui in artibus ad altiores gradus promoveri gestiunt; illi enim adigendi, ut onus declamandi suscipiant.

Cum autem iuventus a natura in licentiosam feratur libertatem et plerumque oneris literariae exercitationis a praeceptoribus impositi sit impatiens, volumus et ordinamus, recusantem scribere epistolas aut declamare suo ordine et tempore iussu magistri, qui minori oratoriae praeest vel publici oratoriae professoris viabilis indicatur. Et indignus, qui honorem vel baccalaureatus vel magisterii assequatur, atque in his exercitiis negligens repertus ad gradum aspiratum minime admittatur.

De expensis promovendorum, et primo de baccalaureatu.

Statuimus et ordinamus, uti posthac mediocritas subscriptorum sumptuum apud promovendos observetur, nec liceat magistris de facultate pro libitu sumptus augere vel negligentiae lectionum vel dispensationis titulo; illam enim exactionem prorsus abolitam et antiquatam volumus.

Baccalaureandus persolvat facultati duos florenos; examinatoribus 90 dl., huc translata ea pecunia, quae pro spoliis (ut vocabant) exigebatur, quae volumus prorsus abrogata; pedello 32 dl.; camerario universitatis 8 dl., ad fraternitatem facultatis 4 dl.

Expensae ad magisterium.

Facultati dentur tres floreni; examinatoribus 6 ß; pedello 64 dl., vicecancellario 8 fl.; puero adferenti bona nova, ut vocant, 21 dl.; tibicinibus comitantibus [*die. Zahl ist nicht ausgesetzt*]; pro potu in allatis novitatibus inordinata illa compotatio famulorum et vagantium amputetur, sed illis exclusis magistris et honestis adventantibus potus praebeatur, mensura melioris vini ante, sic tamen ne magistrandus ultra 8 fl. gravetur. Agenti actum et conferenti insignia [*nicht ausgesetzt*]. De cantu Te deum laudamus 6 dl. in pleno orationis; si tamen magistrandi habere volunt in cantu proportionato, dent 15 dl. Ecclesiae et edituo pulsanti [*nicht ausgesetzt*]. Prandiolum sit frugi et paucarum personarum, nec exhibeant ultra quinque fercula. Vocetur autem rector, procancellarius, decanus et examinatores, neque urgeatur vel suadeatur plures invitare.

- - -

Nr. 63.

(S. Bd. I, S. 216.)

Archiv d. Univ. D, III, Nr. 1, S. 171:

Anno 1551. Statutum, quod ante biennium est promulgatum.

Studiosorum nostrorum nuptias civium nuptiis conformare decrevimus, ne videlicet plures, quam tribus quatuorve mensis solitis recipi possint, quique numerum 32 non excedant, invitentur, curentque sponsi ipsi, ne personis singulis plus tribus patziis instar civium apparetur convivia nuptiasque adeo singulas uno die finiendas volumus. Excipimus tamen doctores et nobiles studiosos, quibus splendidiores nuptias non denegamus

modo illi rectorem prius hac de re conveniant. Presbyteri vero et sacris initiati in suis primitiis plures, quam una tabula recipi possunt, non invitent. Tempore item nuptiarum quarumcunque nihilominus non cessent lectiones publicae, nisi forte lector nuptiis ipse intersit.

Quoniam autem enormia scelera atque immania flagitia designarunt nonnulli studiosi celebrando hymeneo quorundam sponsorum, et nos prius arbitraria tantum poena mulctandos transgressores huius decreti statuimus, nunc vero, cum sentiamus, quosdam male feriatos studiosos nostra edicta tam leviter contemnere, serio statuimus, futuros eius legis praevaricatores mulcta decem aureorum in auro irremissibiliter infligenda puniendos. Qui vero studiosi ultra 32, quos licet invitare, non vocati se nuptiis ingesserint, hi singuli singulos in auro ducatos fisco academiae exsolvant; qua in re si dolus committatur per sponsum, rector pro arbitrio et peccati magnitudine in ipsum animadvertat et poenam constituat delicto respondentem.

Praeterea convivia die nuptias praecedenti fieri solita penitus inhibemus; quodsi vero vinum absorbere quibusdam libeat, quod sponsus ingressus thalamum prima nocte suum adolescentibus donare solet, haudquaquam plures quam 10 aut 12 studiosos vagari cum tympano per civitatem permittimus, neque volumus ad convivium ipsorum plures vocandos esse, rogamus tamen ipsos, ne id faciant, curent; defoime siquidem est, hoc modo cum tibicine more opificum famulorum sutorum sarctorum atque cerdonum urbis plateas perreptare atque omnibus hominibus stultitiae manifestae exempla praebere.

Sunt praeterea e studiosis, qui voluntatem suorum praeceptorum adeoque gymnasii huius rectorum iussa monita et mandata manifeste ludibrio habent excipiunt et flocci ducunt; nempe qui inter divina sacra in templo sursum et deorsum de rebus prophanis deblaterantes nunquam non deambulant; quos certe non aliter quam infideles atheos et turcica sive scithica virtute praeditos existimare possumus et nullius bonae religionis homines hos. Qui toties paterne a nobis sunt moniti, suum officium facere atque in aede sacra orationibus incumbere neque alios, qui eo confluunt, suis spurcis confabulationibus et minime licitis praedeambulationibus impedire, demum ex superabundanti cohortamine in sellam aliquam se recipiant et pedum strepitu religionis erga illuc confluentibus nullum impedimentum faciant; nam quoties deprehensus quis fuerit, det penam in aere aut in corpore; tertio si non destiterit, siquidem aliter compesci non possit, academiae privilegiis destruetur atque ad Caramanes et extremos Indos relegabitur.

Nr. 64.

(S. Band I. S. 183.)

Archiv d. Univ. D, III, Nr. 4, S. 584:

Redditus et proventus academiae augendos esse per decimarum portionem singulorum ecclesiasticorum bonorum per Bavariam.

Martii 11 anni 1549 dominus Joannes a Gumpenperg marescalci vicem tenens consilium cogi petiit una cum Henrico Sweikhart secretario

principis, legendum exhibuit breve apostolicum, quod scriptum est ad reverendum episcopum Eystettensem super executione exactionum trium annorum de omnibus redditibus et emolumentis omnium ecclesiasticorum bonorum (paucis demptis) per universam Bavariam; quas exactiones allatas ad episcopi et principis subordinatos singulis annis continuo sequentibus conservandas illaesas praescribit diploma pontificis, ut tandem annui reditus inde comparentur et augeantur census universitatis pro tot eruditis, rectoribus videlicet magistris doctoribus officiariis scholae huius, sustentandis, ne princeps diutius ex fisco suo cogatur stipendia erogare, quod post bellum fere fecerit, donec praediorum scholae exustorum per bellum tecta resarciantur quod bellum gessit contra haeresis lutteranae et aliarum haeresium defensores. Petiitque marescalcus, ut doctor Nicolaus Phrysius et notarius quispiam secum ad episcopum Eystettensem proficisceretur pro intimando hoc brevi, 15 taleros cancellariae pro expediendis litteris secum acciperet et 5 taleros frustillatim aliis distribuendos. Et profecti sunt itaque Eichstadium praefati omnes una cum Baptista Lochnero notario eodem die, *11* videlicet martii.

15 martii praedicti domini relationem fecerunt, expedita esse foeliciter omnia Eichstadii. Reverendus dominus episcopus totum indultum papale inseruit cuidam novo diplomati, quod tamen prius conceptum et dictatum fuerat Monachii, quo citius expediretur Eichstadii; praecipit et exequitur in hoc diplomate reverendus episcopus, ut omnes ecclesiastici beneficiati unam decimam solvant de omnibus fructibus et proventibus suis ad festum Omnium sanctorum anni currentis et post alteram decimam 50 anno et tertiam decimam 51 anno. Deputabantur ad quatuor quaestorias Bavariae subdelegati ab illustrissimo principe et episcopo, qui percipient et exigent singula, nec committendum est negotium quaestoribus ipsis, alioquin disperderetur. Mittenda sunt talia diplomata quatuor ad quatuor quaestorias Bavariae cum mandato impresso per chalcographum*) ut ad certum diem quilibet praefectus in ditione sua ad certum diem convocet sacerdotes et beneficiatos omnes, quibus praelegatur tunc diploma episcopi, in quo insertum est ad verbum totum indultum pontificis, quod sufficit, et non excudatur per typographum totum episcopi diploma, quod videbatur magnificus dominus ab Eck approbare; melius autem rati sunt alii, ne ita passim vulgetur diploma in contemtum et calumnias osorum et ansam disputationum desuper fiendarum; qui originale cuperet, posset quaestorem vel subdelegatum aliquem ex quatuor adire et perlegere diploma.

Reverendus dominus episcopus noluit quidquam donari nec cancellarius suus doctor Mattheus Luchs passus est aliquid cancellariae offerri. Quatuor scribae quatuor diplomata unius tenoris praelegente Sweickero secretario descripserunt per horas 7 a hora 12 ad 7 noctis usque exarando eadem illa. His 8 taleros solvit universitas una cum expensis coenae neglectae propter scriptionem. Exinde quatuor sigilla appendit episcopus quatuor diplomatibus suis, et tunc universitas 4 taleros secretariis donavit referente Sweickero, hunc illum in cancellaria quavis morem esse consuetum, ut licet

*) *Ein solches Druck-Exemplar findet sich im Reichs-Archiv, Ingolst. Stadt. Fasc. 12, 7. März 1549.*



princeps aut cancellarius remittat et recuset debitam pecuniam secretariorum, tamen interim non prohiberi aut sublata esse donaria. Subscripsit quatuor diplomatibus magister Joannes Jungenwirt Burckhausensis praepositus s. crucis, quoniam Lochnerus non erat authoritate pontificia creatus notarius, nec quidquam magister Jungwirt accipere pecuniae sustinuit, quoniam se universitatis membrum agnovit et hac parte academiae gratificari voluit, nec Lochnerus exegit quidquam pro laboribus, uxori itaque illius universitas dono dedit talerum.

Anno domini 1528 aut 1526 facta est exactio cleri et omnium ecclesiasticorum bonorum per Bavariam, non pro una decima pro triennio, sed uno anno coacti fuere, quatuor partes proventuum uno anno omnium solvere principi, et summa tunc excurrit ad 120 millia florenorum. H. Sweicker et Joannes a Gumpenperg.

Facta est mentio pauperrimorum sacerdotum, qui nequaquam solvere aut difficulter aliquid numerare possunt, ut illorum habeatur ratio, et quasi intercedente domino episcopo iis aliquid remittatur aut saltem temporis intervallum statuatur, quo possint satisfacere frustillatim.

Nr. 65.

(S. Bd. I, S. 184.)

Ebend. S. 623:

Verhaissung doctoris Leonardi ab Eckh de secunda et tertia decimatione.

Hinfüran wolle magnificus dominus ab Eck die sach also ordnen, das anno 50 nit mer dan 100 fl. soll auff solches einpringen gen. Hats nit erlebt.

Item vier bischoff haben ire legatos gen Aichstat geschickt und haben von diser steur appellirt, Saltzburg, Passau, Regenspurg, Freysing, haben dem Eistettensi auffgehebt und mit ime expostulirt und gewollet, er sollte a pontifice das schreiben nit angenommen haben und nit darein verwilliget haben.

Item dem Glucken unterrichter hat man 10 fl. geschenckt, das er die 10 tag die quotationes hat unterschriben. Et sic aliis donatum ferunt cuique secundum dignitatem suam aliquid, qui occupati fuerunt in percipienda hac steura sacerdotali.

In comitiis bavaricis zu München circa trium regum ist ain dialogus gemacht worden von den hoffpriesteren von der priester steur, und haben bekennt, sie haben gleichwol etwan auff volgende weiss mit einander von sachen discurirt herr Christoff Nidermair und herr Pretzl.

A. Ei lieber, was ist das für ein steur? B. Si hat mir nit gefallen. A. Ain yglicher müess den zehnten pfenning geben, was soll dass? B. Ich hör aber sagen, es sei ein gut werck. A. Ei lieber, wie so? B. Man well mit diesem steurgelt unser kinder auffziehen. A. Ei lieber, ists war? nun das wer etwas; ich will dester lieber steuren. B. Ja man wirt mit diesem gelt unser kinder lernen und unterweisen in guten künsten und guten sitten. A. Aber ich wolt gern wissen, wer ain anfanger were

solcher beschwernuss, das wir also steuren müessen. B. So waist d[illegible] nit? doctor Eck, du darffest nit daran zweifeln, hat solch gethon. A. Das ime got die drüess geb; das klain Eckerlen dem Schweicker hat de[illegible] prieff und bullen von Rom gepracht. B. Wo mainst aber du man [illegible] gelt wer hin thon? A. Ho, ich waiss nit anderst, dan man wer es [illegible] hohenschul zuestellen, das man dester statlicher möge unsere söne unterweisen. B. Ja wol unterweisen; es hat vil ain anderen rinnen, da Loca[illegible] nit vil von schreibt. A. Wie also lieber, hast du etwas diser sachen halben gehört? B. Ja werlich ich waiss wol, vier tausend gulden [illegible] schon hie; hertzog Wilhelm wirt das ander auch pald haben*). A. Taceat[illegible] haisset ein leuchter, lieber hör auff; darvon will ich nit fragen, ich möcht ain pösen beschaid erlangen.

Ita**) factum est, sicut pasquillus praedixit. 29 Januarii 22 mil[illegible] florenorum petita sunt sub hoc praetextu***): Provinciales Bavariae [illegible] comitiis, quae coeperunt trium regum et duraverunt usque ad dominica[illegible] ante purificationis, assenserunt in his: Centena millia florenorum per exactiones extorquenda; interim tamen, donec extorqueantur, episcopu[illegible] Eistetensis ut commissarius debet 22 millia ex sacerdotibus extorta provincialibus mutuo dare et in anni spatio rursum percipere a provincialib[illegible] quando pecuniam ex steura in promptu habituri sint. Episcopus petiit, [illegible] provinciales cautionem eius rei darent. Zirerus secretarius camerae et praefectus Haslinger fieri non posse responderunt, quia comitia sint dissoluta et ante pasca cum magnis impensis nescirent se a provincialibus obtinere cautiones. Remisso igitur quaestore episcopi eodem die episcopus pe[illegible] eundem postridie respondit, ut fideiuberent loco provincialium praefectus Haslinger Joannes Vischerus et Georgius Schakerus. Id facere noluerunt dicentes****), se hoc non habere in mandatis neque ipsos provinciales iussisse hoc facere. Discordarunt etiam inter se scripta, nam scriptum illustrissimi principis indicabat, mutuo pecuniam hanc dandam esse ea[illegible] interesse eo, quod provinciales se obligare vellent, litterae provinciales hoc non†) continebant. Propterea Zirero data sunt 22 millia abvehenda Monachium.

Nr. 66.

(S. Bd. I, S. 184.)

Ebend. S. 631 (und in Abschrift S. 637):

Dem erwürdigen in got vater unserm besonder lieben freund herrn Moritzen bischoven zu Eystet und thumbprobst zu Würzburg.

---

*) *Die Worte* hertzog — haben *sind von späterer Hand corrigirt in* es wird das ander auch pald hie sein.

**) *Von späterer Hand corrigirt in* Nequaquam ita.

***) sub hoc praetextu *ist von späterer Hand ausgestrichen.*

****) noluerunt dicentes *durch spätere Hand corrigirt in* noluerunt: licet dicerent.

†) non *von späterer Hand corrigirt in* idem.

Unser freundtschafft zuvor, erwürdiger in gott vatter besonder lieber freundt, wir haben uf unser und gemainer unser lanndtschafft des anlehens vom zehenden pfening der 22000 gulden halber an e. frht. freundtlich und sonder fleyssig beschehen schrifftlich ansuechen und begeren derselben antwortt von unserm secretari Leonhardten Zierer in schrifften und aus mündtlicher seiner relation nach lenge verstanden und hetten uns gleichwol nit versehen, das uns und gemainer unserer landtschafft dergleichen misstregig und abschlegig antwortt ervolgt sein sollt, dann wir für unser person und als landtsfürst nie anderst gedacht und genaygt gewest und noch, als der bäbstlichen concession nit allein volg zethun, sonder auch alles, so zu erhaltung gelerter personen und aufnemen unser universitet raichen mag, mit gnaden zefürdern und zu deme unser camerguet, wie bishere beschehen, darzustrecken, als wir dann dises werchs mit dem zehenden pfening bey bäbstlicher heyligkeit anfenger und genediger fürderer auch nie der maynung noch vorhabens gewest, bemelter unser universitet, wie villeicht gedacht werden möcht, denselben zuentziehen noch in unsern eigen nutz zewenden, und dieweil bemelte unser landtschafft uns schuldig gewest und bewilligt hat, uns alsbald und von stundan etlich tausent gulden zuerlegen, hetten wir uns getröst, e. frht. sollten ab irem schreiben ain benüegen gehabt und in uns auch unser landtschafft khain misstrauen gestellt; zudem haben sich e. frht. zuerinnern, das uns unmüglich, diser sachen halben allain unser landtschafft widerumb zuberueffen. Aber damit e. frht. unser fürstlich gemüet hierinn spüren und unserer landtschafft uns gethane bewilligung nit hinderstellig und verzogen werde, so verpflichten wir uns hiemit für uns selbs zu mererm überfluss, das wir bei unsern und gemainer unser landtschaft verordneten commissarien und einnemern der bewilligten steur darob sein und sy dahin vermögen und halten wellen, von unser und gemainer unser landtschafft wegen zwüschen hie und ostern e. frht. ain verschreibung und verpflichtung des inhaltz zuezeschicken, das sy von eingezogner und empfangner steur diss jahres und vor verscheinung desselb vermüg vorigen unserer landtschafft schreibens e. frht. die 22000 gulden gen Ingolstatt vor aller anderen aussgab erlegen und bezalen sollen. Und desshalben wir uns hiemit verschriben haben, auch solichs bey künfftiger bäbstlicher heyligkeit und dem stuel zu Rom e. frht. verantwortten helffen wellen, und sein e. frht. nachperlichen willen zuerzaigen yederzeit genaigt. Datum München 1. Febr. anno 50.

Wilhelm hertzog in Bayrn etc.

Reverendissimus Eystettensis dixit ad suos aulicos: „Video et sentio, illustrissimum principem Wilhelmum admodum aegre tulisse, quod ego non pecuniam ex decimis corrasam illico consensi Monachium abducendam; hoc ego non curo, sed lubentissime solus hanc eius querelam super humeris meis sustinebo neque verebor quemquam et conabor etiam in futurum, quantum potero, demandatae mihi pecuniae satisfacere.“ Haec quaestor episcopi Joh. Colbius.

Ebend. S. 637:

Moritz von gottes gnaden bischove zu Eystat Hansen Colb rentmaister.

Damit das unser lieber herr hertzog Wilhalm nit zu ungnaden bewegt werde, ist unser bevelch, du wolltest solch schreiben rector und rath der universitet anzaigen mit dem bericht, das uns für guet ansehe, bertn anlehen auff beschehene vertröstung, wie in der gedachten unsers lieben herren hertzog Wilhelms schreiben verleibt, nit zeweigern. Des verlassen wir uns als zubeschehen. Datum Eystett den 3. Febr. anno 1550.

Nr. 67.

(S. Bd. I, S. 184.)

Ebend. S. 629:

Dem hochwirdigen in got etc. Moritze bischove zu Eystet und thombprobst zu Wirtzpurg unserm gnedigen herren.

Post salutationem. Hochwirdiger genediger herr, wir sagen eurer fstl. gn. untertenickliche danck, das e. f. gn. bisher so getreulich und vätterlich ob der universitet all zeit gehalten und auch neulich der steur halben des zehenden pfening auch gern das pesste wolt gethon haben, dess wir eur f. gn. nit genuegsam mögen verdancken; erkennen uns auch all samenlich und sonderlich schuldig sein, solch guthait gegen e. f. gn zuerkennen und entiklich, wo es uns möglich, zu verdienen. Bitten hiemit untertenicklich, e. f. gn. wollen hinfüran, wie wir dan kaineswegs zweifeln, derogleichen bemühet sein, ob doch der universitet möchte zum tail geholffen werden, das sie bei wirden in erhaltung so viel gelerter leut möchte lenger bestand haben, welchs vernittl *) e. f. gn. hülff und bestand kain fürgang haben mag, wie wir besorgen. Es hat auch der edl und vest Hans von Haslinger unser pfleger vor uns bekhennt, wie er von diser priestersteur 1500 fl. behendig hab, die wolle er on e. f. gn. wissen und willen nit aussgeben, derohalb wir e. f. gn. untertenicklich bitten wollen, bei gemeltem Haslinger schrifftlich anzuhalten, damit er solchs gelt zur universitet notturfft innbehalt, dan wir diss jar nit mögen gebürlich besoldung den lesenden professoribus bezalen, wo nit geholffen wirt durch fürgenomen weg, das wollen wir umb e. f. gn. untertenicklich verdienen. Datum 12 Febr. anno 50. Rector und rat gemainer universitet

---

Nr. 68.

(S. Bd. I, S. 186.)

Archiv d. Univ. D, III, Nr. 4, S. 713:

Percepta tota pecunia absente episcopo Eistettensi, qui recusavit con-

*) *Ein unverständliches Wort; Herr Collega Conr. Hofmann aber belehrte mich, dass ohne Zweifel* „vermittl“ *zu lesen sei und dieses seine Erklärung durch die ältere Bedeutung des Wortes „Vermitteln“ (Ben. Müller, II, 1, S. 199 *) finde, d. h. „hindernd dazwischen treten“, wonach als Sinn obiger Worte sich ergibt: „welches bei gehinderter Hilfe euer fürstlichen Gnaden keinen Fortgang haben kann.“*

missaturam propter inhibitionem pontificis, quam non curavit illustrissimus princeps, quia iam in medio opere processerant exactores; praesentibus camerario universitatis et doctore Joanne Baptista Weber in aedibus Wolfg. Stamauer universa pecunia numerata est ab illustrissimo principe ad eam rem subordinato domino N. a Friberg consiliario camerae et ipsorum scriba praecipuo N. Zeller et altero N. Melber.

Reposita est pecunia in archivum collegii ipso die annuntiationis beatae Mariae virginis. Post triduum die lunae post Laetare consiliarii camerae et potissimum consiliarii provincialium Bavariae petierunt a rectore et tribus consiliariis universitatis, ut haec pecunia mutuo daretur ipsis et illustrissimo principi propter necessitatem et tumultus bellicos ad festum sancti Micaelis usque sine usura et lucro; velle namque se eodem tempore restituere aut deinde vertere in census perpetuos, cuius rei se erecturos publica diplomata promiserunt. Et consensum est a rectore et doctore Baptista et camerario et decano artium Lorichio, si per episcopum Eystettensem id fieri liceat et per reliquos dominos consilii academiae. Quare dederunt spatium referendi hoc ad senatum gymnasii, de episcopo nihil erant solliciti, quia reiecerat id onus ab humeris suis. Altero die consensus totius consilii renuntiatus est dominis, ad festum videlicet sancti Michaelis gratis et sine usuris hanc pecuniam se locaturos illustrissimo principi, postea vero cum certo lucro. Illi acceperunt oblata et substituerunt festum sancti Matthei. Pridie Kalendas aprilis.

p. 717:

Freitag 1. Aprilis hat Zeller der zalmaister heraussgenomen 10000 fl., aber es waren 148 fl. 8 ß 1 dl. zu viel in den schwartzen truchen; die hat er wider herauss geben; noch hett er zu wenig, 3 patzen hat von den 148 fl. wider genomen ein pfruntner. Ueber zwo stund hat der Melber das übrig in das schloss lassen füeren; thuet alles zusamen 25000 fl. minus 38 fl. minus 1 dl. Dieselbigen 38 fl. hat man auch erfüllet und bezalt von dem gellt, welches hernach erst ist eingepracht worden, wie das maist gelt ist schon im archivo gelegt gewesen.

Ultima martii haben sich verschrieben umb die 25000 fl. gemainer lanndschafft wegen Augustinus abt zu Tegernsee, herr Wolff von Wexelron freiherr zu Waldeck hauptmann zu Purckhausen, Hanns von Peffenhausen zu Reichertzhausen und Eberspeunt pfleger zu Arding, Hanns Ligsaltz burger des indern rats zu München.

Doctor Stockhamer hat gegen ainer quiddung oder obligation solchs verschreiben der landschafft genomen in vigilia nativitatis Christi 1552.

Nr. 69.

(S. Bd. I, S. 348.)

Archiv d. Univ. D, III, Nr. 7, f. 195:

Zuowissen sey allen und jeden, dass ain merkliche clag und geschrai ist, wie unsere studenten und unterthonen bei den wierten überschwencklich verthun und onwerden, welches der universitet zue ringerung und

schmach, auch ieren elteren zue schaden raicht. Darumb sollichs zuo verkhomen orden und wellen wier, wie den sollichs auch vor lengst geordent ist worden, dass die wiert und weinschenken kainen studenten überschwenklich wein noch gelt geben und borgen sollten, und sonder denen gar kainen, so minderjarig oder under vetterlich gewalt sein oder die präceptores rectores oder curatores haben, on derselbigen ausstruckenliche bewilligung. Wo aber ainer oder mer wierdt sollichs statut und rechtmessige ordnung übertieren und sollichen, so under ainen gewalt sein, wein und ander überflüssig zerung darraichen würde, sollen die gewalthaber noch die, so unter dem gewalt sein, solliche zu bezalen nit schuldig sein, auch nicht darumb von uns gesprochen werden. Darnach wisse ain yeder zu hieten. Auch zue merer sicherhait haben wier den fürstlichen bevelch hie neben angeschlagen, damit sich ain jeclicher hinfüer darnach wisse zu richten.

Dem wirdigen ersamen und hochgelertem unserem lieben getrewen rector camerer und ratthe unserer universitet zu Ingolstat von gottes genaden Albrecht hertzog in Oberen und Nidern Bayern etc.

Unser gruoss zuvor, wirdigen ersamen und hochgelerten lieben getrewen. Nach dem uns täglich der jungen studenten halben, so von zucht und studierns wegen auff unser universitet geschickt seind, klagen füerkumen, wie denselben ausserhalb ierer präceptoren wissen durch die wiert vil weins geben und geporgt, dess sich, wie nitt unpillich, iere elteren beschweren, auch etlich unsere burger derawegen nitt bezalt werden, dieweil dann sollich nitt zuogestatten, dass sy durch sollich überflissig zeren, dardurch si nitt alain dass gellt sonder die zeit unnitzlich verzeren und darumb sy aussgeschickt sein nitt bewachten, so wellen wier und ist unser ernstlich bevelch, dass ier ob eweren füergenumen mandat strachts und mitt allem ernst haltet und sollichs den eweren von der universitet offentlich verkindet und angezaigt, dass sy dem studieren mitt allem fleiss obligen und solches überflissigen wein nemens von den wierten gantzlich enthalten. Wier haben auch burgemeister und rath unser stat Ingolstat mitt ernst bevolchen, dass sy offentlich verkinden und berueffen lassen, auch bei den wierten daran sein, dass hinfüran gedachten studenten nitt mer geborgt und ausserhalb ierer präceptoren wissen wein geben werden; wolten wier euch genediger mainung nit verhalten und beschicht daran unser haissen. Datum München den 28 may anno 53.

Ebend. f. 196:

21. Juni anno 1553. Zuo wissen sey aller menigklich hiemit gethan, dass zuo verhaltung gemaines fridens und ainigkait, so zu der zeit zwischen den underthon der hochen schuol und gemainen kriegs volck, so durch den durchleuchtigisten hochgebornen fürsten und herren Albrechten pfaltzgraven am Rein etc. auss bewegenden ursachen here verordent, ist durch rector und rath der universitet, auch die edlen vesten und strengen gemainen fürstlichen stathalter alhie herren Georgen Haslang etc. und hauptleut dess kriegsvolk berathschlagt und verordnet, dass den underthon zue baiden tailen bei schweren straffen und penen sol frid gebotten werden.



damit keiner den anderen mitt worten und wercken antast und beschedige, zum tail auch die ursachen, darauss vil unraths ervolgen mecht, abgeschniten, alss nemlich dass kain zemetfeur weder zuo sant Johans auch weder vor noch nach sol gehalten werden, auch kain fliegends fewer kugel ragetlein noch ander sollichs geworfen soll werden, auch sonderlich kain puchsen soll gebraucht werden. Darnach wisse sich ain yeder zuo richten; wo aber ainer sollichs überfür, würde er onzweifelt nach ungenaden gestraffet werden.

Nr. 70.

(S. Bd. I, S. 280.)

Arch.-Conserv., Tom. III, f. 97 ff.

Memorabilia ad reformationem faciendam D. Hieronimi Leucht et D. Canisii.

Domini observandi. Quid ego pro reformatione gymnasii offerrem nisi ea, quae iam per aliquot annos, quibus hoc volvitur saxum, saepius in consultationem venerunt, quae et litteris commissa et scripta sunt. Ad haec, ne Minervam doceam, me refero, ut d. v. haec examinent et quae huic operi et proposito commoda visa fuerint, eligant atque adaptent.

Unicum hoc addens, mihi videri hanc disciplinae et morum corruptelam ex unico principio tanquam fonte in hanc scolam dimanasse, ex negligentia scilicet et nimia indulgentia eorum, qui praefuerunt; si enim illi, quibus maxime intererat, servassent nec declinassent ab his, quae ab antecessoribus bene fuerunt constituta, non passim apud plerosque nunc nostra male audiret academia.

Iuventus sub praeceptoribus in contuberniis cogebatur habitare, permittebatur saltem maiorum facultatum studiosis nobilibus et qui alicuius eminentiae vel dignitatis erant vel proprios alebant paedagogos, extra contubernia et ubi voluissent commorari; horum tamen plures sponte sese contuberniis et praeceptoribus subdebant, cum nullibi tutius minori tumultu et sumptu agere potuissent.

Qui autem proprio vivebant arbitrio, passim per civitatem stabant, et quorum studium et mores minus erant perspecti, cogebantur singulis mutationibus ad nuper electum rectorem suarum lectionum a praelegentibus afferre testimonium; et si qui horum communem interturbarent tranquillitatem, prius admoniti mittebantur in carceres, mox excludebantur. Si autem essent alicuius dignitatis aut canonici, scribebatur ad parentes aut sua capitula aut superiores; sed et canonici singulis annis a domino rectore testimonia petebant suae conversationis et studii ad sua capitula, ut vocant, mittenda.

Wir wöllen und bevelchenn, das in unser druckherei daselbs weder leine noch grosse büecher, sy sein teutsch lateinisch oder anderer spra- en, in kheinen weg gedruckht werden, sy hab dann zuvor decanus einer en facultet, darin sy geschriben, sampt und neben dem decano theologie ıechen und approbiert.

Was aber die beed Weissenhorn für büecher jetzt oder hinfüran von anckhfurtt oder andern orttenn alher zum buchladen bringen, die sollen :h geöffnet noch verkhaufft werden, es seie dann zuvor dem decano jeder :ultet ain sonder verzeichnus der selben facultet büecher, darzu dem cano theologiä der cathalogus aller solcher büecher bevorher zuersechen gestellt, dieselben aufzeschlagen und zuverkaufen von inen erlaubt. Und ıche büecher sollen die Weissenhorn in einem leidenlichenn und zimlichen ı verkhauffen, damitt die universitet und derselben zugewonten nit be- ıwertt, und wir hierinnen einsehung zethun, auch ein gleichmessige tax :zunemmen oder andern neben inen einen puechladen zuvergonnen nit ver- acht werden.

Des alles thun wir uns zue rector und rat offtgedachter unser uni- rsitet, auch allen derselben eingeleibten und studiosen in ernst versehen, nn wir ob dem allen hallten zelassen und derwegen den von uns inen rgesetzten patron oder yemandt andern aus unsern räthen zum wenigsten ist . im jar dah ı zu dnen, der gehorsam und volziehung halben liche erfarung z , ı ann gegen den überfarern und verprechern



mit gebürlicher ernstlicher und unnachleslicher straff zu fürfaren endtlich bedacht und radschlagen finde. Datum München den 19. december anno LV.

Nr. 72.

(S. Bd I, S. 282.)

Archiv d. Univers. B, I, Nr. 28.

Von gottes genaden wir Albrecht pfaltzgrave bey Rhein hertzog in Obern und Nidern Bayern bekhennen als ainiger regierender lanndsfürst und thuen chundt hiemit allermeniglich, alls weilendt die hochgeborne fürsten unsere liebe vorfarn vettern anhern und vatter all pfaltzgraven bey Rhein hertzogen in Bayern etc. seliglich zw gedenckhen die universitet und hohenschuel in unser statt Ingolstat der christenhait und gemainem nutz auch unsern und andern landen und leuthen zu ehre erhalltung und wolffart mit merckhlichem daherlegen und cossten zw erst erhept und auffgericht und derselben universitet scholaren und glidern sonder constitutiones decret statut ordnung und privilegia gegeben, die hernach von ainem auf den andern regierendt fürsten zum theil geendert gemeert und gepessert sein, wie dan zw jeder zeith die gepräuch sitten leuft und gelegenheit anderer universitet, auch der scholar irer doctor und preceptorn studium erfordert haben, das wir bey unsern fürnembisten gelerten räthen und andern diser sach verstenndigen erfunden, wie dieser zeit die constitutiones decret statut und ordnungen, die gedachte unser universitet ettliche jar her gepraucht, auss erforderung der noturfft in vil wege nach glegenheit jetziger leuff zebessern zum thail zeendern und zum thail in ander geschikhter ordnung zepringen, auch nachdem vil groser mengel misspreuch und geprechen ein zeith her bey gemellter unser universitet eingerissen sein, ain stattlich reformation zu abstellung derselben fürzenemen und in die werckh zerichten sich gebüeren welle, haben wir darauf ettliche unser ansehliche räthe ghen Ingolstat abgefertiget und inen ernstlich bevelch geben, daselbs mit den würdigen ersamen hochgelerten unsern lieben getreuen rector und räth, auch decanen camerern doctorn und maystern aller faculteten unser universitet constitutiones decreta statuta ordnungen, auch die privilegia freihaiten immuniteten liberteten exemptiones und was dergleichen zw auffnemen nutz und guethem von wolgedachten unsern vorfordern merbemelter unser universitet in gemain oder derselb glider und zuegethanen yedem in sonderhait auss sondern gnaden gegeben und bisher bestät worden, mit zeittigem rathe und gueter vorberechnung zu ersehen. Der statutorum constitutionum und ordnungen, auch ainer sondern reformation newe vergriff zestellen, wie die ires rathsamen vermainens dieser zeith geschikht muglich und erspriesslich steen sollen, damit all faculteten zw mererem auffnemen gepracht, derselben doctor professor mayster und scholar zw pesserm vleiss gehallten und dardurch zw unser universitet zu Ingolstat dester mere lieb und naygung meniglich gewinne, daselbs studieren muge und in gueten sitten und tugenden erhalten und auffzogen werde. Darauf uns dieselben unser verordnete ... hernach ge-

schriben libell in latein und ain teutsche reformation besonderbar durch sy mit guethbedunckhen offtgedachten rectors räthe decan camerer doctor und maister aller faculteten vergriffen fürgetragen, welliche lateinische statuta und ordinationes wir von wort zw wort hiehin inseriren und die jetzgemelte reformation in ainem sondern libell von derselben lenge wegen verfertigen haben lassen; und lauten die statuta, wie hernachvolgt:

Constitutiones et privilegia academiae Ingolstadianae.

Leges bonae a sapientibus viris constitutae sunt, ut pravis hominum studiis sublatis recte vivatur generisque humani coniunctio et societas servetur. Si enim lex est recti iussio pravique depulsio, quae et supplicio improbos afficit et defendit et tuetur bonos, nihil sane aptius esse potest ad conditionem humanae naturae et communem vitae tranquillitatem tuendam. Sine ea enim, ut praeclare dictum est a Cicerone, nec domus ulla nec civitas nec gens nec hominum universum genus stare nec rerum natura omnis nec ipse mundus potest. Historiis proditum est, Romulum, cum iam Romam condidisset, prius eam legibus quam moenibus muniisse. Vir ingenio excellenti recte cogitans, nihil profuturum urbi, si stantibus et erectis moenibus cives moribus passim corruerent; nam ad mores emendandos, vitia prohibenda, virtutes excolendas, flagitiosos puniendos, bonos defendendos, innocentes tuendos, bene meritos suis honoribus afficiendos, facinorosos submovendos, seditiones tollendas, et ad communem reipublicae tranquillitatem conservandam leges sunt potissimum excogitatae et bonae ordinationes in rebus publicis constitutae. Quare et Plato rempublicam suam non multitudine populi nec copia, sed legibus constare voluit; sic et deus optimus maximus mundo statim condito rebus omnibus certas indidit leges, ad quarum praescripta viverent et gubernarentur, quas adeo non transgrediuntur, ut perpetuo eas et quam constantissime servent. Hinc crebro voces illae in sacris litteris audiuntur „Constituisti eis terminos, qui praeteriri non poterunt" et „Legem ponebat aquis, ne transirent fines suos", et ecclesiae verbum est „Qui totum subdit orbem suis legibus", et propterea Plato legem reipublicae velut animam non immerito dixit, Cicero quoque ad civium salutem civitatumque incolumitatem vitamque beatam et tranquillam agendam leges esse prolatas et sancte observatas alicubi testatur. Quare ut imprudentis illius aetatis in omne vitiorum genus alioqui propensissimae impetus et furores legibus quasi quibusdam frenis cohiberentur, sancti mores retinerentur, aequitas, iustitia, pax et communis reipublicae tranquillitas conservarentur, florentissimi huius studii Ingolstadiensis senatus academicus privilegiis et gratiis sedis apostolicae simulque illustrissimorum principum ducum Bavariae concessione et autoritate fretus sequentes leges, constitutiones et ordinationes iuxta communis iuris dispositionem statim quidem ab initio conditae academiae latas, deinde vero temporum qualitate et moribus hominum aliquoties variatas, nunc vero postremo illustrissimi principis et domini Alberti ducis etc. iussu et mandato revisas et correctas in hac forma subscripta denuo conscribi proponi edi ac publicari fecit et curavit voluitque, ut bis in anno in electione rectoris publice in aula maiori praesentibus omnibus capitibus et membris academiae



praelegantur ac omnes sui subditi iis constringantur. Quod ut faustum felixque sit, deus optimus maximus faxit.

De consilio universitatis rite ordinando.

Statuendus est senatus, ut a totius academiae consilio veluti senatu primario exordiamur; penes hunc volumus plenam ac summam constare autoritatem et facultatem ordinandi statuendi decernendi atque exequendi omnia et singula, quae vel ex iuris dispositione vel privilegiis aut consuetudine ad officium senatus spectant; in quo quidem consilio praecipui ac perpetui habebuntur rector et trium principalium facultatum ordinarii professores et si qui alii harum facultatum sive doctores sive licentiati in consilium recipientur, quibus adiunctum volumus ex artium facultate decanum una cum tribus magistris eiusdem facultatis nomine atque consensu huc deputandis.

Et qui primum in consiliarium assumitur, sequenti adstringatur iuramento, quod rector exiget:

1. Ego N. promitto et iuro primo, quod illustrissimi principis ac domini Alberti comitis palatini Reni superioris inferiorisque Bavariae ducis heredumque suorum hanc urbem Ingolstadiensem possidentium honorem, huius suae academiae utilitatem procurabo, quodque vicissim dedecus atque damnum quomodocunque incidet, pro virili avertendo impediam. 2. Promitto et iuro, me diligenter curaturum, ut studiosorum causae praesertim in iudiciis ad rationem legum et privilegiorum huius academiae legitime decidantur. 3. Promitto et iuro, quod a rectore et eius vicario accersitus statuta hora, non tardius, sed ut cum primis adsim, veniam et propositionibus vel rectoris vel partium interero eaque audiam et deinceps bona fide in medium consulam, quae ex re academiae esse intellexero. 4. Promitto et iuro, quod ad singula, quae rector proponet, deliberabo fideliter et quantum meum fert iudicium respondebo nulla interim amoris odii pretii et privati affectus ratione habita. 5. Promitto ac iuro, quod, si necessitas exigat, sedere velim pro tribunali cum rectore, illi auxilio esse atque secundum dictamen rationis iustam ferre sententiam. 6. Promitto et iuro, quod secreta universitatis et consilii et earum praesertim rerum, quas celare iubebor, et eorum demum, quae in praeiudicium vel academiae vel singularium eius personarum vergere videbuntur, ad alios non efferam neque publicabo. Sic me deus adiuvet.

Inter consultandum autem nemo consiliariorum alteri convicia dicat neque alterius sententiam et suffragium verbis iracundis iniuriosis aut concitatiori animo interturbet, verum ubi ex ordine super negotio in consultatione proposito dicere iussus, deinde sententiam suam modeste proferat. Licebit tamen rectore aut eo, qui ex ordine loquitur, permittente aliquid cum modestia, si ita visum fuerit, extra ordinem depromere. Si vero quispiam temerarius alterius suffragium interrumpat, mulcta 6 cruciferorum puniatur aut et graviore poena, si modestiae limites longius excesserit, afficiatur, quae poena a rectore vel a consilio infligi potest.

Porro cavebit rector, ne consilium saepius et leviusculas ob causas cogat ac professores gravet eorumque studiosos fructu [illegible] onum publicarum defraudet; potissimum igitur dominus rector sua dil [illegible] ia et per se pro

patribus conscriptis res exequatur aut, ubi necessitas postulaverit, ad totum consilium referat.

Cum autem praesens necessitas magnopere expostulet, ut ad dominicam in singulis angariis, i. e. quater in anno stata consilia celebrentur, volumus, quod omnes consiliarii iis diligenter intersint, ubi de gravioribus quibusque negotiis, quae vel totam academiam vel cameram respiciunt, tractandum erit, deinde etiam de professoribus omnium facultatum, quoties unusquisque proximis quatuor mensibus cessaverit, quod pedellus iubebitur annotare, et quousque pervenerint in legendo, ne auditores defraudentur lectione librorum, quos expedit citius absolvi, inquirendum; tertio de studiosis in qualibet facultate, sintne plures diligentiores aut inquietiores solito; quarto de professoribus facultatis artium, an magistrandi habeant et audiant libros sibi necessarios ad cursum complendum, et designentur tunc certi libri, qui ad proximam usque angariam pro logicis sive baccalaureis sint absolvendi; haec aliaque id genus in consultationem adducantur, praesertim a decanis, omniaque conscribantur et, quae videbuntur necessaria, ad illustrissimum principem sive patronum scholae referantur, ut sic metus etiam omnes faciat cautiores.

Concludat rector id, quod maior pars consilii consenserit; quod si pares fuerint sententiae, eam amplectatur, quam ipse saniorem iudicaverit, eamque consilium totum strenue observare et rector diligenter exequi debet.

Vocatus per rectorem consiliarius compareat, sicut in iuramento promisit, ac ad praescriptam horam sit praesto; contumax vero mulctetur 32 numulis, nisi negotii ardui, quod tractandum est, ratione compulsus rector mulctam graviorem indixerit; qui vero tardius iusto et per quartam partem post horam indictam propositione iam per rectorem facta in senatum venerit, 16 nummis puniatur, in urgenti causa et venia prius a rectore impetrata excusetur. Decernimus praeterea, quod si res in consultationem posita sit, quae ad aliquem ex consiliariis vel sanguine vel affinitate ei coniunctum spectet, is a rectore monitus sub tempus deliberandi statim e senatu excedat. Interdicimus postremo rectori sub poena arbitraria syndicatus, ne accersat in consilium consiliarios sub iuramento aut obedientia debita, excepto casu, si propter negotium arduum consilio aut ad minus decanis quatuor ita faciendum videatur.

De rectoris electione.

Ne academia sit ἀκέφαλα, rector eligendus, apud quem summa rerum existat in omnibus, quae iurisdictionem et ordinem gymnasii respiciunt, causis tamen camerae exceptis. Deligatur autem aliquis e senatu legitimo thoro procreatus clericus nullam religionis regulam professus; potest tamen universitatis consilium illustres scholasticos adhibito prorectore honorare, si tamen eligendus annum vicesimum aetatis suae excesserit et statum ac decentem rectoratus honestatem servare voluerit. Ceterum ut tam onera quam honores rite distribuantur, bis in anno rectoris electionem constituimus celebrandam, nempe in die s. Gregorii martyris et divi Lucae evangelistae re divina prius de sancto spiritu peracta. Ordo quoque per facultates servetur, nisi facultas quempiam virum idoneum et praesenti statuto conformem non habeat, quandoquidem in hoc casu transilire licet ad



aliam facultatem. Jurent quoque consiliarii rectorem eligentes ad manum eius, qui iam officium resignavit, quod penitus dolo et fraude posthabito idoneum deligere velint, secundum quod ratio et conscientia suaserit non prece, odio sive muneribus corrupti. Verum qui donis aut precibus aut alio prohibito modo occulte vel publice ad rectoratum aspiraverit et de eo constiterit, pro tempore non esse eligibilem et pro illo saltem tempore eligi non posse decernimus.

Electus vero unanimi senatus consensu officium et administrationem intra spatium unius diei assumere debet 6 aureorum nummorum poena proposita. Designato et proclamato publice academiae rectore iuret se recens electus ad manum antecessoris sui, se illustrissimi principis Alberti ac praeclari studii huius Ingolstadiensis utilitatem promoturum ac damna quaelibet emergentia pro viribus prohibiturum et officium rectoratus iuxta statutorum ac privilegiorum mentem diligenter esse administraturum. Amplius decenti et honesto cultu vestitum esse volumus rectorem, et ut discrimine aliquo ab aliis discernatur, cappa consueta trium digitorum fimbria exornata utatur, quam ipse proprio aere 5 aut 6 fl. ren. comparabit; nec solus incedat, verum cum comitibus aliquot. Rectoris autem habitum nemo gestet, nisi qui prius magistratum illum administraverit, sub poena 2 aureorum. Statuimus quoque, ut rector defunctus officio intra triduum sigillum cum elencho studiosorum et omnibus litteris, quas percepit, novo rectori reddat rationemque ponat accepti et expensi in praesentia professorum unius facultatis ordine in illis observato.

De rectoris officio.

Volumus itaque, rectorem legitime electum in omnes studiosos huius gymnasii iurisdictionem ordinariam, quam ex diplomate apostolico et privilegiis ducalibus sortitur, exercere; iuxta eam definiat, ius dicat atque omnia pro utilitate academiae et subditorum disponat, consilium cogat, articulos proponat, suffragia singulorum colligat, rixosis silentium imponat et iuxta deliberata, ut supra statutum est, decernat.

Rector designatus infra 15 dies post electionem suam publicum scriptum affigat sub mulcta unius floreni, quo prohibeat studiosis saltationes publicas, nisi ad honestandas nuptias sint invitati, et praecipiat, ut illi, qui non audiunt liberalium artium professores, testimonia diligentiae ab aliquo lectore theologiae, iuris aut medicinae rectori offerant, nec tantum ab oratoriae et poetices professoribus producant testimonia huiusmodi; magistris tamen deferimus, ut ipsi rectorem accedant et pro suis discipulis respondeant. Interdicimus tamen serio nostrae academiae professoribus, ne sint faciles in exhibendis scriptis testimoniis, quae requirere solent etiam cessatores, qui aut nunquam aut raro lectiones frequentant. Quodsi praelectorum aliquis negligentibus gratum facturus testimonium dederit, rector ab eodem poenae nomine duos germanicos aureos extorquere poterit.

Ad haec, si rector negotiorum gratia extra academiam abire necesse habeat, certiorem eius rei faciat quatuor decanos, vicariumque rector surroget eum, qui proxime magistratum gessit scholasticum eique committat libellos scripta sigillum sceptra atque omnia, quae ad rectorem spectant, qui subire cogitur hanc provinciam sub poena 2 germanicorum aureorum;



si tamen per biduum tantum aut triduum absens futurus sit, rector solus notario adhibito vice rectorem sibi substituere poterit.

Rector praeterea, qui per hybernum tempus ad gubernacula reipublicae sedebit, ante solemne festum divae Catharinae ad theatrum collegii amplissimum studiosos et sibi subditos omnes convocabit, ubi ad bonos mores praeclaras virtutes et litterarum studia adolescentes adhortabitur; deinde statuta huius scholae per notarium recitari curabit, ne quis ignorantiae praetextu sese, ubi deliquerit, excusare pergat.

Ceterum rectorem talem aequitatem et iustitiam administrantem Christus salvator et servator noster bonis omnibus affatim cumulabit coronaque iustitiae decorabit haud dubie. Cui addimus tertiam partem eius pecuniae, quam solvunt, qui albo studiosorum nomen suum tempore suae administrationis dabunt, nec non et medietatem mulctarum; de sigillis vero totam pecuniam sortiatur, sicuti et arma digladiantibus adolescentibus adempta ei ex integro cedere volumus; pro singulis tamen solvet excubitoribus 21 nummos, si per vigiles rectori allata fuerint.

Officii praeterea rectoris est, ut regentem novi collegii in Maio compellat ad rationes faciendas et calculum subducendum in praesentia decani facultatis theologicae et decani liberalium artium omniumque stipendiariorum, in quibus rationibus rector sedulus sit et diligens et, si legitimae sint rationes, approbet; sin minus, rector facultatem artium adhortetur, ut domui provideat, quae si oscitabunda foret, ad illustrissimum principem deferat negotium; neque differat rationes tales regens ipse ultra Maium sub mulcta irremissibiliter infligenda 10 aureorum.

De sigillis universitatis.

Academia ex liberalitate illustrissimi ducis Ludovici habet sigillum maius, minus et secretum; consultum itaque est, ut maius et secretum in archivo collegii veteris una cum privilegiis et diplomatibus adservetur, minus autem una cum sceptris reponatur apud rectorem magistratum gerentem. Usus quippe sigilli maioris sit in gravioribus rebus, veluti privilegiis universitatis, redditibus, censibus et magnis contractibus obsignandis; verum iudicialia et testimoniorum scripta tam graduum alicuius facultatis adeptorum quam causarum minori sigillo roborentur; litterae vero promotoriae, epistolae et mandata rectoris et consilii secreto muniri debebunt. Cum itaque odiosum et fastidiosum sit, rectorem toties inquietari ratione sigilli, constituimus, ut studiosus quivis litteras testimonii nomine flagitans exponat pro sigillo 32 nummos; tantundem solvendum est in iudicialibus debita concernentibus; in reliquis vero negotiis, sc. telonii promotionisque cuiuspiam etc., nisi magnitudo rei aliud efflagitet, non amplius 21 nummi numerentur.

De quatuor facultatibus.

Etsi rerum summam penes rectorem tanquam supremum academiae caput esse volumus, quia tamen universale studium est, in quo bonae artes omnes et honestae disciplinae iuxta maximorum pontificum privilegia et concessiones doceantur et conserventur, ideo ordinamus etiam et statuimus, ut totum academiae corpus in quatuor secernatur ordines seu, quas appellant,



facultates, theologorum scilicet, iurisperitorum, medicorum et philosophorum, quorum unaquaeque proprium habeat et collegium et decanum, eaque statuat omnia et sanciat, quae ad eius facultatis bonum et incrementum spectare videbuntur; cum primis vero, quod ad docendi munus audiendique et promovendi rationes pertinet, curet quaeque facultas diligenter, ut pro studiosorum utilitate et academiae honore ea praecipue praelegantur et doceantur, quae honesta sint, pudica et utilia, et ut in distribuendis honoribus singularis delectus adhibeatur, ne quibuslibet statim citra omne discrimen honorum gradus decernantur; sicut enim dignis merita laborum praemia sunt deferenda, ita indignis haud iniuria denegari possunt et debent.

Porro cuiusque facultatis decanus, qui iuxta illius facultatis statuta legitime ordinatus fuerit, non prius se officio abdicet suo, quam rector supremo magistratu defunctus fuerit, cui et ipse in consultando operam suam qua poterit fide et diligentia locet fideliterque illi assistat, seu id exigat iudiciorum seu aliarum rerum agendarum necessitas; tum autem officium suum se recte fecisse credat, si reipublicae bonum pro sua virili portione recte promoverit et curaverit.

Ita autem salva esse volumus et libera cuiusque facultatis iura et autoritatem, ut nulla aliam impediat in negotiis causis et tractationibus, neve superior in inferioris detrimentum quidquam statuat; hoc etiam prudenter caveatur, ne quidquam facultas aliqua statuere tentet, quod in praeiudicium fuerit universitatis aut decretorum eius; id quodsi forte fecerit (quod absit) et a supremo magistratu admonita desistere noluerit, contumacia illius et protervia ad principem deferri potest et debet. Quare si subditus a rectore pro aliquo facinore fuerit emendatus, non debet pro eodem delicto a facultatis suae proceribus denuo castigari.

De cultu divino.

Nihil docent litterae sacrae diligentius et inculcant crebrius, quam cultum dei: nam quidquid vere bonum est, id ab autore bonorum omnium venit. Quare ne et in nostra republica illum neglexisse videamur, principio statuimus et mandamus, ut quilibet rector ipso electionis die rem divinam de spiritu sancto pro felici futuri rectoris inauguratione fideliter fieri curet. Deinceps vero postquam magistratu defunctus fuerit, duo sacra peragenda instituat, alterum quidem pro iis defunctis, qui in nostra academia ex hac vita pie decesserunt, alterum vero in divae virginis matris Mariae laudem et honorem, quibus sacris ut omnes iurisdictioni nostrae subiecti cuiuscunque ordinis status et dignitatis fuerint, religiose intersint sub poena 32 nummorum infligenda praecipimus. Adhortetur et rector sacerdotes, si qui forte studiorum gratia hic fuerint, ut pro bono incremento et conservatione scholae nostrae, pro principibus item fundatoribus benefactoribus doctoribus magistris et toto studiosorum coetu simul et iis, qui deo sic volente ex hoc seculo egressi pie in Christo domino obdormiverunt, orent.

Statuimus etiam et praecipimus, ut omnes digniores huius studii personae doctores licentiati magistri ac nobiles statis diebus festis maxime solemnibus oblationes suas iuxta sacrosanctae ecclesiae constitutionem ad altare religiose offerant, ne quisquam sc. in conspectu dei vacuus appareat,



in contemptores poena 16 nummorum animadversuri. Ceterum de orationibus, quae ad clerum habentur, nihil decernimus id facultatibus relinquentes curandum et ordinandum. Volumus tamen, ut iuxta morem et consuetudinem aliarum academiarum certis diebus et divorum feriis orationes piae simul et doctae de rebus gravibus ad studiosam iuventutem habeantur. Item si contigerit (quod deus avertat), aliquem ex illustri familia ortum doctorem licentiatum magistrum aut insigni alioquin generis nobilitate clarum e vita discedere, rector indictis feriis omnibus iurisdictioni nostrae subiectis mandet, ut funeri deducendo intersint idque sua praesentia cohonestent, porro ad exequias proceres et qui dignitate aut generis nobilitate praestiterint, per notarium vocentur. Si autem princeps noster illustrissimus aut illustrissima coniux illius, quod dei optimi maximi clementia diu prohibeat, naturae concesserit, rector convocata tota scholastica multitudine exequias illius eo apparatu funebri et pompa peragi curet, quae principe digna sit, orationem quoque funebrem, qua demortui principis laudes et praeclare gesta depraedicentur, habendam instituat. Item ordinamus et volumus, ut ipso sanctissimi corporis Christi festo omnes nostri subditi cuiuscunque ordinis et dignitatis fuerint, solemni processione summa cum religione intersint et, quae tunc fieri solent, cum aliis pie exequantur.

Iam etiam ut honorem dei optimi maximi cumprimis, deinde etiam academiae nostrae promoveamus, volumus et statuimus, ut in praecipuis ecclesiae festis rector una cum consiliariis suis et toto scholastico coetu sacris ad divam virginem matrem Mariam intersit, ut autem solita pompa et frequenti omnium subditorum comitatu eo deducatur, praecedenti die publico edicto mandet, contemptores vero poena 32 nummorum puniat. Festa autem praecipua, quibus hunc honorem et reverentiam a nobis deferri volumus, haec esse declaramus: nativitatis et resurrectionis Christi, pentecostes, assumptionis Mariae et omnium sanctorum, sub eadem quoque poena severe praecipientes, ut omnes omnium ordinum et dignitatum studiosi in iam dictis feriis divina officia religiose audiant, auditis rectorem inde ad aedes suas honorifice comitentur et deducant.

De professoribus et lectoribus ordinariis.

Ne quilibet docendi munus statim sibi usurpet, volumus summum haberi delectum non minus in professoribus ipsis quam libris et autoribus praelegendis. Ordinamus itaque et statuimus, ut nullus ad publice docendum admittatur, nisi prius coram toto senatu academico legitime se in eadem professione insignibus exornatum manifestis et sufficientibus argumentis docuerit. Nolumus etiam et prohibemus, ne a quoquam extraordinarie docente eae horae praeripiantur, quae ordinariis alioqui professoribus deputatae sunt et constitutae. Porro docendi muneri ita, ut diximus, legitime praefectus, priusquam publice docere incipiat, praestito iuramento polliceatur, bona sese fide et diligentia qua poterit summa ea dumtaxat docturum, quae pro auditorum utilitate esse cognoverit, alienis negotiis se non involuturum, iis maxime, quibus a docendi officio impediri possit; qui si negligentiarum forte convictus fuerit, rectoris et totius senatus arbitrio poenam se subiturum promittat. Ut autem poena, quae negligentiis debeatur quamque cessatoribus imponi volumus, neminem lateat, statuimus et

decernimus, ut pro qualibet lectione neglecta iuxta cuiusque salarii numerum et quantitatem de centum aureis dimidius detrahatur, theologis tamen, qui alternis dumtaxat vicibus legunt, eam mulctam duplicandam censemus.

Porro rector statim ab initio administrationis suae omnes professores ordinarios ad se vocet eorumque negligentias praesente etiam camerario inquirat, quas ipsi, postquam bona fide prout iuramento adstringuntur, deposuerint et assignarint, rector poenas praescriptas declaret eisque imponat, nisi forte graves alicui causae fuerint, cur senatui indemnis videri debeat et possit. Causas autem lectionum neglectarum legitimas, ut sic loquatur, rationabiles has esse putamus et declaramus: afflictam valetudinem, in qua tum cognoscenda medicorum iudicio stabimus, sanguinis diminutionem, cui quatriduum, ventris expurgationem, cui biduum concedimus et indulgemus, aut si forte quispiam propriis negotiis, quae neque sine suo malo negligi neque commode per litteras aut procuratorem expediri possent, occuparetur; ad haec accedere possunt illustrissimi principis eiusque consiliariorum negotia aut etiam nuptiarum cohonestationes, quae tamen omnia et alia iis non minora senatus nostri consilio et prudentiae aestimanda relinquimus.

Item de mathematicis statuimus, ne prognostica neve siderea iudicia sub prelum calcographi committant, nisi prius a rectore et quatuor decanis examinata et admissa fuerint; qui secus fecerit, puniatur.

De vacationibus atque feriis.

Ne autem perpetuus docendi labor professoribus paulo molestior videatur („quod enim alterna caret requie, durabile non est" inquit ille) et ut interdum rebus quoque privatis et utilitati suae studere possint, ferias et vacationes maiores more aliarum academiarum statuimus et decernimus in superioribus quidem facultatibus, etiam theologica non obstantibus specialibus eius facultatis statutis, quibus in isto derogatum esse volumus, a divae Margarethae feriis usque ad divi Laurentii martyris festum, item a festo Michaelis archangeli usque ad divi Lucae ferias et a festo Thomae apostoli usque ad alterum immediate post trium regum diem, a sexagesima item usque ad proximum a dominica Invocavit diem; theologi tamen, qui sacris faciendis aliquando occupantur, proxima a Cinerum die legere incipiant; publice etiam feriae habeantur a dominica palmarum usque ad proxime sequentem dominicam quasimodogeniti diem; per dies quoque rogationum et octavas corporis Christi solitas ferias concedimus et indulgemus. Vacationes autem minores sequentibus diebus esse volumus et declaramus s. Ambrosii, Hieronymi, Gregorii, Chrysostomi, Dionysii, Benedicti, praesentationis Mariae, Sebastiani, Blasii, Barbarae, Ursulae, Luciae, et iis omnibus, quibus iuxta matris ecclesiae constitutiones aut dioeceseos Aistadianae consuetudinem receptam civitas haec Ingolstadiana ferias indictas agere et celebrare consuevit; festum autem Jovis integra septimana dumtaxat celebretur; permittimus etiam eos dies, quibus iurium et medicinarum professores aliquando ex certis camerae causis et negotiis occupantur. Verum ne tempore aestivo, quo maiores feriae easque prolixiores habentur, studiosi inerti otio penitus tabescant et pereant, volumus et statuimus, ut oratoriae, poeticae et mathematum simulque linguarum tam graecanicae quam hebraicae

professores praelectiones suas diligenter continuent et prosequantur; id quod si facere neglexerint, eam poenam luant, quam decreto paulo superiori negligentibus imponendam simul et infligendam decrevimus.

Districte etiam et severe iubemus, ne quisquam spectacula publice edat aut in scenam personatus prodeat tragoediam comoediamve aut quodcunque drama ludendum exhibeat, nisi rector prius una cum quatuor decanis viderint et concesserint atque, num honestati et temporum rationi conveniat, maturo consilio deliberarint et iudicarint; contemptores poena arbitraria mulctentur.

Porro professori ordinario a principe docendi gratia huc accito, si forte rebus suis melius prospecturus et ad meliorem conditionem aspiraturus abire a nobis destinaverit, semestre constituimus, ut ante illud, priusquam hinc discedat, principem aut saltem consilium nostrum academicum de abitu suo certiorem reddat, quemadmodum et princeps noster illustrissimus vicissim sese hoc facturum, si aliquem forte dimittere voluerit, benigne pro suo favore et clementia promisit et constituit.

Prohibemus etiam, ut nemo praeter ordinarios professores in publicis collegiorum auditoriis legat aut doceat, nisi manifestum rectoris et quatuor decanorum assensum habeat; quare multo minus etiam permittimus, ut non doctores et legitime promoti in cathedras superiores, quae amplissimo dumtaxat doctorum ordini destinatae sunt, conscendant; verum ii publice docendi potestate impetrata in inferioribus tamen subselliis consistant et sese contineant.

De inscribendis et recipiendis in album academiae nostrae.

Volumus atque sancimus, studiorum causa huc venientes ultra octiduum hic non morari, quin nomen albo universitatis nostrae tradant praestito rectori iuramento de illustrissimi principis nostri et scholae commodis pro viribus promovendis, incommodis autem avertendis, sub tali forma:

Ego N. iuro, me illustrissimi principis et domini Alberti comitis palatini Reni superioris inferiorisque Bavariae ducis atque successorum suorum et scholae nostrae commoda pro viribus promovere, incommoda vero avertere neque suae illustrissimae celsitudini sive universitati sive huic oppido unquam ullum damnum seu detrimentum afferre velle, quamdiu hic studens fuero atque academiae privilegiis gaudere voluero; quodsi damnum fecero, id ipsum resarciam iuxta ipsius universitatis dispositionem. Juro item, me observaturum statuta et statuenda ac laudabiles consuetudines huius academiae Ingolstadiensis, donec ibi studens permansero; quodsi non ero dicto audiens, poenam transgressoribus constitutam aut per rectorem aestimandam sustinebo. Juro praeterea libertates et privilegia atque ea, quae bonum academiae respiciunt, citra cuiusquam iniuriam pro virili me promoturum. Juro quoque me obedientem futurum atque obtemperaturum rectori universitatis et singulis rectoribus pro tempore eligendis in omnibus licitis et honestis, quibus una cum studii huius regenti[illegible] dignam exhibebo reverentiam et honorem, quemadmodum decet. J[illegible] porro acci[illegible] c[illegible] rectore in prima instantia in quibuscunque [illegible]t aut [illegible] sub tempus studiorum meorum hic natis aut [illegible] [illegible] litterarii pertinentibus, dum tamen salva sint [illegible]

postremo me non habiturum famulum, nisi qui in catalogum studiosorum sit relatus aut saltem mihi iuratus fuerit, illustrissimi principis nostri atque academiae bonum et commodum se curaturum, item et rectori obtemperaturum sine fraude et captione. Sic me deus adiuvet et haec sancta dei evangelia.

Omnes quoque scholae nostrae iurati eos, qui sub ficto scholarium titulo hic degunt, rectori indicare obligentur, nec professores re comperta coram scholari non inscripto legere debent. Qui autem praetextu studii huc veniens nomen suum albo scholae nostrae dare recusat, is tanquam academiae privilegiis indignus et civico magistratui tradatur et oppido expellatur decreto illustrissimi principis Alberti. Numeret autem episcopus vel princeps pro inscriptione 3 fl., abbas praepositus monasterii aut decanus ecclesiae cathedralis simul etiam comes et baro 2 fl., praepositus monasterii aut decanus eiusdem et canonicus cathedralis ecclesiae persolvat 1 fl., a nobili aut canonico ecclesiae collegiatae accipiatur 1/2 fl., a scholari theologiae iuris medicinae accipiantur 64 nummi, artium scholaris rectori pro inscriptione persolvat 48 nummos, pauper et inops 8 tantum pro inscriptione pendat nummos, qui pedellis cedant; doctor licentiatus et magister ex alia academia huc veniens gratis inscribatur. Cum vero pecunia pro inscriptione numerata sit, nominis cognominis temporis mensis et diei circumstantia diligenter inscribatur. Nullus quoque rectorum quemquam scholarium alterius catalogo inscribere praesumat, poena 10 fl. transgressoribus infligenda.

De privilegiis et immunitatibus scholae nostrae et earum usu ac observatione.

Quia autem vera gloria individua virtutis comes esse solet, nostras immunitates libertates et privilegia non turpi otio deditis nec torpori aut desidiae addictis concessa volumus, verum eos illorum participes facimus, quorum opera in optimis studiis et vita excolenda consumitur, et qui ad hoc gymnasium velut ad virtutis atque doctrinae emporium veniunt. Beneficium enim, ut recte et prudenter maiores nostri dixerunt, non nisi propter officium conceditur. Qui igitur vel nullis lectionibus intersunt vel oscitanter eas audiunt, ab academia nostra removendos statuimus.

Sedulo quoque observandum praecipimus mandatum ab illustrissimo principe Ludovico anno 1477 die 21 Sept. praesentibus rectore iudice huius oppidi et utriusque magistratus senatoribus aliquot confirmatum et acceptatum per rectorem et senatum academicum, ne in prehendendis aut in vincula coniiciendis studiosis ratione captivitatis per apparitores aut vigiles a captis quicquam pecuniarum exigatur: nulli etiam apparitorum vigilum aut aliorum fas sit citra consensionem et veniam rectoris et consilii aliquem scholarium ex cuiusquam aedibus vi educere deiicere aut aliquovis modo manus violentas inferre.

Praefatus princeps illustrissimus suo etiam decreto confirmavit, scholares omnes in accessu ac abitu a telonio et vectigali immunes esse atque etiam liberos ab iis exactionibus et steuris, ut vocant, quae alias oppido Ingolstadiensi penduntur, exceptis tamen iis, qui negotiationes aut similes contractus exercent, et iis, qui aedes vel praedium in districtu oppidi



Ingolstadiensis emerint; rector quoque scripta scholaribus testimonia ad telonas concedat, ut causa profectionis cognita a telonio immunes dimittantur.

Illustrissimus quoque princeps Ludovicus permisit, laicos et idiotas fortuitos homicidas, non tamen malefactores, ex declaratione illustrissimi ducis Alberti etiam tutum asylum habere in collegiis et aedibus iurisconsultorum; secus sit, si caesus sit scholaris.

Captum quoque studentem decrevit cum omnibus bonis suis sine mora rectori tradi; de quo autem incertum, an sit scholaris, in hunc captum nihil durius agatur atque in custodia honesta interim detineatur, quousque constet ex diligenti catalogi scholarium inquisitione, nomen ipsius in album nostrum non esse receptum; agnitus autem pro studioso rectoris potestati cum omnibus suis bonis concedatur. Rector et consilium quotiescunque in reprimenda et frenanda ferocia scholarium praefecti oppidi iudicis aut consulis auxilio opus habuerint petierintque, concedatur illis ultro et sine recusatione; statuente etiam sic rectore et consilio in publicas civium custodias pro delicti genere et qualitate duci poterunt.

Exclusus et privatus iustis de causis privilegiis universitatis et exclusione illius praefecto iudici et civium magistro significata a nominato iam magistratu oppidum illi intra octidui spatium interdicatur nec unquam recipiatur nisi consulto et consentiente rectore et consilio universitatis.

De occisoribus scholarium illustrissimus princeps decrevit standum iuri communi; qui autem eorum aliquem mutilaverit, illum graviter plectendum statuit celsitudo sua; vult enim, scholares omnes a civibus et magistratu eorum foveri defendi eorumque violatores graviter puniri debere. Nemo extra ordinem scholasticum libros scholaris cuiusquam vel emere vel pignoris loco accipere audeat sine rectoris permissione; transgressor amissione librorum puniatur. Scholari ab intestato decedente rector tantum et consilium de bonis illius secundum ius et aequum disponendi et distribuendi potestatem habento et non potestas secularis.

Illustrissimus dux Albertus anno 1507 sancivit, omnes academiae professores publicos nullas aedium, quas possident et incolunt, exactiones seu steuras, ut vocant, annuas solvere neque oneribus gravari publicis; sed si plures alias conducunt, pro illis pares cum aliis civibus contributiones pendere debebunt. Hoc decretum illustrissimus dux Wolfgangus voluit quoque extendi ad bursam angelicam domum frumentariam academiae et granarium universitatis in Aichach. Ordinavit etiam illustrissimus princeps Albertus, civium proclamationes mandata et sanctiones neutiquam constringere scholasticum ordinem; si tamen eo mandato coalescunt animi et ad concordiam aluntur, quidam ex senatu civico rectorem pro eiusdem observatione adeant, qui illud ex sententia dominorum de universitate, quia de bono publico est, et ut ex dispari vita nulla odii aut dissidii seminaria nascantur, rector scholaribus etiam denuntiabit.

Celsitudo praefati et illustrissimi principis statuit, cives curare debere, ut victus potus carnes pisces panes et huiusmodi tolerabili pretio vendantur et ut schola facili pecunia necessaria vitae conquirere queat; sin autem caritas oriri videtur, rector et consilium universitatis tantum apud cives obtinere debet, ut ingens fori pretium imminuatur. Studiosi nostri non graventur censu hospitiorum et habitationum a civibus; sin autem discep-

tatio inter locatorem et conductorem conclavis de causa orietur, ne per aequos dirempta arbitros componatur. Et ne studiosi occasiones habeant negligendi bona studia, sancivit illustrissimus princeps Albertus, nullos scholares citra honestas causas noctu in cauponum aedes recipi vel admitti debere ad potum crapulam aut lusum exercendum, multo minus arma et occasionem confligendi cives illis permittere debent; huius statuti neglectores pro qualitate delicti graviter puniantur a senatu civico. Munificentia quoque illustrissimi principis Wolfgangi hoc privilegium scholae nostrae permissum est, quod omnium ordinum professores publici, omnes collegiati cum regente novi collegii una cum quatuor magistris, quibus permissum fuerit a rectore et senatu scholastico, cum personis illustribus et praelatis, si saltem quilibet eorum ultra unius mensae numerum commensales non alat, vina et cerevisiam pro se et suis sine ulla exactione coemere condere atque reponere queant.

Si cui autem ex nostris subiectis per civium levitatem plus iusto consumendi occasio datur et in propinando vino vel cerevisia aut in pecunia vel aliis rebus subministrandis fuerint faciliores, tunc legitimae exceptiones studiosis integrae sint vel etiam a nobis ex officio suppleantur. Sacerdotum quoque primitiae uno prandio absolvantur et ultra decem personae non invitentur. Omnes etiam omnino inutiles sumptus, qui hactenus a depositione, ut vocant, eorum, qui novitii musis initiantur, fieri solebant penitus sublatos volumus, nec pauperes ultra 5 bazios, ditiores vero ultra 1 fl. in moneta non exponant. Nostros et subiectos volumus observare statuta civium in nuptialibus pompis, nobilibus et doctoribus in ea parte exceptis, quibus a rectore et decanis maiores solemnitates permitti et concedi possunt.

Statuit quoque illustrissimus princeps, praefectum civitatis vel locum tenentem et praetorem iuramento confirmaturos, se has immunitates et privilegia, si opus sit, executuros et vindicaturos.

De renuntiantibus et abdicantibus se privilegiis academiae.

In scholaribus, qui privilegiis academiae nostrae se abdicare volunt, talis servetur ordo: Is, qui se exemptum cupit e numero studiosorum, animi huius sui sententiam apud rectorem et senatum academicum depromat et causas abdicationis proferat, quae si iustae et urgentes fuerint, admittatur renuntiatio; sin autem fucatae coloratae fictae et insufficientes extiterint, accipiatur quidem renuntiatio, nihilominus sequens animadversio in illum exerceatur: 1) Qui se privilegio universitatis exuunt, stent cadantque iudicio universitatis in praedictis delictis; quod si rebelles sunt, gravius in eos animadvertatur penes tenorem statutorum. 2) Abdicantes se immunitatibus scholae nostrae a rectore et senatu affixa publice scheda et in foribus ecclesiae et in valvis collegii publicentur cum insufficientis causae adductione. 3) Nomina abdicantium magistratui in hoc oppido significentur, ut explicatum illis sit, eos legibus scholae nostrae exutos. 4) A lectionibus quotquot renuntiant, privilegiis et publicis et privatis arceantur, atque professor publicus coram docens cognita eorum praesentia uno, privatim autem duobus puniantur florenis. 5) Eorum iniusta renuntiatio aut parentibus aut patronis aut collegio ecclesiae vel episcopo, si de



sacerdotio vivunt, nuntietur, ut, quod illis visum fuerit, de eo statuant neve ignorantiam praetendant. 6) Nomen renuntiantis iniustis modis ex albo scholarium expungatur nec denuo recipiatur, nisi venia impetrata factum a se imprudenter et indecenter testatus fuerit coram rectore et consilio, nec denuo inscribatur, nisi 3 fl. cum pecunia, quae pro inscriptione alias dari consuevit, numeret.

De moribus scholarium, eorum obedientia et vitae innocentia.

Cum sancta sit obedientia iis praecipue exhibita, quos deus optimus maximus et leges nobis proposuerunt, statuimus atque decernimus, scholares semel vel a rectore vel a senatu academico per communem famulum vocatos loco et tempore ipsis monstrato posthabitis ceteris omnibus comparere debere et quidquid rector aut senatus iusserint sine omni recusatione subeant atque decentem et competentem dictis et factis praefato magistratui, ut periurii crimen non incurrant, honorem exhibeant.

Quia ex veste habitum animi coniicere licet, volumus vestitum decentem et honestum gestari et cuique aetati aptum atque idoneum non decurtatum, sed iustae et decentis longitudinis, et quo tandem litterarum atque morum cultores ab aliis laicis opificibus et militibus dignosci atque discerni queant. Vestis autem tota non picta sit nec coloribus distincta, id quod morionum est, nec inverecunde dissectis caligis, praesertim autem illis, quas vulgariter vocant „die ploderhosen“ more satellitum et eorum, qui castra sequuntur, incedant. Usum palliorum pudenda vix tegentium in universum removendum decernimus; trasonica et pileorum ornamenta cristatos milites potius quam scholares decentia, gladios quoque sublongos atque crudeles, id quod carnificum atque lictorum proprium est, ne posthac portent, prohibemus. Serio etiam mandamus, ne scholares equitantium more caputiolis tecti incedant, sub poena 1/2 fl., nec vestitus aut habitus corporis levitatem aut petulantiam ullam in vita et moribus prodat. Prohibemus quoque omnibus nobis subiectis, ne sub divinis officiis in templis deambulent; si quis contra fecerit, 32 nummorum poenam exspectabit. Personatus quoque et velatus facie, ut cognosci non queat, nemo alumnorum scholae aut ingrediatur oppidum aut egrediatur quoque, sub poena carceris a rectore recta infligenda; qui mos velandi faciem cum nos brutis quam hominibus reddat similiores, tempore etiam dierum, ut vocant, bacchanalium in universum evitari debet; nam et caedes et alia mala plurima sub his vestimentorum involucris et exuviis patrari possunt; quodsi quis expressum mandatum observare non volet, a vigilibus deprehensus et agnitus ad rectorem, si scholaris est, ducatur et 1 fl. puniatur.

De excubiis nocturnis ratum et firmum hoc esto, quod in hac re statuit illustrissimus princeps Albertus, arma tamen studiosis iustis ex causis adempta non vigilibus, sed rectori cedant, qui excubitoribus pro singulis gladiis 6 cruciatos numerare teneatur.

Et quia maior pars studii causa huc venientium aut sub praeceptoribus aut in collegiis degit, ideo iubemus quemlibet, cui munus regendi iuventutem commissum est, inquirere, ne extra habitationem sibi delegatam quisquam pernoctet, arma etiam moderatores huius aetatis ad se recipiant et, si quid improbe aut illicite ab illis agi compererint, servere in eos

animadvertant; moderatores autem iuventutis officii sui neglectores rector et senatus poena arbitraria afficiat; collegia etiam et bursae a suis gubernatoribus ad pulsum excubiarum claudantur, poena ½ fl. Decernimus etiam atque sancimus, nullum scholarium tempore incendii seditionis vel clamationis aut invasionis bellicae et hostilis noctu et interdiu ex sua habitatione excurrere debere aut visendi aut incendium atque tumultum restinguendi causa, nisi studentis socii domus igne sit correpta aut ab eo, quo, cuius potestati reluctari nefas, evocaretur. Ne quisquam alumnus scholae nostrae huiusmodi vel cantum vel clamorem vel tumultum in conclavi excitet, quo vicini aut alii turbari possent, poena ½ fl.

De iudicialibus.

Quandoquidem in frequentia et multitudine scholasticorum saepe controversiae oriuntur, ut iure sit agendum, de hac etiam parte, quae ad iudicia pertinet, diligenter est praecipiendum. In primis ergo statuimus, ut quicunque ex universitatis nostrae subiectis adversus alium pariter album scholae nostrae inscriptum agere voluerit, eum coram rectore conveniat nec ad alium iudicem evocare aut pertrahere praesumat, mulcta 2 aureorum transgredienti infligatur. Sic etiam eos, qui citantur, volumus rectoris parere imperio; quodsi detractaverint et contumaces fuerint, pro termino primo 3 grossos, pro secundo 6, pro tertio 9 grossos persolvant; rector tamen omnes illas citationes unico et peremptorio termino complecti liceat. Quodsi quis rectori executionem paranti obtemperare noluerit et per quindenam in ea contumacia persistiterit, moneatur primum litteris publice affixis in locis solitis, deinde in toto consilio proponatur eius perversa mens et contumacia; decernant postea domini in consilio et, si visum fuerit, contumacem tanquam membrum vitiatum rescindant et excludant. Plenius autem habetur in articulis superioribus de illis, qui renuntiant, quomodo contra illos sit procedendum.

betheuren khan, vilmals darneben von dem meinen nit wenig auf der raiss miteingepüst, dan ich damit in die 6 oder schier 7 summerzeit zubracht und neben underhaltung der zuverorttneten personen auch 3 pferdt, so ich auch von solchem cossten erzeucht, in e. f. gn. marstall überantwortt, verhoffe derhalben solcher cossten und zerung auf erste beschreibung von e. f. gn. gewendet, darvon e. f. gn. ein ewigs klainot lob und ehrenwerck haben, soll mir zu meiner treuen mühe und arbeit gar nit in unguetem verwisen werden. Und ist das malewerck bei der ersten grossen mappen mir zu itzigem newen werck gar nichts zu nutz und zustatten khommen, wie ein jeder verstendiger abnemen, und nachdem ich das itzige werck von e. f. gn. zu dero weitberümbten fürstenthumb sondern preiss und ehrnlob etwas eingezogners in ein besondere mappen zubringen und zupublicirn gnedig bevelch auch mit gnediger vertrostung e. f. gn. wurden mir nach vollendung desselben mit destomehrn gnaden gewegen sein und als diser kunst ein sonderer liebhaber auss fürstlicher miltigkheit meiner mühe arbeit versaumnuss und uncosstens gnedige ergetzung thun lassen, an dem allen ich dan kainen zweiffel getragen, bin ich daher verursacht und bewegt worden, angeregte beschreibung nicht allain desto weitleuffiger und ansehenlicher mit gröss form arbeit und schöne zuverrichten, dä ich sonsten in anderer leichter gestalt und form vill uncosstens und anders wolt erspart haben, sondern auch zu angenemern willen und gefallen desgleichen meniglichen zu bessermnutz und gebrauch allen getreuen müglichen vleiss, one rhum zumelden, so wol mit meiner aignen vilfältigen langwürigen mühesamen arbeit als allen anderen angehörigen notturfftigen sachen, unangesehen des immerwerenden nachschreibens raisens obligens cosstens auch verhinderung anderer meiner studien und löblicher nützlicher arbeit von vätterlicher verlassenschafft herrürendt, gehorsamlich anzuwenden und darzustreckhen, insonderhait aber mit tauglichen berümbten künstlern reissern formschneidern schrifftgiessern, desgleichen mit beschwerlicher umbkherter verzaichnung aufs holtz, mit abformiern einrichten einkütten setzen truckhen papir, also auch mit malern illuministen und was dessen noch mehr ist, mich jederzeit von Nürmberg Augspurg und andern weitten ortten hero gefast zumachen, alles in und mit grossem unglaublichem meinem verlag aigen cossten zerung und unterhaltung, wie dis alles verstendige wol zuermessen, dermassen, das neben darsetzung meiner barschafft und vermögens auch ein schwerer schuldenlast daher auf mich erwachsen ist allein disem werck zuguetem, wellichs mit verleihung göttlicher hülf und beistandts nunmehr zu endtschafft und verhofflicher ersettlicheit gebracht, darumb ich dan, wie e. f. gn. zweyfels one selbst gnediglich erkhennen, billig verhofft auch finden spüren und erlangen solte.

Und das aber e. f. gn. weitter zu abschleglicher hülff ursach berichten, ich solte auss dem verschlens und verehrung diser mappen gedoppelte ergetzligkheit oder erstattung bekhummen, soll e. f. gn. gnedi wissen, das die sachen weit anderss beschaffen, und were ich gleichw darumb gar nit zuwider, khan aber, in massen es sich bishero ansehe lassen, desselben geringen trost und hoffnung haben, ja auf solliche z fällige ungewisse glückung das wenigste nit zubawen in betrachtung, d alberait etlicher ortten, da ich am maisten und billichsten von wegen ir



darin begriffenen aigen herschafften und also angelegten ehren nach zubegaben gewest, sich gantz das widerspill im werckh befunden hat, als nemblich, da mir allein für malerlon und andern uncossten selbst ein vill mehrers auffgeloffen, als ich einpfangen gehabt, dergleichen anderer ortten vil weniger zugewartten, wellichs ich zu meinem schaden zuvermelden lieber umbghen wolte, do ich nit in e. f. gn. abschid der abfertigung halber darauff gewisen were, daneben zubedenckhen, das nit meniglichs kauff auch manicher der grōss und bezalung halber bedenckhens werde machen, also das ich bei der weiss zu meiner aussgelegten und aufgewendten baarschafft, die mir bishero und hinfort sonst wol nutz tragen hette, noch über vill jar nit waiss zukhommen, gesetzt das ich schon der abtrück und exemplar eine gute anzall möchte anweren, die ich doch nit habe, welche auch weitter mit druckhen und anderm widerumb mehr uncosstens und verlags bedürffen, will geschweigen, das ich mein saure mühe und arbeit einer ergetzlicheit, vill weniger eines gewinsts und guter glückung zuerfreien hette.

Belangt demnach an e. f. gn. nochmaln mein gantz underthenige flehenliche höchste bitt, die wöllen oberzelte meine warhafftige gelegenhait gnedig behertzigen, one mitthailung derselben genediger hülff sonsten mein eüsserstes verderben ervolgen würdet, mich auch wider die entpfangene vertrostung irer f. gn. milte und güte nit also gantz und gar hülffloss abweisen oder zu unüberwindlichem schaden khomen lassen, in ferner erwegung, das e. f. gn. in sollchem und etwa vill geringern fällen gegen fremdden ausslendischen ungezweifelter weitberümbten fürstlichen miltigkeit als ein verstendiger hochweiser fürst mit allen gnaden erscheinen, ohne zweyfels auss diser einigen hochbedechtlichen ursachen, damit also die getreue dienst und arbeit mit danck und ergetzlicheit, wie löblich und billig, hinwider belohnet, ehrliche freye künst und liebhaber derselben unterhalten auferzogen gelocket, auch fürnemblich gemainer nutz und wolfarth unsers nechsten befürdert wurden, wöllichs dan e. f. gn. ein sehr gerings, mir aber und meines gleichen statlich zu hülff und ehrnrettung khomen würdet.

Weitters, genediger fürst und herr, was e. f. gn. der religion halben zuvor und itz abermaln mir gnedig lassen zuschreiben und anzaigen, verstehe ich von e. f. gn. als meinem genedigen herrn und landsfürsten gantz christlichem eifferigem willen und wolmeinung vätterlicher getreuer warnung und vermanung geschehen, und khan aber darauff nochmaln e. f. gn. in underthänigkeit nit bergen noch unangezaigt lassen, ob mir woll nichts höchers noch liebers auch tag und nacht angelegners were, dann e. f. gn. und dero geliebten sönen als meiner landsfürstlichen oberkhait und genedigen herrn allen undertheningen angenemen willigen schuldigen gehorsam, und was zu dero land und leut nutz und wolfarth auch lieb des nechsten dienstlich und befürderlich, mit darsetzung leib lebens und alles vermögens zulaisten, in massen ich bissanhero, sonder rhum zuschreiben, würcklich erzaigt und bewisen hab, jedoch khan ich nochmaln meines gewissen seelen wolfarth und seligkheit halber das an mich begerte jurament, derowegen bey e. f. gn. ich in solche ungnade laider durch meine missgonner solle khommen, nit verwilligen oder einghen, und bin gar nit

wider das jenig, so in heyliger prophetischer und apostolischer schrifft verfast, willens zustreitten, allermassen ich das ewige göttliche disem zeittlichem vergänglichem fürsetze, demselben mich gemess zuglauben und leben jederzeit beflissen und gehalten, und hab one rhum in meinem christlichen wandel thun und lassen weder gott noch die weldt, wie mir zugemessen wurdt, verhofflich betrüebt, will auch mit gott bezeugen, das mir an aufgeladner und in e. f. gn. von meinen widerwerttigen eingetragner beschuldigung ungütig beschicht, das ich aigensinniger irriger schedlicher verderblicher wider gottes wort und der heiligen christlichen kirchen falschen opinion verstockten halstärrigen selbst angemasten verbottenen absönderung seie, daraus unchristlichs leben untugent ergernus an leib und seel schade erwachse, sonder deren ding aller, gott lob, mich gantz unschuldig frey und sicher verhoffe, halt und glaub auch, ich lebe und thue, gleichwol in armen gebrechlichem leben, vermittelst göttlicher gnaden, was die rechte uhralte heylige christliche kirche und gemainschaft aller gottseligen auss gottes wort und bevelch gelehrett erkhennet und bekhennet haben, von wellicher ich mich als ein christlich mitglidt bei gott one verlust meiner seelen hail, seiner ewigen straff ungnad und verdamnuss, vor der welt aber one abscheulichem rueff und klang apostasiá kaines wegs abzusondern noch etwas dawider einzughen zuhandlen zuversprechen oder zuverloben waiss, sondern, ob gott will, bestendiglich biss an mein endt dabei finden lassen will, als dem ich in glaubens sachen mein seel hertz und gewissen vorbehalten soll und muess

Es haben auch e. f. gn. meiner demüetigen zuversicht nach so vil weniger ursach, derowegen ainiche ungnad auf mich zuwerffen oder auch dessen besonderlich an ergetzligheit mehrberürter meiner harten sauren mühe und arbeit uncossten und anderss im geringsten entgelten zulassen, dieweil e. f. gn. ich bissanhero nichts destominder in meinem standt und wesen so wol bei dero löblichen hohenschuel zu Ingolstat als auch mit beschreibung des lands gehorsambs vleyss ehrlich getreulich nützlich on alle ungebür und ergernuss, wie landtkündig, vill lange jar gedienet so wol, als andere derselben getreue diener; were auch ungehindert der religion auch hinfurter vor aller weldt, als lang mir gott gnad und das leben vergonnete, undertheniglich zethun ganz wol genaigt willig urbüettig und berait.

Und dieweil es des gewissens halber zethun, hett ich mich gentzlich getröstet, e. f. gn. solten und wurden daher mit mir genedige gedult getragen, auch von wegen meines auffrechten bestendigen christlichen gemüets billich mehr gefallens hertz und vertrauens hierauss geschepfft haben, dan das sy solten gestatten und zulassen, das ich darwider in eim solchem mercklichem und conscientshandl solte betrüebt werden, also das sy auch auff so lang erzaigte und bewisene treue dienst und arbeit mein erlich herkhommen anwesen und wandel mit vätterlicher hülfflicher handtreichung schutz und schirm, wie biss auf disen handl, genediglich bedacht und mich bey dero wolermelten hohenschuel ferners zuleiden kain bedenckhen, zugeschweigen das sy e. f. gn. bewegen soll lassen, mich gar auss dem land zuschaffen, vil minder e. f. gn. versprochenen und verbriefften leibgeding zuentsetzen ursach haben und nemen solten, und were mir auff der welt



nichts liebers, dan das ich mit freystellung meiner oberclerten und im heiligen reich zugelassener religion bey gedachtem meinem ehrnstandt anererbten vatterlichen güettern und meinem geliebtem vatterlandt one gevar leibs und der seelen rhüewiglich bleiben, auch e. f. gn. fürters gehorsame getreue underthenige dienst erweisen möchte.

Und seien e. f. gn. vill zu miltt berichtet, werden es auch meine missgönner nimmermehr beybringen, das ich der religion oder ander ursachen wegen von derselben universitet und landen yhemaln getrachtet, wie mir dan nie zu gemüet noch in meinen sünn khommen ist.

Das ich aber von wegen des nit gelaisten juraments von der universitet gesundert und alda, do ich gleichwol niemanden geärgert, nit mehr gedult werden solle, und ob ich wol mit sonderer mass in e. f. gn. lande, an was ortt es mir ausserhalb Ingolstat gefellig sei, zuwohnen mir gnedig vergönnet worden, dessen gegen e. f. gn. ich mich undertheniglich bedanckh, khan ich wegen vorbestimbts meines herkhommens profession und studien, weil ich zu der schuel etwa mehr als zu anderm tauglich und genaigt, solliche gelegenhait anderer ortten in e. f. gn. obrigkheit noch auff dise stundt nicht ersehen oder befinden, und wurde mir zu disen geschwinden zeitten zumal schwerlich fallen, meine gleichwol geringe haushaltung one condition oder salarium allain von e. f. gn. leibgeding anzurichten und zuerschwingen, will geschweigen, ainichen nutz zuschaffen, wie e. f. gn. ich sollichs gnediglich zuermessen haimstellen thue.

Darneben wüste ich mich vor meinen missgönnern und widerwertigen weder haimlich noch offentlich nimmermehr sicher und möchte ich ander enden bey e. f. gn., auch umb des geringsten wegen, leichtsam von newen versagt, wie mir zuvor unguetlich widerfaren, davon ich in gevar kommen khunte, wie man dan leuth genug finden, die alle reden thun und lassen mit sonderm willen nachstellen und aufzwackhen, jha ex musca elephantem machen würden, ob ich gleich dero fürgeschribenem mass und zill zuvor alzeit gelebt und nachgesetzt, wellichs doch, wo es gleich gott und seinem wordt nicht zuwider sein solte, gehörter ursachen willen sich für ein sehr beschwerlich unmüglich ding ansehen lesst, und wol einer gefangnen harten dienstbarkhait, auch abkürtzung meines lebens zuzuschreiben, bei wellichem weitter volgen, das vil frommer ehrlicher leuth, wie ich alberait erfarn, ein abscheüchen tragen wurden, mit mir vil zureden nnd gemainschafft zuhaben, auff das sie nur der suspicion diversä religionis und vorstehender gevar entghen möchten, item da ich oder die meinen von dem lieben gott mit kranckhait haimgesuecht und angegriffen, so wurden wir weder zur seelen noch villeicht auch zur leibs notturfft haylsamen trost hülff und anders, jha auch nach tödlichem abgang kaine christenliche erliche begrebnuss finden.

Söllichem allen nach bitt und rueffe e. f. gn. ich umb Christi und seines heiligen namens willen mit inbrünstigen seufftzen auch höchstes vleyss in underthenigkheit an, die geruchen nochmaln eines miltern genedigern beschaidts sich hierüber christenlich und vatterlich zuentschliessen, auch dickbemelte meine getreue gehorsame mühesame dienst und nachthailige langwürige versaumnuss zugemüet und hertzen zufüeren, derowegen die gefaste ungnad widerumb in gnade zuverwenden und mich von wegen auff

gemainer des heyligen reichs versamblung zugelassener religion nicht so gar zuverlassen, sonder mich zu vorigem standt widerumb genediglich kommen zulassen, oder, da es bey e. f. g. gar nit stat haben solte, so ich doch wie in anderm vil bessers verhoffen will, auss angeborner fürstlicher weishait milte und gütte sonst in andere wege dermassen versehen und bedenckhen, das ich zusambt dero leibgeding und freyer sicherer wohnung in oder ausser Ingolstat nach meiner gelegenhait an statt des gehabten salarii mein notturfftige underhaltung und ergetzlicheit haben künne.

Im fall aber auch e. f. gn. mir in disem kainem zu hülff und rettung meines ehrnstands erscheinen wolten, wie ich doch nach gott all mein hoffnung dahin gestellt, so gelangt an dieselb weitters mein undertheni͏ge bitt, die wöllen mir in kainen ungnaden auffnemen, da ich meiner hoch verursachten dringenden notturfft nach mich ausser lands umb andere condition zubewerben gelegenhait suechen werde, sondern vill mehr mit gnaden mir darzu verhülfflich und befürderlich sein, in welchem fall ich mich underthenigist erbüette, e. f. gn. und derselben geliebten sönen allen meinen gnedigen herrn und landsfürsten di tag meines lebens mit aller undertheniger ehrerbietung und getreuen dienstn nichts destominder, als ob ich innen derselben fürstenthumb meinem lieben vatterlandt were und wonete, vor augen zuhalten. Derwegen e. f. gn. wöllen nichts wenigers mehrgedacht e. f. gn. leibgeding, dess ich mich in underthenigkheit versehen und getrösten, darumben auch höchstes vleiss gebetten haben will, gnedig vervolgen lassen, und sonderlich wöllen auch e. f. gn. sich nochmals gnediglich erinnern und behertzigen, das mir dieselbige begnadung kainer religion halb, deren dan, sovil mir bewüst, nie gedacht, auch solcher verstandt zweyfels one nit haben wirdt, sonder zu mehrer ergetzlighait meines bey und mit beschreibung erster mappen angewendten getreuen vleyss zugebrachter langwürigen zeit ervolgten unwiderbringlichen gesundts abbruch, hinderstellung und versaumnuss aller anderer studien, auch überstandener gevar leib und lebens sambt anderer vilfaltiger mühe und arbeit, auss sonder fürstlicher miltigkheit und damaln erkhentem verdienst mir genediglich von e. f. gn. beschehen widerfaren und verschriben ist, auch derowegen e. f. gn. dasselbig in kain zweyffel oder waigerung gegen mir zubringen begern, sondern wie bishero ungespert volgen zelassen genediglich erkhennen werden.

Das alles und jedes umb e. f. gn. und dero geliebte söne meine genedige fürsten und herren die zeit meines lebens hinwider underthenigen und gehorsambs vleyss mit anwendung alles meines vermögens, und mir gott verrers verleichen wurdet, hierab e. f. gn. ungezweyfelter zuversicht gnedigs gefallen haben werden, underthenig zuverdienen, bin und erkhenne ich mich jeder zeit schuldig willig und beraitt.

Darumb sy auch von gott dem almechtigen langes leben glückselige regierung und ewige belohnung, auch bei allen menschen ein sondern fürstlichen rhum lob und preiss zugewarten, thue hierauff e. f. gn. mich hiemit in meiner trübsall anfechtung widerwertigkheit auch höchstem ob und anligen mit christlichem gnedigen mitleiden trost hülff schutz und schirm endtlich zuerscheinen nochmaln demutiglich bevelchen hierüber

f. gn. gnedige antwortt underthenig bittend und begerend. Datum in f. gn. stat Ingolstat den 24 tag februarii im jar 69.

Euer f. gn. underthenig gehorsamer

Philippus Apianus

med. doctor und mathematicus.

Nr. 88.

(S. Bd. I, S. 288.)

Archiv d. Univ. T, Vol. I, f. 53.

Magnifici viri, quem illustrissimus princeps academiae huius ordinem et reformationem meditetur, ex binis celsitudinis suae literis huc missis utcunque perspicuum esse existimamus; quia tamen non omnes, quo tendat, satis se assequi profitentur, salvo per omnia cels. s. iudicio, quid nos ex utrisque colligamus, paucis his aperiemus.

Primo itaque indubitatum nobis est, cels. suam ex animo peroptare, academiam hanc quam florentissimam esse,

2. bonum ordinem tum in profitendo tum etiam in audiendo non parum ad eam rem conferre posse.

3. totum academiae huius corpus more scholae Viennensis, unde haec primo emanavit, in quinque distincta collegia dispartiri velle, videlicet in theologicum, iuridicum, medicum, philosophicum et poeticum (quod vel paedagogium vel reliquorum quatuor superiorum seminarium appellari licebit). Fuit quidem hactenus quintum hoc collegium in usu, sed interim non usque adeo bene digestum; nam lectio graeca, rhetorica, poetica, humanitatis, grammatica et aliae eiusmodi, ut nemo nescit, ad seminarium pertinent nec iam aliae traduntur in paedagogio quam illae ipsae, sed alio ordine ac modo certoque discipulorum delectu ac dispertione.

4. Collegio theologico, iuridico et medico nihil hic peculiare praescribitur hoc solo dempto, quod cels. sua cupiat atque adeo sub defalcationis quotae stipendii interminatione iubeat, ut omnes et singuli harum facultatum professores doceant quam diligentissime; estque haec iussio modis omnibus aequissima, nam cum harum facultatum sicut et reliquarum omnium doctores sint veri ac proprii cels. suae mercenarii ad hoc unum conducti, ut optima fide et assidua diligentia, quae suae sunt professionis, tradant, iustum est, ut, qui cum debeant non docent, sed privatis negotiis et usibus vacant, quotae stipendii iacturam faciant; notum est enim illud „qui non laborat, non manducet."

5. Verumenimvero etsi in his tribus superioribus facultatibus nihil nunc immutetur aut novi oneris imponatur, insinuavit tamen per dominos patronos non semel, se cupere, ut singuli professores in suis praelectionibus mediocres progressus facerent, ita ut certis ac praefinitis temporibus certi quidam libri, tituli, tractatus vel materiae absolvantur, id quod theologiae professores sedulo in posterum curaturos existimo.

6. In facultate porro philosophica ceteris omnibus integris et indemu-

tatis cels. sua solum ordinem correctum cupit. Nam cum antea sin omnia audirent philosophiae studiosi et tarde nec unquam tamen integ quae huius professionis, etiam [*ausgefallen* praeceptores] absolverent, v cels. sua, ut in posterum ordine et integre tradantur et audiantur omn idque ab uno dumtaxat praeceptore, qui quotidie docendo primo sui cur anno absolvet logicen, secundo octo libros physicorum, de coelo et mu et meteororum, tertio libros de anima et metaphysicorum.

7. Erunt in posterum tres ordines philosophorum et totidem profes res, videlicet primi, secundi et tertii anni.

8. Singulis annis ad festum Lucae absolvetur unus cursus et inch bitur novus. Qui cursum integre absolverunt, promovebuntur ad un omnes ad magisterium, si voluerint, etiamsi ita non multum profeceri modo tamen non aliquid designarint, quo se magisterii gradu indig reddiderint.

9. Tres hi philosophiae professores legent omnes eadem semper ho qui hoc anno absolvet logicam, sequenti inchoabit physicam, tertio dei metaphysicam et libros, qui eam praecedunt, quibus absolutis redibit id vel alius ipsius loco ad logicam novum cum novis discipulis inchoatu cursum.

10. Singulis annis instituentur duae tantum promotiones, una r gistrorum ad festum Lucae, altera baccalaureorum ad festum resurrectic dominicae; baccalaurei promovebuntur absoluta logica et quatuor lil physicorum, magistri logica physica et metaphysica.

11. Celsitudo sua vult, eos omnes ad collegium poeticum h. e. paedagogium vel seminarium pertinere, qui in bonis litteris eos progres nondum fecerunt, ut cum utilitate quatuor superiorum facultatum prael tiones audire possint.

12. Desiderat ipsum hoc seminarium vel paedagogium in quat ordines seu classes distribui; in harum infima tradentur prima grammati rudimenta, in antepenultima minor grammatica cum selectioribus Cicerc epistolis, in penultima omnium partium grammatices absoluta ratio c epistolis Ciceronis et aliis his cognatis, in quarta poetica et linquae gr cae principia, Ciceronis officia et quidquid fere ad humaniorem litteratur pertinet. In quinta et postrema rhetorica et cetera hunc ordinem c cernentia

13. Omnium harum classium auditores quatuor horis quotidie oc pabuntur in scholis, duabus ante prandium et totidem ut minimum p prandium exercebunt se in componendo, disputando, declamando quili pro ingenii sui capacitate ascendentque paullatim de ordine in ordinem.

14. Ex quarta et quinta classe licebit ascendere ad aliquam ex q tuor maioribus facultatibus; ex quinta ordinarie et ex quarta extraordina

15. Tametsi nullus compellendus sit (sunt enim studia haec liber tamen qui iurisprudentiae operam dare statuerunt, inducendi videntur, prius audiant logicam, quam iurisprudentiam; nam nisi mediocres log exstiterint, non facile unquam aut sua tueri aut aliorum impugnare po runt; qui vero theologicae facultati aut medicinae, logicae etiam natu lem philosophiam adiungere deberent, nam alias, ut experientia comprob parum feliciter in medicis et philosophicis versantur.

16. Qui aliunde huc accedunt, si quidam theologiae, iurisprudentiae, dicinae vel philosophiae studere voluerint, erit hoc illis liberum per:tendum; tamen si viderentur omnino indocti, quod facile ex eorum orane patebit, charitatis esset eos inducere, ut inferioribus studiis ad tem; adhuc sese exercerent. Quodsi omnino pusilli fuerint vel litterarum nodum rudes, qui studiorum causa huc se contulerint, illi ad paedagom essent ablegendi ibique in eum ordinem redigendi, qui eorum erudiıi et capacitati quam maxime convenire videretur. Nam satius est non multos auditores habere et idones, quam multos et plane ineptos.

17. Ceterum cum pusilli et post hos philosophi redigendi sint in tos ordines, non existimamus, iam aliquos ad hunc vel illum ordinem vel sum annuum compellendos esse, sed id eorum arbitrio et propensioni inquendum, nisi qui forsan in electione omnino exorbitarent, nam ıc officii christiani esset, eos ad sanius consilium inducere.

18. Haec, ut arbitramur, et praecipua litterarum principis capita, :a quae, si aliquae difficultates occurrerint, illas ante omnem promulganem proponere atque discutere oportebit, nam hoc principem velle omıo putamus.

Nr. 89.

(S Bd. I, S. 237.)

Staats-Biblioth. Cod. Bavar. 2205ᵃ, Vol. I, f. 71:

Magnificis clarissimis viris ac dominis domino Simoni Eckio cancellario erisque consiliariis aulicis, dominis et patronis pernecessariis et honoıdis etc.

Magnificis dominis patronis probe constat, ad clementem petitionem ıstrissimi principis societatem nostram probationis causa ad unum annum ɡolstadii suscepisse cursum philosophicum et paedagogium, ut, si quid ficultatis seu gravaminis res secum ferret, quod vel principi vel societati olerabile esset, id tempestive in medium proponeretur, unde constaret, n susceptam vel dissolvendam vel perpetuandam esse; cum ergo rebus nibus ex parte nostra diligenter consideratis plenam de re tota informanem in urbem iussu mei superioris mittere mature debeam, hoc tamen ıestare rite non possim nisi capitibus quibusdam propositis, ad quae ninationes vestrae nomine illustrissimi principis clementer respondeant, ıre, quae mihi momenti aliquid habere videbantur, per modum quaestionis ıtum idcirco propono, quod ea neque illustrissimo principi neque etiam :ietati nostrae quidquam praeiudicii adferre velim ac submisse rogo ninationes vestras, ut ad singulas quaestiones clarum et autenticum ponsum dignentur in margine adscribere, quod ego certae informationis o in urbem transmittam.

1. Quid, si nostra societas graves ob causas ab academicis iuramentis horreat eaque praestare nolit, praesertim cum ante ab ıllis per illustrissim clementer liberata sit, quemadmodum etiam decore videatur, ut donatas nel gratias non patiatur esse irritas, cumque societas iuramenti loco is religiosis modis decentius et quidem tantundem re ipsa velit efficere, videlicet nostri homines constanter agnoscant et profiteantur, magistratum

academicum esse totius universitatis caput etiam quoad cursum et pae gogium, eique honorem fidelitatem obsequia et obedientiam decentem licitis et honestis sic praestent, ut nemo merito conqueri possit, ceteri si vi voti obedientiae nostrae id non fiat, tunc demum de praestan iuramentis fortasse cogitare licebit.

2. Probabiturne, ut societas suis scholasticis legibus suoque consue more cursum et paedagogium quoad studendi rationem per omnia guber et secundum eundem morem, intercedente tamen auctoritate magistrat academici paulatim etiam ad morum disciplinam et catholicae religio pios ritus studiosos perducat, sic vero, ut hanc gubernationis potestat agnoscat non esse sibi quidem propriam, sed delegatam a magistratu ac demico, ita tamen ab illustrissimo principe confirmatam, ut, quamd societas rite illa fungitur, a nemine impediri aut perturbari possit; autem semel omnis tollatur ambiguitas, quid per societatis leges scholas cas et consuetum eius modum instituendae regendaeque iuventutis intelligat paratus sum, constitutiones scholarum nostrarum producere et magnifi dominis considerandas proponere.

3. Utrum illustrissimus princeps et academici contenti erunt, ut soci tas in gubernationem cursus et paedagogii, praesertim vero in constituend professoribus faciat quod potest, sic quidem, ut ultra suas vires nihil i re ulla facere cogatur; et an metuere debeamus, ne seculares pofessor nostris omnibus vel aliquibus exclusis aliquando invita societate substitu antur, cum diffidendum plane non sit, si hanc provinciam societas sem susceperit, quin et principis et academiae atque etiam suum honorem no minus, quam in aliis ullis universitatibus, pro viribus tueri et promovere veli

4. Annon sit mens illustrissimi principis, ut, cum societas multos magnos labores in Ingolstadiensi academia suscipit, idcirco etiam iactura et dispendium facere et pati debeat ibidem religiosae suae libertatis disci plinae instituti et privilegiorum, quibus habet in universo mundo nih neque carius neque pretiosius, an potius, ut haec omnia societati integerri et perpetuo constent, quo alacrior et cordatior sit ad suscipiendos et tolera dos labores cursus et paedagogii.

5. Nonne probabit illustrissimus princeps, ut societas citra metu ullius indignationis fruatur eadem libertate academica, qua fruuntur cet omnes professores seculares, ut videlicet bonas seu necessarias ob caus aliquem suorum professorum interdum loco mutare possit, cum praesertii societas de substituendis aliis perpetuo sollicita erit, qua tamen sollicitudi et cura ceteri professores suam illam migrandi libertatem minime redimunt

6. Si aliqui de societate vel negligentiam vel errorem vel, quod absi enorme crimen in academia committerent, an tunc magistratus academicu contentus erit, ut nullam in delinquentem (etiam posito, quod is magnific rectori iuramenta solita praestitisset) exerceat iurisdictionem, sed re totam nostris superioribus committat, ut illi errantem pro meritis castigen vel etiam e societate extrudant invocato etiam, si opus erit, brachio e auxilio academico, quo in casu magistratus academicus societati illud etiam praestare teneatur.

7. Similiter si iuventus in officio per nos contineri non possit, a tunc magistratus academicus requisitus velit ac debeat nobis seu fidelibu



suis membris et cooperatoribus manum porrigere ad coercendos insolentes et negligentes in officio continendos.

8. Quantam velit nobis princeps et magistratus academicus delegare et confirmare iurisdictionem coercitivam in nostros studiosos; tametsi enim civilia et criminalia minime attingemus, uti nec possumus, non videtur tamen expedire, pro omnibus et singulis minoribus aut pro non criminalibus studiosorum culpis magnificum rectorem molestare, sed correctione aliqua nostra saepe sanandi videntur delinquentes; nonnunquam etiam in terrorem aliis proderit aliquem procerum scholis excludere, quod si a nobis fiat, an non deceat tunc, ut, qui sic exclusus est, vel oppido cedere cogatur vel certe in aliis facultatibus locum non habeat, sed auctoritate magnifici rectoris ad suam classem reverti compellatur sufficienti praestita cautione de futura emendatione.

9. An magistratus academicus suscepturus sit patrocinium et defensionem nostrorum hominum tanquam suorum operariorum atque etiam illorum opinionem et honestam auctoritatem ubique tueri velit, sicut nostri vicissim fidelem operam navabunt, ut honorem et obedientiam ipsi debitam apud omnes tueantur et promoveant.

10. Si praepositus generalis probet, ut nostri sint in senatu, an non deceat, ut duo theologi, duo item artistae ex nostris sint in senatu academico habeantque sicut ceteri sua suffragia, plures vero nostrum, quam aliorum, sint de consilio facultatis artium, ut qui plures illic subeunt functiones et labores, sic ceteros quoque in sua facultate suffragiis superent.

11. Item annon impetrabimus, ut nostri non cogantur senatui aut consiliis interesse, nisi quando commode interesse possunt, atque illi quidem tantum, quos pro tempore collegii nostri superior mittendos censuerit, qui etiam potestatem habeat, nostros, qui in senatu indecenter se gererent ac contentionum dissensionumque auctores existerent, inde amovendi et alios idoneos substituendi.

12. Quodsi societas nolit, nostros creari in rectores vicerectores vicecancellarios legatos commissarios etc., neque velit illos curis et negotiis ullis pecuniariis occupari neque ullum eis onus extraordinarium inscio vel invito suo superiore imponi nullis quoque mulctis pensionibusve pecuniariis illos gravari velit, an haec principi et academicis probabuntur.

13. Quodsi societas ob futuras molestias seu difficultates cupiat sibi bonum aliquem virum in suum protectorem eligere, qui, cum opus erit, mediator existat inter societatem et illustrissimum principem aut magistratum academicum, dies quippe mali sunt et nunquam deerunt, qui nobis volent aut etiam possint nocere.

14. Annon expediat et efficiendum sit, ut magnificus rector, dum eos examinat vel inscribit, qui novi accedunt, habeat sibi assistentes duos, alterum ex parte principis alterum ex parte societatis, ut, qui ad cursum seu paedagogium admittendi censebuntur, nostro tantum iudicio in hanc aut illam classem destinentur, quam deinde ante tempus deserere non possint, cuius legibus stare omnesque lectiones audire teneantur, quosque alii professores in suas scholas nostris professoribus invitis aut insciis suscipere nequeant.



15. Utrum reverendissimus Aychstetensis habeat in Ingolstadiensem academiam aliquid iurisdictionis, cui illustrissimus princeps noster, tametsi fundator, iure tamen praeiudicare non possit, quaeque nobis in progressu aliquam difficultatem paritura probabiliter timeatur.

16. Annon in perpetuam praxim deducendum est sanctissimum illud facultatis artium decretum de privatis lectoribus, quod anno 39 in hunc modum est conditum: „Privati praeceptores discipulos suos ad publicas mittant lectiones, eos enim hac de causa huc missos existimamus, neque suis privatis lectionibus ordinariorum lectorum horas interturbent, sed curent, ut ab ordinario publice praelecta domi vel repetant vel clarius exponant suis discipulis; super hac re visitatores diligentem habeant inquisitionem: negligentes primo mulctentur 1 fl., secundo 2, tertio illos prorsus ab universitatis privilegiis et contuberniis excludant.“ Haec illi sapienter.

17. Nisi maior adhibeantur cautela, quam hactenus, magnam pravitatem morum importabunt scandalosi et dissoluti illi studiosi iuris in facultatem theologicam et artisticam, habebiturque sicut ante ita etiamnum ac deinceps Ingolstadiana universitas apud cordatos et sapientes infamis et mater omnis corruptelae potius, quam ingenuae disciplinae cultrix et amatrix; quam ob rem, ne cum ea iuventute, quae nostrae fidei credetur, propter iuristarum corruptiones paene insanabiles oleum et operam perdamus ac ne societas quoque pessimae opinioni et infamiae involvatur, scire sane cupimus, an et qua magis seria magisque efficaci cura et industria huic tanto malo remedium prospicietur et an societati aliquando vitio vertendum, si, quod hac de re sancte semel constitutum fuerit, pro sua quidem parte, ut id servetur, bonis et honestis modis apud quos decebit urgere et procurare velit; neque enim decet societatem nostram, ut neglecto fructu principali (quem pro instituti sui ratione seu scopum spectare et sollicite quaerere debet, quique consistit in christiana pietate morum cultuque et honore creatoris) tantum de profitendi munere sit sollicita ethnico et mercenariorum more potius quam christiano.

18. Annon utile, imo necessarium videatur, ut occasione novi huius instituti quaedam in constitutionibus et iuramentis academicis immutentur et repurgentur, nam praeterquam in facultate artistica multa plane sint antiquata, plura etiam reformatione egeant, poterit sane haec nova institutio sub praetextu et titulo cuiusdam reformationis suaviore modo minoreque invidia introduci.

19. Si res progressum habitura est, serio cogitandum videtur de instruendis bonis classibus pro tribus professionibus philosophicis et quinque humanitatis, quaeque habeant suas fornaces, quibus etiam de lignis sufficientibus prospectum sit; alioqui frigebit omnis exercitatio; parvo vero sumptu ad haec omnia opus erit.

20. Ceterum de societatis seminario eiusque sustentatione et habitatione spero dominos patronos paterne simul ac sollicite cogitaturos esse, qua de re potero vel coram vel scripto aliquam dare informationem.

Dominationum vestrarum

humilis servitor **Paulus Hoffaeus.**

Nr. 90.

(S. Bd. I, S. 241.)

hiv d. Univ. T, Vol. I, f. 57 und Archiv-Conserv., Fasc. 11 Quelle enthält die schliessliche Redaction; in derselben sind in der anderen Quelle durchstrichene Stellen, welche einen noch n Wortausdruck enthalten, bereits weggelassen; ich füge dies Anmerkungen bei).

capitula, quibus reverendi patris provincialis societatis Jesu prorticulis illustrissimi utriusque Bavariae ducis nomine benigne re-, notae.

. In consultationem vocatur, utrum acquiescendum sit articulis s per reverendum dominum provincialem propositis, et quid[1] res illustrissimi utriusque Bavariae principis nomine conceptae[2] trimenti aut incommodi adferant. Quamvis autem tota haec res explicari potuisset, si et ipsi articuli patris provincialis exhibiti tamen, quia illorum copia nobis facta non est (qua vero de cile suspicari possumus), ex responsionibus suae celsitudinis coniimur, quam impotenter[3] boni patres praeter dignitatem[4] feranpoliandum eos, qui in suo ordine et genere et viri sunt optimi et ni et qui patres societatis Jesu hactenus coluerunt et eo usque int, ut iam[5] his ipsis favoribus adiuti in viscera ipsorum ruere

e deus, quam ingratos socios admisit Ingolstadiensis universitas tem suam, quibuscum tuta amplius societas constare non posse[6]

Sic enim isti rem totam comparatam nunc esse volunt (libere, est, fateri licet), ut omnis gloria iuventutis bene formatae ad derivetur, odium vero, si quod ex criminalibus causis metuendum ectorem et ceteros academiae professores spectare debeat, qui liclo ipsorum sint atque carnifices et iussa eorum exequi teneantur. e suis coloribus depingenda si evagari liberet, efficeretur profecto, intelligerent, in tota ista petitione patris provincialis parum esse, communem totius universitatis salutem gloriam et amplitudinem ed non deesse, quin maximam[7] tum apud professores tum audiurbationem et scholae potius dissipationem[8] sint concitatura.

vero si mens et sententia illustrissimi principis nostri ea est, m hanc suam florere quam maxime cupiat, nemo profecto sanae

---

[1] uid] utrum.
[2] onceptae] conceptae tolerari possint vel quid illae.
[3] mpotenter] impotenter quamque ambitiose isti.
[4] lignitatem] dignitatem et rationem instituti eorum.
[5] am] iam proh dolor.
[6] uta — posse] nulla ipsi amplius quam Leonina societas conse.
[7] ed — maximam] sed ea tantum contineri, quae ob insignem mpudentiam et ambitionem maximam.
[8] issipationem] dissipationem et ignominiam.

mentis suae celsitudini suadebit, ut ea constituat, quibus contrarium [illegible] necesse sit, quin potius sua celsitudo humillime roganda est, ne quid [illegible] modi admittat, quod in commune detrimentum scholae totius et [illegible] plurimorum contumeliam vergere possit. Atque stilum hic compri[illegible] non quod veritatem aperte proferre non ausimus[1], sed ne simus [illegible] magnificis dominis ista lecturis[2].

Certe patres longe maiorem ea ex re apud deum mercedem et [illegible] homines gloriam cum incremento catholicae religionis potuissent [illegible] quod nunc aeque contingere nequit, cum ipsimet sua culpa [illegible] suspectos reddere non sunt veriti. Credunt forte boni patres, quasi [illegible]tores academici, qui plura hactenus propter bonum pacis et catholicae religionis studium patenter tolerarunt, eadem patientia reliqua [illegible] colla potius iugo submissuros, quam contentionem aliquam cum ipsis esse suscepturos, ex qua scandalum in religione nasci posset; at videant, [illegible] fallat eos opinio et ne scandalum ab ipsis fiat.

Meminimus quidem, eos dicere solitos, se gloriam dei praecipue quaerere, et si scandalum ex eo sequatur, non ipsorum culpa, sed eorum [illegible]gnitate fieri, qui scandalizantur. Sed respondeant, si franciscani aut [illegible] quidam religiosi boni et docti[3]) in gratiam illustrissimi principis [illegible] se insinuare et pro gloria dei petere vellent, ut sua celsitudo eos in [illegible]lam Ingolstadianam recipere et partem in collegio jesuitarum conce[illegible] dignaretur, cui scandalum tunc essent imputaturi? an illis, qui pro [illegible] dei petunt? an sibi ipsis, qui possessione sua se spoliari atque [illegible] lentes coelum et terram clamoribus repleturi et „scandalum, scanda[illegible] Romam usque perscripturi et auxilium contra spoliatores imploraturi [illegible]

Quid vero aliud iam ipsi faciunt, dum iurisdictionem, quae apud [illegible] in solidum esse non potest, sibi parte attribui postulant, quam ut senat[illegible] academicum, penes quem tota integraliter stat iurisdictio, parte eius [illegible]tur; qua in re nonne iustior est causa defendentis sua iura et posse[illegible] quietam, quam eius, qui alium sine causa privatum seque in locum [illegible] intrusum cupit?

Sed ad rem ipsam. Hoc tamen non tantum illustrissimum nostrum principem, sed et ipsos patres de societate initio exorandos existimamus, [illegible] ipsi sponte remittant ea, quae invidiam magis, quam gloriam eis sunt par[illegible]tura; et vel hoc exemplo Jesu tribuant bono pacis et incremento religionis et ecclesiae catholicae, ne, si pergere voluerint, autores existant [illegible] pessimae et ipsismet perniciosae. Nos profecto hoc ipsis pollicebimur, quod si aequalidi iure cum senatoribus academicis vivere constituerint, [illegible] ut ab omnibus (quemadmodum hactenus factum est) amentur foveantur promoveantur colantur multaque eis concedantur, quae si suo iure sib[illegible]

[1]) ausimus] ausimus, quam utinam iniquissimi homines in faciem [illegible] me audire et argumentis meis respondere cogerentur.

[2]) ista lecturis] qui haec forte lecturi sunt, quibus equidem vellem boni patres isti, ut et aliis viris optimis, hac sua detestabili arrogan[illegible] occasionem nunquam dedissent sinistre de ipsis opinandi.

[3]) docti] docti et ipsis meliores.

beri postularent, nunquam volentibus et nonnisi invitis utque indignantibus nobis essent consecuturi.

Ad institutum ergo quod attinet, tolerari potest, quod in primo articulo illustrissimus princeps noster censuit, dummodo tamen non fiat eiusmodi iuramentorum mutatio, ut patribus de societate, quae in senatu academico tractari audiverint, eliminare[1] liceat.

Secundum caput responsionis summam continere videtur iniquitatem; ut enim concedamus, cursus et paedagogii totius gubernationem (salva senatus academici inspectione) patribus relinqui et permitti etiam correctionem eorum, qui paedagogium frequentant, eo modo, uti solent paedagogi suos corrigere, tamen id titulo iurisdictionis fieri, indignum est et omnibus seculis inauditum, indignius etiam, quod ipsi huiusmodi correctionem affectant in eos, qui sunt studiosi cursus philosophici; illos enim flagris et verberibus caedi non est liberale, et multi profecto hoc non essent toleraturi. Carceris vero poena vel pecuniaria eos mulctare, ad rectorem tantum et senatum academicum spectat, non ad professores privatos, immo ne ad collegium quidem integrum; neque enim ulla facultas talem habet iurisdictionem, sed illa tantum mulctandi ratio facultatibus conceditur, ut si quis vel negligenter in studiis aut alias improbe versatus sit, hunc ad gradum aspirantem excludere possint, qua poena et cursus philosophici professores contentos esse decet. Interim non negabitur ipsis, quod auditorem quemque suum minus diligenter officium suum facientem professor admonere obiurgare increpare possit. Sed si maior sit alicuius petulantia, quam quae verbis coerceri queat, tunc ex dignitate scholae est ceterisque exemplo melius, ut magis hic rectoris quam unius professoris auctoritate coerceatur, cui una cum academiae senatoribus (inter quos ipsi etiam sunt patres societatis) suam celsitudinem confidere, quod scholasticas leges in libera schola prudenter temperare noverit, longe est aequius, quam partem hanc iurisdictionis a rectore et senatu universitatis sine iusta causa aufferre et tribuere impotenter nimis eam affectantibus. Maxime cum illam pro sua tantum gloria et ubi res bene gerenda est captent, si vero quid odiosum incidat, offensionem defugiant et ita tamen academicorum consilium et opem ea in re expetant, ut ipsi principales, rector vero et senatus academicus accessorii esse videantur, quam notam et contumeliam senatus academicus patienter nunquam sibi inuri aut se suo iure sine causa vel in totum vel pro parte spoliari sinet. Paedagogii etiam inspectionem nunquam sponte remittet, cum illud quoque ad universitatem et consequenter ad senatum academicum, penes quem ex statutis summa rerum est, spectare in confesso sit. Qua tamen inspectione senatores academici non eo fine uti cupiunt, ut leges paedagogii praescribere et suo arbitrio mutare et disponere de singulis velint, sed ideo potius, ut si aliqua insignis animadvertatur negligentia (qualis certe interdum apparere solet), patres societatis officii admonere et, si opus sit, etiam illustrissimum principem eius rei certiorem facere possint.

Ad tertium articulum nihil aliud occurrit nisi, ut moneatur, sapienter facturum illustrissimum principem, si a patribus non patiatur sibi leges

[1]) eliminare] eliminare et ad suos deferre.

praescribi manusve ligari, satis vero ex ipsa responsione liquet, quam arrogans[1]) praecesserit interrogatio; ex quo quis non longe ante prospicere posset, quam isti nunquam cupiditatis suae finem sint facturi, si modus non imponatur, qui etiam principi legem dicere velle non erubescunt.

Quartus et quintus articuli tolerari possunt. Sextus item non habebit magnam difficultatem, neque enim occurrit unquam, a senatu academico tale quid esse attentatum; et quemadmodum franciscani suos ipsimet corrigunt, ita facile patiemur, patres societatis collegas suos debitis poenis afficere.

Septimum caput responsionis praesupponere videtur, quod aliqua iurisdictio esse debeat apud professores societatis, sed illud admitti non posse, iam supra ad secundum articulum est declaratum; nec aliter etiam admittemus illam, de qua in articulo „Manus porrectionem etc.“, nisi in eo sensu, ut si inventus in officio per patres contineri non posset, tunc ad magistratum academicum deferantur petulantes isti, qui eos corrigere et secundum iuris et aequitatis rationem punire non tam se teneri quam et libenter facere agnoscit et profitetur.

De iurisdictione coercitiva, ut illa patribus societatis permittatur, aliter atque supra ad secundum caput responsionis est annotatum senatui academico nunquam persuadebitur; cum enim nec theologorum nec iuris consultorum nec medicorum collegia unquam talem habuerint iurisdictionem nec etiam affectarint unquam vel in suos vel in alios, licet insignes saepe viri et percelebres et ad regendum aptissimi hic fuerint, indignum profecto esset, tantam potestatem tribuere his, qui non alto loco esse volunt videri[2]). Itaque haec patrum societatis affectatio nequaquam ad dignitatem, sed ad contumeliam ceterorum atque adeo totius scholae pertinet. Relinquant ipsi, quaeso, magnifico rectori nostro et senatui academico suam potestatem et ne vereantur, si res exigat, molestiam facere et rectori et nobis, quotum proprium hoc officium est et qui illud exequi parati sumus nec cupimus ab ipsis hac in parte exonerari. Ab ipsis quoque societatis patribus rectori et senatui academico debere quasi modum praescribi, quando aliquem academia et oppido eiicere debeant, satis pro imperio attentatur, et cur non potius (quod modestiam ipsorum decuisset) eam de nobis spem concipiunt, quod nos tanquam iuris et iustitiae amantes et aeque[3]) intelligentes, ac sui sint, causa cognita semper id simus facturi, quod legum ratio dictat et scholae universae dignitas postulat. Unum hic quaerere licet, si, quod absit, studiosorum aliquem contingeret iussu jesuitarum in carcerem concludi absque rectoris auctoritate, an non metuant, ne alii tunc studiosi carcerem vi effracturi et ad rectorem sint provocaturi asserentes, se sub rectore et universitate esse, non sub jesuitis. Tantum vero facinus si perpetraretur, quibusnam maior culpa adscribenda foret, an effractoribus alienam iurisdictionem defugientibus, an jesuitis alienam potestatem usurpantibus?

Ad nonum caput libere respondemus, nos hactenus ita defendisse et

[1]) arrogans] arrogans et ambitiosa.
[2]) qui — videri] qui inferiori sunt loco.
[3]) aeque] aeque vel magis.



complexos esse patres societatis, ut magis non possemus, eoque indignius nunc ferimus ipsorum ingratitudinem [1]; diligemus vero ipsos posthac quoque, si nostra nobis et universitati salvam suam iurisdictionem et dignitatem reliquerint et non falso titulo hanc sibi arrogare et forte aliquando totam (qui animus ipsis esse multis et evidentissimis argumentis probari potest) invadere praesumpserint.

Decimum caput admitti potest, licet grave id futurum sit dominis de collegio facultatis artium. Undecimus articulus ita recipi potest, ut etiam rectori universitatis ex causa liceat certos aliquos de societate iuratos consiliarios vocare et tunc isti comparere teneantur. Superflua vero fuit [2] propositio patrum, ad quam in octavo capite responsum est, quasi vehementer isti metuant nostras mulctas pecuniarias, qui iurisdictionem nobis eripere non verentur, sed transeat et hoc cum ceteris erroribus. Decimus quartus et quintus transeant.

Falcem ipsos mittere in messem quoque alienam, quod ex decimo sexto articulo deprehenditur, iam non potest videri mirum de iis, qui iniquiora etiam attentare praesumpserunt; placet autem omnino illustrissimi principis responsio, ut si quam petulantiam animadvertant isti patres, eam deferant, ad quos decet, h. e. ad rectorem et senatum academicum. De articulo decimo septimo quod dicatur, non habetur admodum.

De ultimo vero illud occurrit, non tam esse curandum de fornacibus, quam de aliis idoneis remediis, ne frigeant exercitationes, maxime in paedagogio et classibus minoribus, in quibus et ipsi animadvertimus et audimus ex aliis magnam esse negligentiam, nullae enim vel certe rarissimae habentur repetitiones cum pueris, epistolae quoque ab ipsis compositae non emendantur, et eius generis non pauca alia desiderantur, quae certe ab his, qui totius iuventutis curam soli habere volunt, praetermitti nullo modo deberent, alioquin metuendum est, quod et experientia attestatur, ne multa ingenia pereant vel certe parentes cogantur filiis privatos aler praeceptores, quod tamen non in uniuscuiusque est facultatibus.

Ad extremum quia multorum annorum experientia comprobatum est, patres societatis nullos plane fines nullumque modum servare in novis subinde excogitandis mediis, quibus tandem totam universitatem cum magno dedecore [3] manui ac potestati suae subiicere queant, rogandus est illustrissimus princeps noster, ut in posterum quasvis horum preces non facile admittat nec semper credat, ad gloriam dei pertinere, quae isti petunt, sed aliquos ipsis praescribat certissimos fines, quos transgredi et ultra quos amplius sperare eis non liceat, ut sic illustrissima sua celsitudo eiusdemque magnifici domini consiliarii quotidianis accusationibus et molestiis non fatigentur et professores academici vexationibus perpetuis et metu insidiarum liberati animis alacrioribus munere suo perfungi et patres societatis vera non simulata amicitia complecti simulque iunctis viribus

---

1) ingratitudinem] insolentiam et ingratitudinem.
2) fuit] fuit et haud scio an minus pharisaica.
3) dedecore] dedecore, quod ipsi reputant gloriam suam.

atque consiliis scholae huius celebritatem tueri augere atque amplificare queant ad gloriam altissimi et ecclesiae catholicae decus immortale [1])

Nr. 91.

(S. Bd. I, S. 245.)

Archiv d. Univ. T, Vol. I, f. 16 u. Arch.-Conserv., Fasc. II 16. Febr. 1572.

Reverendis nobilibus . . . . . magnifico domino rectori et senatui academico dominis et amicis honorandis.

. . . . . Exhibitum est mihi summarium quoddam vestri scripti de resolutione dominorum patronorum circa cursum et paedagogium, quod cum avidius perlegerem vestramque voluntatem ac sententiam apud me diligentius perpenderem, equidem ex animo sum laetatus, non sic discrepare nos, sicut fortassis hactenus existimatum fuit. . . . . . Cum igitur in omnibus aliis articulis haud difficulter consensuri simus, hoc unicum tantum summisse magnisque a vobis precibus flagito, ut in gratiam universae societatis et ad fovendam magis charitatem mutuam iuramenta nobis benigne remittatis. Praestabit profecto generalis per se aut suos provinciales vel rectores semper loco iuramenti, ut nostri professores non minorem magnifico rectori et senatui honorem fidem diligentiam obedientiamque exhibeant, quam si millies iurassent, ac ita quidem prompto reverentique animo, ut dd. vv. merito conqueri non possint; deinde non detrectabimus, ut, qui de societate senatores sunt futuri, se sancte servaturos iurent silentium seu secretum consilii. Dignentur vestrae magnificentiae hanc nostram fidem ad tempus explorare, ut, si absque iuramento remissiores, quam ceteri sunt, nostros esse deprehenderint, tunc de iuramento praestando nos moneant. . . . . . Jam, quod decet, si vestrum aliquem vel etiam omnes mea culpa imprudenter offendi unquam, id summisse hic deprecor; mihi, quaeso, meisque qui istic sunt fratribus amice simul et paterne ignoscite et in posterum veram a nobis pacem et charitatem sperate. . . . . . Monachii 16. Febr. 1572. Ad obsequia paratus

Paulus Hoffaeus.

Nr. 92.

(S. Bd. I, S. 246.)

Staatsbibliothek Cod. Bavar. 2205ᵃ, Vol. I, f. 129—136 u. 162—163.

Scriptum, quod ad generalem societatis Jhesu in urbem est transmissum . . . . . 18 Febr. Ao. 72.

(*f. 131*) Ad propositos reverendi patris provincialis articulos est quidem Monachii per illustrissimi principis consiliarios aliquo modo tentatum,

[1]) *Hiezu als Unterschrift:* Bonis patribus meliori [illegible] sententem [illegible] Nicolaus Everhardus.

qua ratione ita satisfieri societati possit, ne scholae interim celebritas imminuatur, atque in eam fere, quae sequitur, sententiam respondendum esse videtur suo tempore.

Ad 1. quidem illustrissimae suae celsitudini nulla occurrit causa, cur susceptus a societate cursus cum paedagogio deseri debeat, potiusque optat istius rei prosperos successus ad magnam totius provinciae adeoque religionis catholicae consolationem. Quia vero de iuramentis praestandis aliqua videtur enasci difficultas et academici pro bono pacis fore existimant, si aequalitas servetur inter professores omnes tam eos, qui sunt de societate, quam reliquos, iuramenta ista profitentium et eorum, qui futuri sunt de facultate artistica deque consilio academico, quamvis anno superiore remiserat illustrissima sua celsitudo, praestari tamen cuperet eaque ratione professorum consiliariorumque animos ad communem scholae utilitatem firmius connecti, qua in re si reverendus pater generalis non difficilem sese praebuerit, gratum faciet illustrissimae suae celsitudini, quod etiam non repugnat, ut pro horum temporum usu iuramenta repurgentur et privilegiis iuribus votoque societatis expresse in iis caveatur; quamquam optent academici, eiusmodi non fieri iuramentorum repurgationem, ut patribus de societate, quae in senatu academico tractari audierint, eliminare liceat.

Ad. 2. Ut societas consueto suo modo totum cursum et paedagogium quoad studiorum rationem gubernet et secundum eundem modum ad morum disciplinam et catholicae religionis pios ritus studiosos dextre alliciat et paulatim adducat, modo hoc non tanquam sua propria (sicut verebantur academici), sed solius academici senatus auctoritate et sub eius quoque inspectione faciat et facere videatur, illustrissimo clementer probatur nec ullam habet apud academicos difficultatem, qui pios et moderatos hac in re patrum conatus adeo non impedient, ut illos etiam consilio et auxilio, cum opus esse videbitur, promovere parati sint. Si quid gravius tamen statui debeat, non dubitat illustrissimus, quin societas sicut ceteri professores sua sponte cum senatu academico et secundum universitatis huius laudabilem consuetudinem, vitandae videlicet offensionis causa, id pacifice tanquam cum academiae totius capite transiget componet et aget; et hoc loco eam adhibebunt patres moderationem, ne, qui ex haereticis locis ibi confluunt aut alioquin remissius curant religionem, propter severiora quaedam instituta durius a patribus tractentur atque ita schola haec haereticis ac frigide catholicis formidabilior fiat, quam ipsae sunt pontificis et catholicorum per Italiam Gallias Belgium etc.

Ad 3. Facile etiam contentus est illustrissimus princeps, ut in gubernando cursu ac paedagogio sicut etiam in constituendis professoribus faciat societas, quod potest, de qua nemo quoque dubitat, quin sua sponte, quoad commode poterit, factura sit satis et honori suo et publico commodo; ideoque nec praeter dignitatem cum ea agi passura est illustrissima sua celsitudo, quae etiam magis, quam ferre velint ipsi, patribus nunquam imponet imponive sinet; sed ne existimat quidem talem unquam futurum esse casum, ut necesse fiat, professores societatis plures seu pauciores amovere; si tamen id accideret, tunc ex tempore, quid academiae atque etiam societati expediat, consilium capietur.

Ad 4. Clementer agnoscit illustrissimus princeps utiles ac pios socie-

tatis labores; hos tamen ut cum iactura sui instituti libertatisque religiosae suscipiat, nec est neque fiet unquam suae celsitudinis illustrissimae mens et voluntas; probe enim novit, nullum statum religiosum ecclesiae diu multumque prodesse posse, si pia eius instituta vel etiam privilegia dissolvantur.

Ad 5. Probatur, ut societas citra metum ullius indignationis fruatur eadem libertate academica, qua fruuntur ceteri omnes professores seculares, ut videlicet bonas seu necessarias ob causas aliquem suorum professorum interdum loco mutare possint, cum praesertim societas de substituendis aliis idoneis, et ne incommodiori tempore mutationes istae fiant, operam datura speretur, quoad poterit.

Ad 6. Si aliquis de societate vel negligentiam vel errorem vel, quod absit, enorme crimen in academia committeret, nullam tunc exercebunt iurisdictionem academici in alumnos societatis, sed res tota penes superiores societatis erit, qui errantem pro meritis castigent vel etiam e societate extrudant vel saltem religioso suo foro utantur invocato etiam, si opus sit, brachio et auxilio academico, quod praesto illis esse debet semper.

Ad 7. Similiter si iuventus in officio per patres contineri non posset, tunc magistratus academicus requisitus debet illis seu membris fidelibusque cooperatoribus manum porrigere ad coercendos insolentes et negligentes in officio continendos, ut augeatur publicae scholae dignitas et iuventus tam in moribus quam literis proficiat.

Ad 8. Consentaneum est rationi et academicis quoque probatur, ut patres societatis auctoritate rectoris academici verbis et virgis in paedagogicos correctionem decentem et moderatam pro minoribus quidem et non criminalibus culpis eo exerceant modo, quo solent paedagogi in suos illam exercere; censent vero academici, studiosos cursus philosophici flagra et verbera non esse facile toleraturos, quam ob rem illorum professores hac poena contentos esse decere, ut, si quis negligenter in studiis aut alias improbe versatus sit, hunc ad gradum adspirantem excludant; interim tamen, si etiam horum aliquis suum minus diligenter officium faceret, posse ac debere professorem eiusmodi hominem admonere obiurgare et increpare; sed si maior sit alicuius petulantia, quam quae verbis in cursu et verberibus in paedagogio a patribus coerceri queat, hic tunc cupiunt academici, ut patres societatis nihil vereantur molestiam facere rectori et senatui, ut in delinquentes gravius ipsi animadvertant, voluntque de se hanc spem concipi, quod tanquam iuris et iustitiae amantes causa cognita semper id facturi sint, quod legum ratio dictat et scholae universae dignitas postulat, sive pecuniaria mulcta sive carceris poena sive etiam exclusione in illos animadvertendum esse videatur. Quae omnia illustrissimo quoque principi probantur, qui etiam clementer cavebit, sicut ipsi et quoque sua sponte senatores academici ut patres societatis, qui labore professionis satis gravati erunt, a protervis et insolentibus nihil amplius molestentur neque eorum auditores a malis inquietentur aut corrumpantur.

Ad 9. Sed et ad fovendam mutuam cum charitatem tum etiam benevolentiam imprimis conducet, ut magistratus academicus suscipiat patrocinium et defensionem societatis tanquam operariorum suorum atque etiam opinionem honestamque eius autoritatem tueatur, sicuti societas



vicissim fidelem operam navabit, ut honorem et obedientiam academico magistratui debitam apud omnes augeat et promoveat.

Ad 10. Quia iustum videtur, ut societas suo iure utatur, cum plures illorum sint in facultate artistica pluresque labores sustineant, ut plures quoque ex iis sint in consilio istius facultatis quam ex aliis academicis, et pariet hoc illis apud auditores suos utilem autoritatem; eorum tamen, qui ex iis in senatum academicum admissi iam ante sunt votaque et suffragia habere debent, numerus transcendendus non erit; si tamen haec res vel ad artisticae facultatis vel aliorum, qui de ea sunt, academicorum professorum praeiudicium spectare videbitur, cogitabit illustrissimus princeps de remedio idoneo et placido congruenti scholae huius celebritati.

Ad 11. Liberum etiam sit societati, senatui consiliisque academicis interesse, quando commode poterunt, eosque tantum mittere, quos mittendos censuerit collegii rector, modo isti iurati sint academiae, sicuti ab initio est admonitum. Hic tamen academici petunt, ut etiam rectori universitatis ex causa liceat, certos aliquos de societate iuratos consiliarios vocare, et tunc isti non minus quam alii senatores seculares compareant; quamquam si eorum aliquis, qui sic vocatur, suo superiori iustas ob causas ne tunc quidem mittendus esse videretur, facile acquiescet rector academicus neque ordini vestro gravis futurus est.

Ad 12. Non quidem est suspicio, tales in societate futuros, qui multam aliquam mereantur; at vero si hoc accidat, iam superius dictum est, quid statui in illos debeat; pecuniarias certe mulctas ullasve pensiones timere non debent, sicut etiam negotiis pecuniariis et secularibus itemque aliis oneribus academicis minime occupabuntur.

Ad 13. Si societas ob futuras molestias seu difficultates prodesse sibi iudicaverit, bonum aliquem virum in protectorem suum eligere, qui, cum opus erit diesque mali supervenient, mediatorem sese ponat, non inconsultum videretur, hanc eius fiduciam penes eos omnes relinquere, qui alioqui sunt constituti patroni scholae, quos non incertum est optime et amicissime cupere societati.

Ad 14. Cum omnium maxime referat, quorsum initio destinentur, qui novi accedunt studiosi, cumque rectores academici soli vacare huic rei vel non possent prae aliis negotiis vel etiam nolint, sic in posterum servetur, ut rector, quos inscribit philosophiae et theologiae studiosos novos, statim post accepta illorum nomina ad vicecancellarium academicum mittat, cui assistant facultatis decanus et unus ex societatis professoribus, qui cum novis istis studiosis de acceptandis facultatibus tractabunt suaviter, sicut etiam anno superiore fuerat statutum, eosque cum scripto testimonio vel ad paedagogium vel ad cursum mittent, qui deinceps patrum de societate iudicio idoneis classibus destinabuntur, quas ante tempus deserere non possint quarumque legibus stare propositasque lectiones audire teneantur, et quos alii praeceptores in suas classes sine patrum consensu suscipere non debeant, ne classes ac studia perturbentur; nisi hanc faciendi iudicii censuram rector academicus penes se esse maluerit; quod si ita est, tunc assistant ei semper cum vicecancellario duo isti alii, et si ad cuiusvis novi scholaris philosophici sive theologici adventum praesto illos assistentes habere non potest, tunc ad discutiendos, qui nuper inscripti sunt, peculiaris aliquis

dies sumatur a rectore atque hic etiam caveatur, ne absque discrimine ad integrum cursum deputentur singuli, cum quidam non accedant eo animo, ut philosophiae inhaereant semper nec etiam tot annorum cursum ad proposita studia indigere forte videri cupiant.

Ad 15. Episcopi Eystetensis tanquam cancellarii academici iura, quae circa scholae potius dignitatem quam magnam aliquam disponendi intendive potestatem versentur, societati timenda minime erunt, et certe penes principes Bavariae solos hucusque fuerunt, quae hoc loco inspectione emendationeve aliqua indigere sunt visa nullo unquam tempore.

Ad 16. Privatas suas lectiones ita instituant posthac praeceptores omnes in academia, ne publicas lectiones discipuli negligant, quas audire omnino tenentur iuxta decretum anno 39 conditum, quod salvum esse debet maxime, nisi forte aliter visum fuerit studiosorum parentibus vel maioribus, de quo tamen per sufficiens testimonium docere tenebuntur discipuli, ne fraudi locus sit.

Ad 17. Maiorem adhiberi cautelam, ne scandalosi et dissoluti studiosi iuris maxime turpem illam morum pravitatem in theologorum atque artistarum facultatem importent, tam cupit illustrissimus princeps quam hoc est e summa dignitate scholae; cogitabunt itaque patres societatis, an et qua magis seria magisque efficaci cura et industria huic tanto malo remedium prospici queat, nec illis vitio vertetur, si, quod hac de re et olim sancte constitutum est et in posterum etiam statuetur, pro sua quidem parte, ut id servetur, bonis et honestis modis, apud quos decebit, urgere et procurare velint.

Ad 18. Quia in facultate artistica multa sunt antiquata et alia plura reformatione indigent, poterunt iuramenta, uti superius etiam dictum est, immutari et repurgari, eaque de re patrum sententiam libentissime audiet illustrissimus princeps.

Ad 19. Ut instituantur bonae et commodae classes pro tribus professionibus philosophicis et quinque humanitatis utque fornaces suas habeant et ligna sufficientia, ne frigeant exercitationes, curabitur primo quoque tempore. Optarent vero academici, ut vestri professores crebriores soliti in suis classibus lectionum repetitiones instituerent et praesertim quidem in scholis paedagogii, qua in re illustrissimo quoque rem gratam praestabitis.

Ad 20. Quae de instituendo societatis seminario deque eiusdem commoda habitatione et sustentatione agenda sunt, ita instituentur, ut intelligant inde patres, quantum tribuat Bavaria catholica suis et virtutibus et meritis.

Atque haec sunt, quae ex mente et voluntate illustrissimi principis respondenda duxerunt domini patroni scholae Ingolstadianae ad quaesita reverendi patris provincialis, quibus ad maiorem etiam fidem faciendam ipsum illustrissimae celsitudinis sigillum est additum Monachii 18. die Febr. anno 72.



Nr. 93.

(S Bd. I, S. 252.)

Staatsbiblioth. Cod. Bavar. 2205", Vol. I, f. 142.

Rectors und raths der universitet letzte und zusamen gezogne bedenckhen in negotio jesuitarum. Ad magnificos dominos scholä patronos.

Magnifici domini patroni. Ob wol in dem erhobnen und jetz langher schwebendten stritt zwischen uns und herrn jesuiten wir unsere beschwert und auch zum tail rhatsame bedenckhen zum dickhermaln schrifftlichen und dann auch durch unsere gesandten mündtlich eur magnificenz und herrlikhaiten als unseren von unserm gnedigen fürsten und herrn vorgesetzten patronis treulich und vleissigst, wie gekhant, fürgebracht, das wir ja mherers und bessers nit wissen noch khönnen fürbringen und unsers thails gerne auff die für- und angebrachte sachen zu eur magnificenz und herrlikhait final resolution gestelt und derselben erwarten haben wöllen, doch weil uns im letzten rescripto nit allain mit gnaden zugelassen, sondern auch ernstlichen bevolchen, unsere bedenckhen und beschwert contra der herrn jesuiten institutum schrifftlichen zu verfassen und euer magnif. und hrlkt zu überschückhen, haben wir disem gnedigen bevelch zugehorsamen nit sollen underlassen und nach berathschlagten sachen in unserm gesambten rhatt alle unsere vorige mündtlichen und in underschidtenen schrifften fürgebrachte beschwert argumenten und motiva contra herrn jesuiten institutum in dise schrifften zesamen gezogen, und ob wir wol in disem negotio mit einer gantzen declamatio aussfüerlichen und pro rei gravitate disserirn khonnen, doch euer magn. u. hrlkt mit solcher leng nit zubeschweren, und zu mherer richtigkhait haben wir khurzlichen solliche unsere und der schull beschwerdt per modum responsionum seu potius notarum ad singula dominorum jesuitarum interrogatoria wöllen fürbringen und in calce allain per modum notularum, was wir in cursu pädagogio und gantz der herrn jesuiten instituto desiderirn und uns beschwert, auch hergegen underthenigclich begern, den herrn patronen andeutten und darumben entlichen beschaidt und resolution gewartten wöllen.

Notä in proömium jesuiticorum interrogatoriorum. Erstlichen den herrn patronen zuerwegen, das ob wol die academia, das ihnen durch die herrn jesuiten ein grosser riss in das schuelregiment geschechen, philosophicum studium instituto pädagogico und ettliche andere lectiones abgedrungen, das jar über bey sich selbs geduldigclich concoquirt und die sachen bei vorigen decret beruen lassen und dem eventui, wölcher viler neuer instituten explorator und reformator ist, bevelchen wöllen, aber pater provincialis mit disen seinen neuen interrogatorischen petitionen präter intentionem nostram dise neue tragödiam excitirt und, wan dise schantzen mit solchem begern den herrn jesuiten geratten thett, wurde sie pro suo studio amplificandi res suas alle jhar in alle monat solang fragen und begern, biss sie den herrn patronen das gantze schuelregiment abfrageten. Zum andern erwegen wir, das, was die herrn jesuiten mit hocher beschwerdt und verclerung auch expulsion unserer ettlichen und cavillatione veteris gubernationis scholä haben sollicitirt und practicando erzwungen und errungen, sie im eingang prämittirn, das mans von ihnen clementer



begert, ja, wie sy alhie per simulationem fürgeben, invitis et reluctantibus obtrudirt. Fürs dritt das, wie die herrn jesuiten zu zeiten mal in proömio und zu etlichen malen in den nachvolgenden interrogatorien den hertzogen und societatem also parificirn und von beeden äqualiter determinirn, gleich wen unser gnediger fürst und herr als part mit der societet contrahirt, wie dann, was diss für ein grüff auff der lautten, für die herrn jesuiten hierundten in connotatione ad primum interrogatorium solle angedeuttet werden. Zum vierten ist zuponderirn und eben der obangedeuten beschwerdt anhengig, das nit allein wir, sonder auch euer magnificenz und herrlikhait in namen unsers gnedigen fürsten und herrn mit disen leutten und was sy in der schuel thuen sollen, khain liberam dispositionem nit haben, sonder, was man ihnen schafft, darumben müssen sy erst iren generalem zu Rhom fragen und resolutionem holen; ab initio autem non erat sic; ist ir erst erbietten weit anderst gestanden. Zum fünfften ist in solchem proömio zuponderirn, das es zum vorthail gericht, quod interrogando excessive petant und wöllen darüber resolutiones haben, die clarā et authenticā sein und in urbem geschückht werden sollen und doch übereilt nuhr marginaliter darzu zaichnet sein sollen; ecce artes. Zum sechsten zuponderirn, das disen leutten durch unsere gedult oder vilmher der herrn patronorum humanitet die cornua dermassen gewachsen sein, das sie nit allain interrogative neu ohnleudenliche ding begern dürffen, sonder, da ihnen durch die herrn patronen ex re scholā cordate respondirt, derselben responsionibus verschlagen, ihnen selbs nomine illustrissimi, wan mans nuhr passiern liesst, resolutiones secundum suos humores fürschreiben dürffen. Zum letsten zubedenckhen, das die herrn jesuiten in irem probjar sovil nutz oder auffnemen der schuel, si respiciamus testem experientiam, nit geschaffet, das sy uhrsach oder fueg hetten, als re bene gesta nach sollchem neuen beschwerlichen begeren per interrogandi modum zemischen und zefragen.

Notā in primum interrogatorium. Belangendt die begerte remissionem juramentorum ist zuerwegen, das juramenta scholastica von unsern löblichen vorfarn und ersten institutoribus scholā als pia licita et honesta gestellt, das sich deren khain erlicher oder gelerter mann zubeschweren, so ist es contra practicam mundi, das einer will neben andern im regiment oder rhat sitzen, doch ausser und über die andern, weil des gemeinen vinculi juramenti oder rhatspflicht ohngebunden und frei sein. Item so pugnirn dise scholastica juramenta, sovil wir wissen oder khönnen gedenckhen, mit irer profession oder voto nit; doceant igitur, in quo capite sit repugnantia. Item so haben eben die vorigen herrn jesuiten, so mit und bey uns gesessen und docirt, onverhindert ires voti wol khönnen und auch gerne jurirt, als Canisius, doctor Claudius Gaudanus, Alphons Salmarella; aber uhrsachen: es war in illo tempore, do sy noch diemuttig waren, do khonnten sy unbeschwerdt ires gewissen und ohngeirt irer profession oder voti wol jurirn; auch noch heuttiges tags zu Wien und Löwen, do sy noch sub manu potenti humilirt williglich und ohngewaigert juramenta scholastica laisten; aber jetziger zeit und alhie vermainen sy, es stehen ir sachen in andern und bessern terminis, sie seien in unser schuel rerum domini worden, seien inen derhalben die jurament erlaidet, und darob sie



greulich abscheuchen gewinnen. Item ut sit differentia inter superiores et inferiores, wir jurati, sy aber injurati und privilegierte, und also einander ungleich seien, quā inäqualitas in republica est discordiarum seminarium; nota, ubi graves ob causas abhorreat. Alhie solte pater provincialis dise wichtige uhrsachen, die er mit wortten andeuttet, specifice gemelt haben, da es zu der herrn patronen arbitrio und cognition gestanden were, ob solche uhrsachen relevantes nec ne gewesen. Aber, wan man rhatten sollte, so seien solche uhrsachen ipsis gratā, nobis vero graves und beschwerlichen, wie oben schon zum tail angedeuttet, und sonderlichen, das sy ohnverbunden ainiger pflicht alle unsere secreta eliminirn und ad suos in die gantze welt aussschreiben dürffen und was dergleichen pericula uns noch verborgen und unverrathen mher dahinder steckhen. Nobis vero ob jesuitarum solitum innovandi studium omnia sunt suspecta. Ibi „Illustrissimum principem decere videatur" alhie ponderire man der herrn jesuiten art und process, das, wan man ihnen ein mall nur winckheudt etwas beuttet, das sy dasselbig ohnnachlessig zu sich und an sich ziechen, und wan man exposcente sic rerum usu folgendt anderst will disponirn, so schreien sie und dürffen impudenter schreiben, non decere principem, ut semel datum revocet, und werden die herrn patronen pro sua prudentia leuchtlich erwegen, das man sich mit disen leutten präjudicialiter in handlung einlässet; dann wan sonsten in universitet sachen oder reformationen etwas gehandlet, so geschicht es per modum liberā dispositionis, khan unser angeclagt nach euer magnif. und hrlkt freie wüllkhür pro ratione et usu temporis wider per contrariam dispositionem geändert werden; aber was man mit disen leutten handlet, verstehen sy, es gescheche per modum contractus et via obligationis; baldt ihnen was gehengt, wöllen sy darumben claras et authenticas decisiones haben, schückhens ghen Rom, lassens den generalem approbirn, lassens durch brieff und sigl confirmirn und perpetuirn; handlet man darüber, schreien und schreiben sy, non decere principem, et semel concessum faciat irritum. Ibi „Cumque societas juramenti loco etc." nota: legalitas seu honestas personā non eximet quem a juramento; sein in anderen regimenten auch vil ansechliche glaubwirdige erliche leutt, werden darumben der rhatspflicht nit erlassen. Ibi „profiteamur, magistratum academicum esse caput" scilicet titulare caput et recisum a reliquo corpore universitatis, non autem caput gubernativum seu dispositivum, quod gubernet studia docentium et discentium, sonsten würden sie in secundo interrogatorio nit setzen und begeren formalibus verbis, ut societas suis legibus suoque more cursum et pädagogium quoad studendi rationem per omnia gubernet. Ibi in fine „tunc demum cogitare licebit etc." nota: wir wellen und sollen, wan sy vi voti, was wir jurato thuen müessen, nit thuen, auffs jar erst widerumb und alle folgendte jar mit ihnen zanckhen, und wurde also aus disem handl die lang schaid werden.

Ad 2. Nota, societatem suis legibus per omnia gubernare cursum et pädagogium et penes eosdem esse morum disciplinam, ut hic asseritur, et contra, rectorem academicum etiam quoad cursum et pädagogium esse caput, ut supra in primo interrogatorio simulanter per eos concessum est; hāc duo implicant contradictionem. Man interpretire es dann, wie es oben schon angedeuttet, nemblichen das sy gubernirn realiter, unser rector aber

nominaliter seu titulariter, quod probatur. Dann wan es nach ihren interrogatorischen petitionen sollte hinaus lauffen, so hetten sy macht, auch injurati in unsern rhat zutretten, wan sy wollten und sy gelustet, und möchte ir rector schickhen oder aussbleiben lassen, wen und wölchen er wöltet, und also mit den personen seines gefallens abwechseln, das pädagogium und cursum, welches bona pars academici regiminis sein, sie allain gubernirn, die auditores pädagogii et cursus ex classibus et auditoriis und consequenter gar aus der statt schaffen lassen und was dergleichen mher in ihren petitionibus zufinden, sy setzen ja wol darzu, quod agnoscant, hanc potestatem gubernandi non esse sibi quidem propriam, sed delegatam a magistratu academico. Aber damit solche recognition nuhr nominalis et imaginaria sein, so heugen sie daran, ita enim a principe confirmatam, ut societas a nemine impediri aut perturbari possit. Ecce, das ist ein species delegationis in jure incognita, das etwas delegirt solle werden und also der delegans mit gesperten hendten nit mer potestatem revocandā delegationis haben, das haist nit delegirn, sonder gutt teutsch vergeben, und ex historiis parva magnis comparando so soll es ein regiment sein wie apud Francos ante tempora Caroli Magni, die societas und ihr rector major domus sein, rector academicus solle speculative et privative der sesselkhönig Hilpericus sein; rector societatis solle in regno scholastico domui disponirn, rector academicus aber solle in actibus und in andern publicis pompis et spectaculis zum schauessen dasitzen und stüel und benckh druckhen und, wie dem imaginario regi Hilperico geschechen, das er beschorn von khönigs stull in ein closter vom pabst gestossen, also letzlich unsere rectoria als titularis tantum dignitas abgethon und aussgelescht werden, wie zu Dillingen und Meintz beschechen, do extra rectorem jesuiticum rectoris academici manus gar erloschen und aussgetilgt worden, welche zwo universiteten Moguntinam ut exoletam jam et Dillinganam ut recens natam die societet gar verschückht verhoffendt, die Ingolstadiana solle die dritt in der zall sein, wie wir dann glaublich khinnén darthuen, das sy Dillingä in iren auditoriis publice sagen und aussrueffen, das Ingolstadii eben sowol die irigen regirn und alles under irem regiment sei als wol als zu Dillingen; ja ytzundt einer der jesuiten Psaphon solliches im offenlichen truckh aussgehen lassen. Zu solcher lengeren digression, grossgünstige herrn und patronen, hatt unss rei indignitas et cavillatoria interrogatio jesuitica justissime abripirt, unde justis querelis humaniter ignosci petimus.

Ad 3. Alhie khönnen die herrn patronen abnemen und vermerckhen, das die guette herrn patres ex conscientia, das sy diss probjar den vorgemelten nutz und aufnemen der schuell mit irem pädagogio und cursum nit geschafft, auch juxta vulgatum versiculum „principium fervet, medium tepet, ultima frigent" etwan khunfftiger und khurtzer zeit noch mit irem pädagogisten und cursu professoribus khalter bestehen werden, wollten sy ihnen per modum privilegii cavirn lassen, das auch in casu non bene prästiti officii und ires übel beschechens khain andere seculare vel omnibus vel aliquibus sociis invita societate substituirt sollten oder khönten werden, das haist ja freilich nit allain dem academico magistratui die inspection genomen und in zigl griffen, sonder auch unsern gnädigen fürsten und

ıerrn sein fürstliche freye handt und disposition wöllen spörren, sed sicut ıoc illiberalissime interrogatum et petitum, ita cordate dabitur procul dubio ic responsum per omnes casus negativum.

Ad 4. Academici facile patiuntur, ut societas sui ordinis privilegiis ıic äque fruatur, dommodo eas immunitates non trahat et extensive interretetur in gravamen nostrum et diminutionem statutorum privilegiorumque cholasticorum.


Ad 5. Alhie wollen die herrn jesuiten andeutten, als hetten sye nit ovil libertet als andere seculares professores, sonder würden herter hierin ;ehalten, dann die seculares professores hetten libertatem recedendi, aber ıy wolle man, ut ad tempus certum manerent, adstringirn. Alhie ist :umerckhen, das es mit der secular professorn recess weit ein ander gelegenhait, dann mit den jesuitischen, dann die seculares professores a communiter accidentibus nit auf ein viertl oder halb jhar dienen und aufhören zulesen, müssen zu hoff ein halb jahr zuvor licentiam pro recessu impetrirn, werden andere substituirt, die legitime nati jurati nobis und ;raduirte personen seien, werden von hertzogen auffgenomen; aber mit den esuiten ist es alles anders geschaffen, wöllen injurati, zaigen khaine testiıonia natalium oder graduum legitime in schola publica recepta, werden om hertzogen weder geurlaubt noch auffgenomen, sonder wie die storchen volant et revolant, und wöllen einander sine präscitu academicorum doinorum patronorum ac etiam illustrissimi ad libitum substituiren; und ist en herrn patronen sonderlichen zuponderirn, das mit solchem einraumen ss cursus und lectionen dem jesuitico collegio irer fürstlichen durchlaucht l an dem jure universitatis begeben; dann hochgedachte ir fürstliche ıaden alle lectiones in majoribus et minoribus facultatibus zubesetzen bisr gehabt, und sein die lectiones yedem de manu principis zu hoff ver:hen worden, welches den regierenden fürsten nit ein gering jus gewesen; er vorthin werden die theologicä und philosophicä lectiones maisten ails nit mer vom hertzogen oder zu hoff verlichen, sonder durch die ıuiten per substitutionem ires gefallens besetzt, und ist solches besetzen r lectur semel per semper begeben und vergeben. Es hatt pater Peltas pro suo practicandi studio mit dem bischof zu Aichstet wöllen händl, das er das vicecancellariatum theologicä facultati und derselben decano o tempore eligendo semel et semper sollte verleichen, alsdan wer ein ecantzler zuwöllen nit mher ins bischoff handt und wilkhür, sonder in cultatis theologicä electione decanali gestanden, et quemcunque pro temre elegissent decanum, hunc pro vicecancellario obtrusissent episcopo. der die Aichstetischen sein dem Peltano zu gescheidt gewesen, haben sen braten geschmeckht und den practicanten mit seinem begern ohn schaffter sachen lassen abziechen.

Ad 6. Alhie wöllen die herrn patres abermaln darzu, das rector acamicus rex imaginarius sine populo und magistratus sine iurisdictione, c est, wie die alten proverbialiter gesagt, campana sine clipalo seie, in io interrogatorio setzen sy, quod velint agnoscere rectorem tanquam caput prästare obedientiam. Hie begeren sie, das rector in docentes et disntes ex societate der negligentien oder excess halben khain jurisdiction it, sonder sie selbs, und rector, der vor ir caput war, solle jezundt nur

brachium sein und ihnen die richtung oder hultt nachzethuen verbunden sein und an der letzt gar würde pes werden. Aber man müsse [illegible] inter excessus distinguirn; wann es excessus in possessione seu ordine jesuitico et inter suos domesticos ist, bleib es billichen bei irer sup[illegible] domestica disciplinatio; wann es aber negligentia in publice docendo [illegible] delictum publice in aliquem de universitate verbo vel facto commissum, [illegible] gehert es ad forum rectoris; und also ist es bissanher mit den jesu[illegible] usu practico observirt ohne ir der jesuiten widersprechen, allein [illegible] weil sy luffts genueg irem vermainen nach bekhomen, gerne allenthalben von dess rectors jurisdiction sich wollten ausshalfftern und rerum domin[illegible] werden; auch solche schantz, wan inen ire interrogatorische begern gestattet, wurde wol geratten. Alhie man auch den herrn patronen [illegible] nit khan unvermeldt lassen, das exempla vorhanden, das sich etwa [illegible] zanckhischer jesuit in unserm rhatt so unnutz gemacht, die andere [illegible] injurirt und, reverendo zumeldten, lug gestrafft, alda rector und [illegible] wider solche sein jurisdiction gebraucht und zur recantation gehalten [illegible] gar nit pro correctione deren herrn jesuitischen rectorem angelauffen [illegible] nachlauffen müessen, wie sy dan ytz die sachen gerne auff ain solche [illegible] richteten.

Ad 7. Den herrn jesuiten wöllen wir wie anderen präceptoribus [illegible] professoribus gegen und wider ire rebelles discipulos und auditorn [illegible] obrigkhait schutz und schirm halten, sed de excessibus notabilioribus [illegible] qui pädagogii causa correctionem excedentibus nos ut magistratus ipsi cognoscere volumus. Aber wan sy inen die cognitionem jurisdictionalem [illegible] definitionem wolten usurpirn, wolten wir ferner ire executores und [illegible] als nachrichter nit sein, dess underthenigs versechens, es werden die herrn patronen dem magistratui academico seine superioritet und de excessibus studiosorum cognoscendi et definiendi potestatem nit nhemen noch uns [illegible] zu der jesuiten apparitorn und mancipia nit machen.

Ad 8. Alhie wöllen die patres jesuiten den herrn patronen abermals, damit sy zum schull regiment völligclich khummen khönten, etwas abfragen, das auch ein principal stuckh in republica scholastica ist und billicher gehaldtet würdet, dann das schuell regiment bestehet auff zway stuckhen, erstlichen in institutione et gubernatione circa docentium et discentium studia, zum andern in disciplina morum et puniendis excessibus eorum, qui discendo docendove versantur in academiis. Die gubernationem studii philosophici und pädagogicam institutionem wöllen sie haben nit simpliciter, sonder, wie sie oben gesetzt, per omnia suis propriis legibus gubernirn. Hie wollen sie das ander stuckh auch haben, nemblichen jurisdictionem coercitivam. Sed allegabitur: sie fragen und begeren nuhr ein klaine speciem jurisdictionis coercitivä. Respondetur: Das sie eben eine solche coercitionem begern, quä est summa penes magistratum academicum, nemblichen und in effectu potestatem relegandi; dann da inen begeben, das ein pädagogist oder professor cursus seine auditores ad arbitrium ex classe durffe schaffen, isque consequenter, ut ipsi evincere volunt, ex oppido cedere cogatur, nihil aliud re ipsa est, quam singulis pädagogicis präceptoribus aut cursivis professoribus tribuere rel[illegible] re[illegible], ut ipsi hic loquuntur, confirmare jurisdictionalem relegandi pot[illegible] ; quam vero hec



sit inconveniens, in prioribus nostris responsionibus late deductum est, ad quod responsorium scriptum, ne repetendo molesti esse cogamur, nos referimus.

Ad 9. Pro officii nostri ratione et catholico in ordinem socialem affectu dominos jesuitas ut collegas nostros tuebimur et ut scholā membris patrocinabimur, nunquam autem ancillabimur, quod ipsi sub specie patrocinii nostri consilii ambire videntur, dum nos brachii loco habere et implorare velle supra sese declararunt, quā brachii imploratio sit dignioris a minus dignis, ut per ecclesiasticos a seculari magistratu. Darneben wöllen die academici dominos patronos gebetten haben, das ire magnif. und hrlkt dahin mit den herrn jesuiten gehandtlet und auch erhalten hetten khönen, das sy doch von unser universitet unsern forfarn und uns gegenwirtigen professorn und iren collegen nit so gar übel schimpflichen und spöttlichen nachgeredt hetten.

Ad 10. Häc interrogatio eique subnexa responsio ab ipsismet interrogatoribus conficta et afficta plena est ambitionis et intolerabilis academicis; primo enim quid ad dominos patronos nos nostramque rempublicam, quid generalis jesuiticus in nostro senatu constituendo vel approbet vel improbet; nos ex illius arbitrio consiliarios et assessores rectoris in senatu neque cooptabimus neque missionem neque vacationem daturi sumus; dum sui ex nostro grege esse cupiunt, vivant, quod justum est, legibus moribus et institutis in academia hactemus receptis. Belangendt die zall der jesuiten, so senatum universitatis frequentirn und darin votirn sollen, ist vorhin schon gestritten und ausstragen und verrezessirt worden, und ist wol zu erbarm, das man mit diesen leutten nichts khan entlichen ausstragen oder vertragen verbrieffen versiglen und also verrezessiren, das sie es nit wider refricirt und sich umzunagen understienden. Est vorm jhar hatt pater provincialis selbs sich erbotten und gebetten, man soll, damit beeden thailen zur rhue geholffen, limites zwischen uns steckhen, wölches dan super his ipsis articulis tunc controversis et ventilatis geschechen und in recess verleibt und mit fürstlichem secret bestettiget worden. Aber ja wol limites, es hülfft da weder zeun thül noch cham, isti cuniculi semper subrepunt. Belangendt dann die artisten facultet, das die jesuiten und curs professorn mit den andern secular und überigen professorn auf löwische art, wie in Aesopo „plus sudavi ceteris" geschriben, die aussthailung und anzall der herrn de facultate abermaln auff neues machen wellen, ist ihnen khains wegs zugestatten, dann es schon vorhin gestritten und zu gleicher anzall nit allain verabschidt und verrecessirt, sonder auch darumben durch ein sonderlich jünger rescriptum confirmirt worden. Derhalben man billichen disen puncten bey vorigen transactis et decisis bleiben liess und diese vorige neubellerische interrogationes mit neu postulationibus cordate abweisen solle.

Ad 11. In disem ailfften interrogatorio understehet sich pater provincialis unserer rectorali jurisdictioni und präeminentiā abermaln ein gute flugfedern zuentziechen, nemblich das rector khain assiduum assessorem an den jesuiten nit hette oder den er pro sua autoritate möchte personaliter et imperative vocirn, sonder müsse der gnaden wartten, wan und wölche ime der rector oder superior jesuiticus schickhte, und wöllen noch darzu,



wan sich ainer ihm rhat, wie oben mit exempeln angezaigt, unfletig helt, nit rector academicus, sonder rector jesuiticus macht hab zuamovirn, qui pöna amotionis a senatu est jurisdictionalis et ad cognitionem academicam et hodie et olim pertinuit. Wan aber sie disen potestatem, so hie begert, also in eil erhieltten, so wurde sich ein metamorphosis in schola nostra begeben, das rector jesuitarum in unser schuell magnificus und hergegen rector academicus parvificus gehaissen und sein wurde.

Ad 12. Alhie ist den herrn jesuiten wie den fuchsen in Aesopo, der mocht der biren nit, weil khaine wolt herab fallen, waren ihm zu saur, also auch sy, weil sie wissen, das vermög unserer löblichen statut khain religios zum rector eligibilis, item wol wissen, das man der khurtz verloffnen jarn von hoff bevelch bekhommen, das man die jesuiter in rhat zu weltlichen und gerichtbarlichen handtlen nit dürffe berueffen, auch zu cammersachen und raittung nit solle gebrauchen, derhalben sindt ihnen der rectorat besuechung dess rhats in secularibus negotiis und die pecuniaria negotia beschwerlich, begern darfür privilegirt zesein hoc fine, das, wann man ihnen solch privilegium gebe in scriptis, khöndten und wurden sy daraus mit der zeit docirn, das sy jus quäsitum hetten, und wollten darnach nach erfundtner uhrsach und fürgegebenen schein gloriä dei und favori pro se introducto renuncirn und also oblique rectorat tractationem negotiorum secularium und camersachen wider vorige decret und bevelch, auch unsere statut, invadirn wöllen, und darnach sagen würden, es sey jetz alia facies scholä, ja wol jetzundt schon mit unser etlichen dess rectorats halben ad partem tractirt und per coloratam distinctionem irem gebrauch nach unser statutum religiosorum exclusivum wöllen eludirn sagent, es seyen etlich under den irigen profess, etlich nit profess. Dann die herrn patronen gar nit sollen glauben, das ihnen den jesuiten dignitas rectoralis erlaidet oder sie ernstlich darfür wöllen gefreiet sein, dann zu Dillingen ihnen die pompa rectoralis also liebet, das ir rector academicus professione tamen jesuita in einer guldenen khappen branget und, wie wir glaublichen berichtet, ihme zway samete khüss under die khnie und arme lasset auff fürstlichen underpraiden. Item wie ihnen die raittungen camerund geltsachen erlaidet, hatt wol erschinen, do die jesuiten cameraria facultatis domini Zettelii raittung nit allain vleissig angehört und disputirt, sonder ettlich tag nach dem einkhomen gefragt und alles ausforschlen wöllen. Item hatt Peltanus Celator on lang nach der universitet camer rhaittung geförschlet und sich darin wie in all ander hendl zamischen mit etlichen der unsern daraus gerödt und practicirt, und ist seiner polypragmosynes diser zeit sein hüettle, das er senior theologus. Derhalben ist man nit allain woll zefriden, sondern wirdt nomine academicorum hochvleissigst begert, das man die herrn jesuiten vor dem rectorat rhatsbesuechung in secularibus und camersachen privilegire aber also, ut etiam, cum velint, non possint, und das diss ihr privilegium irrenunciabile seie, wir durch recess versichert und deshalben ruwig sein khönnen. Aber seyen doch dargegen dises fraindtlichen erbiettens gegen ihnen, das in rebus fidei et religionis, deren teglichen vil fürfallen, auch causis concernentibus statum scholä wir sy alls collegas gerne bey uns sitzendt haben und mit ihnen collegialiter regirn wöllen.

Ad 13. Hoc vel parum vel nihil ad eos pertinet, ideo hic utantur, per nos licet, suo arbitrio; indecentius tamen videtur, non confidere de patronis nostris et communibus totius scholä protectoribus, nisi forsan in hac lateat anguis in herba.

Ad 14. Häc examinis instituendi ratio jam ante ventilata quoque et decisa; stetur igitur decisioni; sed ea in re reverendus dominus präpositus noster hic scholä patronus noverit temperamento uti, ne häc res diffamet et exosam reddat scholam nostram, et in destinandis novitiis studiosis ad classes vel lectiones relinquatur etiam aliquis locus libertati scholasticä.

Ad 15. Hic hoc solum expendimus, dominos jesuitas ut novatores undecunque sibi metuere et fingere obstacula, ad quä removenda illustrissimum principem scripto sigillato obstrictum habere cuperent.

Ad 16. Hoc decretum ad jesuitas non pertinet nec amplius stante jesuitico pädagogio locum habere potest, quia olim, cum discipuli audirent tantum binas vel ad summum ternas horas professorem publice docentem, reliquis horis domi vacare poterant privatis lectionibus seu repetitionibus sui institutoris seu pädagogi; nunc vero adolescentes per jesuitas in pristino pädagogio ut in schola beanica seu triviali totos dies occupantur et, si quid reliqui exigui temporis intercedat, id tribuendum est ediscendis aut describendis iis, quä in pädagogio recitanda sunt vel dictata fuerunt, unde sequitur, privatos präceptores cum adolescentibus huc missos aut domi separatim docere aut eorum operam plane inutilem esse eosque privatos präceptores ut supervacuos otiososque dimitti, quod sane cuperent jesuitä, ut tota adolescentiä cohors ad et in ipsorum pädagogium quale quale confluere cogeretur. Und ist alhie zu wissen, das die herrn jesuiten anfangs alhie ein grossen zulauff von khnaben zu ihnen zu instituirn in ir cost und hauss übergeben gehabt, aber nachdeme sie dieselben ob malam tractationem et moratoriam infructuosamque institutionem zum maisten thail verloren, wolten sy ihnen neu durch ausspracticierung anderer pädagogen in ir pädagogium gezwungne auditores und discipulos machen und zusamen nötten, quare, si publici scholä boni ratio habenda est, sint sane alii etiam pädagogi viri probati et literati, qui ex präscripto parentum tutorum vel patronorum suos discipulos [*hierauf fehlen in der Handschrift etwa zwei Blätter, und es finden sich nur noch die Schlussworte:*] verhoffften und bisshero zum dickhermmal im werckh empfundenen patrocinio wir dan unss und die schuel underdienstliches vleiss thuen bevelchen. Datum Innglstat den 11 Junii ao 72.

E. M. und hlkt

underdienstwillige rector camerer und rath der hochenschuel daselbst.

Nr. 94.

(S. Bd. I, S. 256.)

Archiv d. Univ. T, Ende 1572.

Qui e societate consilio [...]aique academico adhibebuntur, iurabunt [*d. h. den neuen Eid*]. Nihil [...] juius habebunt commodis et bono statu



academiae et ad hunc finem omnia sua consilia et deliberationes referant. Nihil tamen in senatu ultro et sponte sua proponant, quod ad novam ordinationem vel reformationem pertineat, nisi prius rem cum rectore communicaverint. Quodsi probabiliter scire possunt, qua de re agendum sit, conferant cum theologis nostris, qui eidem consilio intererunt, ut, quoad eius fieri potest, inter se consentiant. In dicendis sententiis sint graves breves perspicui modesti. Aliorum sententias nunquam interrumpant nec confutent sine iusta causa; quodsi confutanda sit alterius sententia, id quam modestissime fiat; suam vero quisque suo loco, quantum rei necessitas postulabit, bene confirmet. Non pudeat interdum suam sententiam mutare, si intelligant, alios rectius sentire. Si viderint, se nihil melius adferre posse, quam illi attulerunt, qui ante dixerunt, paucis verbis illorum sententiam sibi probari honeste dicent. Reverenter et cum honoris significatione nominandi vel compellandi sunt academici. Rari et modesti sint interrogando, quod etiam rogando potius quam iubendo fieri debet. Non versent aut iactent corpus et manus hinc inde inciviliter. Non respondeant praepropere nimiumque secure aut resolute vel et arroganter nec utantur facile superlativis neque iactent, rem plane esse facilem vel impossibilem, sed sua proferant cum sancta quadam verecundia et humilitate. In colloquiis academicorum non se imprudenter effundant, ut externus aliquis merito dicere posset „Imperfectum tuum viderunt oculi mei.“ Nulli temere contradicant; quodsi quis tamen ex officio monendus esset, id fiat admodum submisse et molliter veluti rogando potius quam reprehendendo. Denique in rebus omnibus directe vel indirecte ad societatem vel ad eius personas pertinentibus meminerint, honorem et bonum societatis necnon amicitiae et gratiae academicorum esse praeferendam.

Nr. 95.

(S. Bd. I, S. 257.)

Archiv d. Univ. D, III, Nr. 7, f. 265 v.

Die 26 Jun. ao. 73. In causa et quaerelis per patres de societate propositis ad singula puncta fuit responsum in frequenti concilio per d. Nicolaum [*d. h.* Everhardum iuniorem] in commune; deinde singuli, qui fuerunt tacti, ex ordine responderunt ad illatas iniurias et convicia obiecta. praemissa protestatione et retorsione, ea omnia convicia et iniurias in senatum academicum generaliter et singulatim abunde profusas, videlicet appellando illos theologastros, Aristarchos, periuros etc., non posse verius aut convenientius de aliquo dici, quam de ipsis jesuitis.

Die ultima Junii ao. 73. Facta relatione in causa jesuitica eorum, de quibus pridie fuit per aliquos utrimque deputatos privatim tractatum pro compositione facienda, re diligentius examinata perpensa et tractata fuit conclusum, per dominum rectorem esse dicendum patribus, remedia ab ipsis proposita diligenter in senatu fuisse discussa, sed dominos non posse illa suscipere certis de causis; deinde illis esse mandandum, ut in quadrimestre magistrum Fridericum [*d. h.* Martini] in facultatem artisticam suscipiant.

ea tamen conditione, ut unam repraesentent personam, et quoad lucra ex promotionibus provenientia pro una tantum et quarta parte censenda esse et ipsi Friderico ac Engerdo communiter cedere debere. Sin autem nolint, ipsum in senatu praestito prius iuramento senatorio esse acceptandum adhibito aliquo actu solemni vel affixo mandato, quo publice significetur scholaribus, ipsum esse ascitum in facultatem artisticam.

Ultimo notarius deputatus et ablegatus ad m. Reynerum decanum philosophiae in haec verba dicat: Magnificum dominum rectorem et reliquos senatores academicos decrevisse, ut dominus decanus et reliqui facultatis artisticae professores magistrum Fridericum intra triduum proximum suscipiant in facultatem suam; quod si non fuerit factum, dominos senatores academicos usuros suo iure et authoritate.

Insinuato hoc decreto per reverendum patrem Torrensem, ad quem decanus omnia detulerat, habita aliquantisper deliberatione, fuit responsum hoc modo: se existimare, facultati artisticae hac ratione vim fieri; statuta enim dictae facultatis habere, ut si quis in eandem facultatem recipiendus sit, id non per senatores academicos, sed decanum et suos collegas fiat; sin autem domini de concilio velint omnino ac iubeant recipi illum Fridericum, se appellare in aulam ac rogare, ne quid interim innovetur aut fiat, donec responsum inde habeatur.

Die 6 Julii ao 73. Lectis litteris domini cancellarii ad instantiam jesuitarum huc missis fuit conclusum, rescribendum esse cancellario male informato, qualiter nos non fuerimus auctores harum rixarum, sed patres excludendo magistrum Fridericum a professione sua et facultate artistica non obstante decisione per patronos nuper facta et in scriptis relicta; non autem omnia esse proponenda, sed paucula attingenda, ne videamur actores, sed defensores legum et iurium universitatis, praesertim vero authoritatis et dignitatis illustrissimi nostri principis. Deinde publico aliquo actu esse significandum et insinuandum scholaribus, magistrum Fridericum in facultatem artisticam esse adscitum. Mandatum etiam est doctori Klenckio, ut apud episcopum Eystadiensem cancellarium universitatis nostrae efficiat, ut aliis etiam secularibus licentiam conferat promovendi magistros et baccalarios.

Die 1 Aug. Super relatione facta a domino Klenckio super causa universitatis et primum de societate fuit conclusum, primo esse magistrum Fridericum recipiendum in facultatem artisticam ex priori sententia hoc modo: nimirum convocandum esse collegium artisticum et duos ex senatu universitatis esse istuc mittendos cum notario, qui colligant vota; et si domini camerarius et magister Engerdus suis votis eligant Fridericum, solum Vizanum non posse tunc impedire, atque ita necessario illum recipiendum. Tunc eos duos patres professores per scriptum sigillo universitatis munitum esse ex senatu et collegio philosophico eiiciendos et repetendum ab iis sigillum et librum statutorum. Deinde esse conquerendum apud utrumque reverendissimum Eystadiensem et Augustanum super promotione nuper Dillingae, illegitime tamen, facta et ut praecaveant, ne huiusmodi in posterum fiant. Ultimo fuit conclusum, decano philosophiae per notarium esse mandandum, ut crastina die vel perendie collegas suos collegialiter convocet ad audiendum petitionem magistri Friderici pro assumendo eo in facultatem. Quod si non fuerit factum, dominos de universitate

usuros suo iure et authoritate. Ad quod die 2 Augusti respondit decanus, se et reliquos suos collegas libenter cras conventuros et audituros petitionem dicti magistri Friderici facturosque, quod pluralitate votorum, quae libera esse debeant, fuerit conclusum; si autem domini de universitate velint eos cogere, se nihil facturos. Die 3 Aug. Collegio philosophico congregato et audita petitione magistri Friderici fuit illi, prout retulit, per decanum responsum, se libenter satisfacturos petitioni ipsius, esse tamen gravissimas causas, quae impediant, quominus hodie fieri possit; rogare illum se, ut per biduum tantum exspectet, se enim tunc accepturum responsum, quod fortasse superaturum sit suam exspectationem.

Die 5 Aug. Lecta scheda praetensae appellationis jesuitarum fuit conclusum, quia appellatio illa careat materia et forma, ideo illam non esse curandam, sed providendum hoc modo: nimirum ut excludantur a senatu universitatis et collegio philosophico, et in locum ipsorum substituantur dominus Zettelius tanquam decanus, cui adiungantur magister Engerdus, magister Fridericus, qui in posterum omnia negotia philosophicae facultatis tractent et peragent curabuntque, ut primo quoque tempore habeatur promovendus atque ita actus publicus celebretur, quo nova facultas confirmetur; neque vocentur etiam in posterum isti duo contumaces ad concilia; repetenda et ab iis esse sigillum et librum facultatis, et si recusent tradere sigillum, conficiatur aliud. Differendam autem adhuc esse publicam huius exclusionis affixionem ad aliquot dies.

11 Aug. Super relatione facta a patre Torrense fuit conclusum, ea omnia, praesertim quae nova sunt, esse perscribenda domino doctori Nicolao, et eo diligentius ipsi rem hanc committendam.

Nr. 96.

(S. Bd. I, S. 325.)

Staats-Biblioth. Cod. Bavar. 3018, f. 31 r.

Ordo lectionum et catalogus collegii philosophici professorum,

unde auditores philosophiae artium et humanitatis liquido intelligant, quid sibi de studiorum suorum profectu deinceps quoque polliceri debeant.

Ut autem continua horarum serie et ordine servato hanc rem expediamus, iam olim hora 6. matutina sub ortum solis aestivum, 7. autem sub hybernum magistro Wolfgango Zettelio tributa est, quo ethica et politica iis, qui summos in philosophia gradus appetunt, profiteretur; id quod diligentia, qua potuit in tanta aetatis declinatione et aliarum rerum distractione, ita hucusque praestitit, ut pro vice ea in parte nihil innovandum duximus, offert enim dictus dominus Zettelius deinceps quoque, quantum ferunt vires et occupationes sinunt, in peragenda lectione suam operam et studium suum paratum.

Hora quoque 7. matutina Laurentius Sifanus u. i. doctor graecae linguae maxime peritus eiusque professor eximius lectiones suas ita tem-

perare et adornare solet, ut nunc classicos in ea arte authores, nunc grammatica praecepta alternis vicibus instillet rectissime.

Eadem quoque hora 7. antemeridiana compendium dialecticae pro iis fere praelegetur, qui, cum ad altiorum studiorum fastigia properant, instrumentum hoc disserendi de qualibet re, quantum fieri potest, cum amplioribus, quibus dediti sunt, percipera satagunt, ut sic rationandi definiendi et dividendi via percepta et sophistarum laqueos evitare et hoc veluti Thesei filo ducti oculatius certiusque in materiis gravissimis versari queant; huic lectioni cum laude praeest ornatissimus vir magister Fridericus Martini.

Hora antemeridiana 8. aestiva, 9. autem hyberna, maxime hucusque iuvenibus, qui in paedagogio et sub disciplina vixerunt, destinatae fuerunt, quo etiam tempore pro teneriore iuventute Ciceronis familiares epistolae et officia eiusdem authoris cum libellis annexis explicabit magister Wolfgangûs Scherelius, qui operam dabit, ut captui tenero se applicando et sermonis puritate et morum suavitate aetatem illam imbuat gnaviter, qui cum adhuc absit, interim, ne dicta lectio ferietur, ornatissimus vir magister Sebastianus Knab vices eius geret.

Hi autem, qui adultiores sunt, ne tempore musis maxime dicato suo ipsi fraudentur profectu, ob id versatiores iam in philosophia et summa corona exornandi, difficiliores illos libros Aristotelis physicos, de generatione et corruptione, de anima et metaphysicorum maximo suo fructu eadem hora audituri sunt publice a reverendo domino Alberto Hungero sacrae theologiae doctore, qui sacra profitendo dudum bonorum omnium iudicio doctrinae et integritatis ergo applausum summum promeruit, qui etiam, quo pollet in necessitate iuvandi studio, vicariam interim operam, quousque alius idoneus conquiratur, rogatus praestare non recusabit.

Probe ille dixit, omne tempus perire, quod studio non impenditur. Sumpto igitur prandio et corpore cibo recreato intermissa denuo capessenda sunt studia, quare solatium et exercitium musicae ab hora 11. ad 12. postquam fuerit captatum aut alia honesta recreatio adhibita, dicta iam 12. organum Aristotelis de tota disserendi ratione conscriptum ex huius artis facile principe et coryphaeo Aristotele enarrabitur a doctissimo viro magistro Thoma Klaiberio, qui cum et linguarum peritia styli elegantia et mentis iudicio valeat, nonnisi cum laude, ut omnes speramus, suas docendo publice partes exequetur.

Hora 1. maxime pro iis, qui ad gradus philosophicos adspirant, mathemata ex huius artis luminibus, prout antea summa cum laude factitavit, deinceps quoque docebit gravissimus et in omni genere doctrinarum versatissimus vir dominus Joannes Londus Poscius med. doctor atque professor meritissimus, qui, prout perfectam huius artis doctrinam longo usu partam tenet, sic, abstrusiora quae sunt, instrumentis et oculari demonstratione auditoribus patefacere solet fidelissime.

Dicta quoque iam hora 1. Joannes Engerdus phil. magister et poeta laureatus optimos atque praecipuos poetas latinos ita solet explicare, ut ea in parte munus suum non obeat nisi dexterrime et rectissime; hic etiam tempore lectionis suae prosodiam, diligentia qua potest, non gravate pro iis, qui carmen et versum componere discunt, explicabit publice.

Hora 2. orator veluti Mercurius quidam communis omnibus scientiis accommodatus profitebitur seque utilem praebebit omnibus. Talis autem, qui perpetuo hic subsistat, licet copia nondum habeatur, tamen ad tempus, quousque idoneus conquiratur, studium et operam suam rogatus obtulit clarissimus vir Michael Ranchinus utriusque iuris doctor, qui prout dicendo valet nec non legalium materiarum, quae in Ciceronis monumentis passim visuntur, peritissimus est, ita vicaria eius opera praeterquam auditoribus fructuosa non poterit non etiam esse gratissima, utpote quem non solum philosophiae studiis initiati verum etiam iuris et medicinae scholares ingenti cum fructu, quem inde reportabunt, audituri sunt publice; is autem recta post Lucae profitebitur partitiones Ciceronis.

Ut autem novitiis et tyronibus doctrinae physicae ad maiora evadendi via non sit praeclusa, ob id hora 3. pomeridiana libros de auscultatione physica, de meteoris etc. tanquam ingenio et captui illorum accommodatos profitebitur ornatissimus vir magister Fridericus Martini, qui, prout in compendio dialectices factitare solet, sic in physicis explicandis suam docendo fidem et operam auditoribus testatissimam facturus est.

Eadem quoque hora pro iis, qui latine loqui discunt et nulla disciplina privata propter inopiam utuntur, grammaticam Lorichii praelecturus est doctissimus vir Wolfgangus Scherelius, qui etiam requirente necessitate declinandi et coniugandi quoque exercitium adhibebit quandoque.

Hic catalogus lectionum et professorum collegii philosophici academiae nostrae ut omnibus insinuaretur, ob id publice huc affigendum et sigillo academico muniendum duximus, id quod nos rector camerarius et senatus academiae omnibus testatum facere voluimus.

Actum Ingolstadii 2. die octobris anno 1573.

Nr. 97.

(S. Bd. I, S. 304.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 3, f. 41 v. u. 42 r.

R. dns. [*d. h.* Reverendus dominus] Rudolphus Clenckius ter in hebdomade profitetur:

In Scriptura:

Primum Quadriennium.

Ann. 75. Psalmi per annum quantum licet.
76. Epistola ad Hebraeos, ad Pascha.
Epistola Jacobi, ad ferias.
77. Esaias per annum quantum licet.
78. Evangelium secundum Lucam et si tempus supererit aliqu
Epistola Joannis.

Secundum Quadriennium.

79. Genesis per annum.
80. Epistola prima ad Corinthios, ad Pascha.

Ann. 80. Epistola secunda ad Thessalonicenses.
81. Job per annum.
82. Evangelium secundum Joannem.

Sequentibus annis vel eadem vel alia assumi possunt, ad eandem ıen formam.

rsus theologicus quadriennio absolvendus b. Thomae Summam praelegendo er professores tres distributus, hoc anno 75 in Januario inchoandus, reliquis vero annis ad S. Lucam:

Γ. D. [*d. h.* Reverendus pater dominus] Hieronymus Torrensis ter in hebdomada profitetur:

Ann. 75. 2.2. [*d. h.* Secunda Secundae] a q. [*d. h.* a quaestione] 4 ad 62, ad Maium.
2.2. ad q. 80, ad ferias.
76. 2.2. a q. 80 ad 92, ad Nativitatem.
2.2. ad q. 102, ad Pascha.
2.2. ad q. 123, ad ferias.
77. 2.2. a 123 ad 141, ad Nativitatem.
2.2. ad 146, ad Maium.
2.2. ad 157, ad ferias.
78. 2.2. a 157 ad q. 166, ad Nativitatem.
2.2. ad 176, ad Maium.
2.2. ad finem usque, ad ferias.

Deinde anno insequenti inchoabit Tertiam partem a principio.

R. dns Albertus Hungorus quater in hebdomade profitetur:

Ann. 75. 1.2. [*d. h.* Prima Secundae] a q. 112 ad finem usque, ad Pascha.
1 p. [*d. h.* Prima pars] a principio ad q. 22, ad ferias.
76. 1 p. a q. 22 ad 30, ad Nativitatem.
1 p. a q. 30 ad 50, ad Junium.
1 p. a q. 50 ad 52, ad ferias.
77. 1 p. a q. 52 ad 65, ad Nativitatem.
1 p. a q. 65 ad finem usque multis in compendium redactis, ad Pascha.
3 p. [*d. h.* Tertia pars] a principio ad q. 60 multis in compendium redactis, ad ferias.
78. 3 p. a q. 60 ad 66, ad Nativitatem.
3 p. a q. 66 ad 72, ad Maium.
3 p. a q. 72 ad 80, ad ferias.

Deinde duos adhuc annos perget in 3 p. et Primam Secundae inoabit postea.

R. P. D. Julius Priscianensis quinquies in hebdomade profitetur:

Ann. 75. 3 p. a q. 79 ad 84, ad Maium.
3 p. a q. 84 ad 90 et ad 16 Addition., ad ferias.
76. 3 p. a q. 16 Addit. ad 34, ad Nativitatem.

3 p. a q. 34 ad 41, ad Martium.
3 p. a q. 41 ad 69, ad Junium.
3 p. a q. 69 ad finem, ad ferias.
77. 1.2. a q. prima ad 10, ad Nativitatem.
1.2. a q. 10 ad q. 71, ad Pascha, multis per compendium tractatis.
1.2. a q. 71 ad 90, ad Junium.
1.2. a q. 90 ad 109, ad ferias.
78. 1.2. a q. 109 ad finem, ad Nativitatem.
2.2. a q. 1 ad 17, ad Junium.
2.2. a q. 17 ad 40, ad ferias.

Deinde duos annos consumet in 2.2 et duos in Prima parte.

Ex hoc theologico cursu ut possint prodire praestantes et solidi auditores et ipsi aliquando futuri professores, necesse est, eos in philosophia esse bene instructos et exercitatos; qui enim ea tantum tincti sunt, etres scholastici professores, qui unanimi consensu cursum distribuerunt, vix aliquando excellentes ac celebres futuros affirmant.

Cursum hunc et singuli professores theologi et domini consiliarii atque academiae patroni probarunt, probatumque collegio theologico serenissimi principis Alberti voluntate servandum atque in praxim deducendum tradiderunt die [*eine kleine Lücke*] Martii Anno MDLXXV in aedibus magistri ac reverendi domini Martini Eisengrenii academiae procancellarii.

In collegio porro statutum est, ut singulis angariis vel ad minus sexto quoque mense in cuiusque decanatu collegialiter praelecti cursus ratio exigatur, et quam maxime ad praescriptum cursum lectiones quotidianae conformentur.

Nr. 98.

(S. Bd. I, S. 259. 287.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 32 (Reichs-Archiv, Jesuitica, Ingolst. Fasc. 73, Nr. 1373, f. 23).

Zuwissen, als der durchleuchtig hochgeborn fürst und herr, herr Albrecht pfaltzgrave bey Rhein herzog im Obern und Nidern Bayrn etc. ettliche seiner fstl. gn. fürneme räth zuer inspection und visitation irer fstl. gn. hochen schuel zue Ingolstatt verordnet, haben dieselben aus bevelch und von wegen irer fstl. gn. herrn rector camerer und rath volgende puncten, daran bemelter universitet gemain ufnemmen und wolfart nit wenig gelegen, fürgehallten und hinder sich gelassen mit angehenckhtem bevelch, dass denen also würckhlich nachgangen und gelebt werde.

Und anfangs wissen die von der hochen schuel selbs, was ein zeither mit anstellung der philosophischen studien fürgangen und wie im selben hochermeltem unserm gnedigen fürsten und herrn nit ungmaint gwest, die sachen mit der hochenschuel raht und guetachten in solche weeg zuerichten, damit wie etwa vor der zeit dieselben angestellt und versechen werden. weil aber so wol ire fstl. gn. als die von der hochen schuel selbs im werckh und augenschein erfaren, das es sich bey versteenden zeitten aus

merlay ungelegenhait auf die alte academische mainung allein nit wellen richten lassen, haben ire fstl. gn. die vätter von der geselschafft Jhesu genedigclich dahin vermöcht, dass sich die des ganzen cursus philosophici und anders mehr widerumb demüetig und bestendigclich underfangen, und seind hierüber ire fstl. gn. mit ir der societet allerdings verglichen, wie es forthin mit dem cursu und studiis philosophiä, auch ettlichen andern notwendigen puncten bey hieiger universitet gehallten werden solle, in massen volgender vergriff, darnach sich die von der universitet zuerichten haben, verrner von wort zue wort innhelt:

Quandoquidem constat de mente ac voluntate serenissimi ducis, nimirum quod velit suo celsitudo, patres de societate Jhesu esse Ingolstadii atque ibi in pleno suo collegio ad honorem et augmentum catholicae academiae et ad christianae pietatis ritus et disciplinam sua omnia quanto possunt studio conferre, aequum admodum censetur, ut ii suo etiam loco et instituto religioso tranquille perfrui possint, ideoque serenissimus dux de tali collegio illis providebit, in quo iis rebus operam dare commode queant. Nec tamen animus est suae celsitudinis, ut patrum illud collegium a corpore universitatis sit separatum aut divisum, sed potius honorata eius pars et utile membrum. Et propterea lectiones suas theologicas eo plane modo ordine et cursu, qui in hunc usque diem ab ipsis observatus est, posthac etiam retinebunt, illorumque professores theologi in senatu et facultate erunt ea ratione, uti postea de philosophicis illorum professoribus uberius dicetur, nimirum id iurati tantummodo, quod iam ante in societatis gratiam mitigatum est, cursum autem theologicum cum alio tertio seculari concurrente eo modo, quem superiori anno instituerunt, prosequentur. Quantum vero ad philosophiam spectat, ad cuius lectiones operam quoque suam obtulit serenissimo duci requisita societas, quia perspectum est suae celsitudini non solum ad studiorum, sed etiam instituti sui conservationem plurimum referre, ut patres integrum habeant cursum philosophicum eumque suo plane modo et in suo collegio doceant, benigne hoc illis committitur, ita tamen ut omnes philosophiae studiosi, maxime qui ad illius facultatis gradus aspirant, illas lectiones audire possint; et talis quidem cursus in triennii spatio, sicut alibi etiam fieri consuevit, semper absolvetur.

Neque tamen hic impediuntur academici, si viderint e re atque dignitate universitatis id futurum, quin et ipsi lectiones philosophicas in veteri collegio instituant atque ita cum patribus concurrant; et quoniam certa est serenissimi ducis voluntas, ut tam philosophica quam alia omnia studia in hac universitate maxime floreant, necessarium plane erit, ut praelectiones illae philosophicae, quae forsan utrinque instituentur, vel pares omnino sint vel certe non absimiles, utpote ipsi Aristotelici libri secundum statuta academiae. Nam ut ex societatis parte nonnisi ad integri cursus completionem, ex academicorum vero concurrentia ad compendiorum tantum perceptionem indifferenter magistri creentur, ingens hoc excitaret et damnum et scandalum, distractis nimirum hinc inde auditoribus multorumque studiis ad suaviorem potius quam utilem modum compositis; nemo itaque ad magisterii gradum admittetur publice vel privatim, nisi vel apud academicos vel apud patres cursum philosophicum integri triennii spatio secundum ipsa universitatis statuta et modum societatis compleverit, et si hic evenire

contingat apud academicos, quod honori universitatis derogare et iuventutem a recta ac necessaria studiorum ratione abducere videatur, de eo si admoneatur serenissimus dux, non solum non ingratum id erit, sed fructum quoque non incommodum adferet; liberrimam etenim sibi reservat facultatem sua celsitudo, si quid hoc loco ab academicis instituatur, quod ferendum non videatur, id pro authoritate sua in melius instituere et emendare. Baccalaureos tamen formare poterunt utrique, quos volunt ac quando visum fuerit, modo hac in re contra honorem et consuetudinem scholae nihil committatur; nec tamen prohibentur etiam compendia sive logicae sive physicae pro iis, qui vel ad cursum paratiores accedere cupiunt vel magisterii gradum suscepturi non sunt.

Quodsi aliquando accidat, ut auditores ex iustis rationibus cursus societatis deserere volent et ad academicorum lectiones transire aut vicissim ex academicorum praelectionibus ad societatis cursum commigrare, licitum hoc illis semper erit, ne tamen hic temere vel insolenter quidpiam instituatur, utrinque omnia agentur ex iudicio et consensu praeceptorum, a quibus receditur, atque in hoc magistratus academicus diligentem operam dabit, ne professores utrinque constituti auditores invicem abstrahant, sed omnia agantur pacifice et tranquille. Et si utrobique legatur cursus philosophicus, tum eo casu et non aliter licebit etiam societati in suo collegio cetera, quae ad artium et linguarum studia pertinent, profiteri. Oratoriam vero lectionem etiam in publico universitatis collegio, quando illis visum fuerit, instituere poterunt quovis tempore; tumque liberum erit studiosis, quos velint, sive academicos sive patres, audire, modo debitum compleant tempus et, si res ad publica examina devenerit, eius rei testimonia adferant.

Quodsi reperiantur inter auditores, qui plane incorrigibiles et mali videantur, eiici poterunt ex lectionibus, sique nullam prorsus faciant emendationem, ab aliis etiam professoribus admitti aut recipi non debent, nisi id fiat bona pace et venia praeceptorum, a quibus exiverunt; si vero, qui hoc modo vel a patribus vel ab academicis exclusi fuerint, apud alterutros rectius officium fecerint et sese emendare videantur, ferri poterunt. Et si in tali aliquo casu iudicia professorum non conveniant, magistratus academicus partes suas interponet.

Et quamvis concessum est societati, philosophicas lectiones in suo collegio instituere, habebunt tamen alios omnes publicos actus disputationes promotiones et quidquid est simile in collegio veteri academico locis solitis atque aliorum etiam disputationes et exercitia frequentabunt et cohonestabunt; sed et iis, quae circa theologicarum et philosophicarum praelectionum initia hucusque fieri consueverunt, sicuti aliis etiam laudabilibus academiae huius consuetudinibus sese conformes reddent.

Quodsi contingat, in iis lectionibus, quae in societatis collegio instituentur, aliquid desiderari, poterunt ordinarii magistratus academici de eo rectorem societatis admonere et, si non satisfaciat, rem ad serenissimum ducem referre aut patronos academiae.

Ad examina quoque promovendorum sicuti in theologica facultate ac etiam in artistica patres de societate professores suos mittent, qui etiam secundum iuramentum, quod superioribus annis limitatum est (aliud enim nullum iuramentum serenissimus princeps a societatis hominibus exigit), [illegible]

senatu et facultate philosophica erunt omnes, non tamen mittent ad senatum academicum plures quam unum philosophum. Sed in examinibus tam privatis quam publicis et numero et votis academicis pares esse debent, hoc nimirum modo, ut ex academicis, licet plures fuerint, tres tantum totidemque ex societate de admittendis locandisque promovendis sententias ferant, et si votis discordabunt sic, ut decanus facultatis rem componere nequeat, sorte controversia dirimatur; atque ita ad promotionum disputationumque publicarum honores et officia societatis professores aeque sicut academici accedent; ea tamen, quae a promovendis ad examinatores et promotores redeunt lucra, patres de societate academicis libenter et amice relinquunt, qui deinde suo inter se distribuent modo. Eae quoque duae lectiones, quas ethicus et mathematicus profitentur, inter eas omnino erunt, quas philosophiae candidati audivisse teneantur unamquamque per integrum annum, quamdiu patres easdem lectiones suo more non legerint; tum enim liberum erit studiosis sive hos sive illos audire, sicuti de cursu intellectum est.

Et quoniam paedagogii, quod superioribus annis instituerant patres, magnus fuit usus, tale iterum aperient suoque gubernabunt modo, in quo si quid emergat, quod admonitione indigere videatur, idem licebit academicis, quod supra dictum est de cursu philosophico. In ceteris autem negotiis academicis, quae vel ad Georgiani collegii curam spectant vel ad pecuniarum tractationem pertinent, societas libera erit et immunis. Alia porro in academia ex statutis eorumque reformationibus et mandatis ducalibus, quae plurima hucusque data sunt, salvo societatis instituto eiusque tradendorum studiorum more, de quo supra dictum est, sic instituentur et tractabuntur, ut academia florere et crescere maxime possit.

Praeterea in eam curam incumbent omnes tam patres de societate Jhesu quam academici, ut iuventus scholastica ex nimia ista libertate, quae magno cum periculo diu iam invaluit in hac universitate, non pereat, moresque et vita ad eam honestatis atque tranquillitatis normam componantur, quam praescribunt statuta academica eorumque reformationes et tot mandata recentia, quae omnia in pleno senatu denuo perlegi et maiori, quam hucusque factum videtur, diligentia observari cupit serenissimus dux, siquidem perspectum habet sua celsitudo, inter ea, quae celebritatem academiae huius imminuere per aliquot annos visa sunt, non postremum esse licentiam illam et dissolutos iuventutis mores, unde nimirum multi boni viri adducti sunt, ne filios aut sibi commissos huc facile ablegarent.

Pietatis quoque maxima instituatur cura sic, ut non solum ii, qui vel ex stipendiorum ratione ac parentum maiorumque voluntate theologicis studiis dediti sunt vel in utroque et Albertino novo et veteri Georgiano collegio quovis modo habitant, sinceram prae se ferant catholicae religionis observantiam iis omnibus in rebus, quae ad propriam ipsorum salutem christianaeque pietatis aedificationem pertinent, ita quidem, ut sacrum quotidie audiant et ad minimum quater in anno extra Pascha peccata sua catholice profiteantur, sed ut alii etiam studiosi, praesertim ii, qui philosophicis gradibus operam addicunt aut privatis etiam praeceptoribus commendati sunt, tales sese omnino praebeant, qui catholicam religionem constanter colere nullumque prorsus scandalum exhibere videantur.

Ceterum ad frangendam pervicacium insolentiam, si qui mores tam [illegible] induant, non incommodum erit remedium, ut tales a promotionibus suspendantur, donec ad meliorem redierint mentem et sese comprobaverint praeceptoribus. Atque penes haec omnia sic animadvertet reverendus dominus vicecancellarius, ut excitentur ad eorum observationem omnes, et si qui importunius resistant aut, quod sui muneris est, tepidius exequantur, eos authoritate sua coerceat adque officium compellat, et in admittendis praesertim ad licentiam petendorum graduum candidatis philosophicis minime se praebebit facilem, ne obveniant honores, qui doctrinae atque virtuti debentur, indignis et insulsis hominibus sicque Ingolstadienses promotiones magis abeant in contemptum.

Et haec fere sunt, quae patres de societate in publicis illis academiae causis tangunt, quorum quidem curam quod tam alacriter susceperint pergratum id est serenissimo duci.

Weil nun diss obvermelts alles gleichsam ain algemaine reformation der philosophischen facultet und der hohen schuel in mehr weg zum besten wol gemeint und angesechen worden, so ist irer fstl. dchlcht entliche und ernstliche manung will und bevelch, dass solches allerseits vleissig angestellt und volzogen, auch von der universitet, dann auch sonderlich von irer fstl. gn. wegen durch herrn vicecanzler doctor Eysengrein mit allem ernst würckhlich darob gehalten, daneben werden rector und rathe auch ermelter herr vicecanzler den vleis zuethuen und zuverhieten wissen, damit sich von altem hingelegtem gezenckh weitter nicht mehr einreisse, sonder bestendiger guetter fride und ainigkhait erhalten und also der hochen schuel ehr und aufnemmen wie billich allem andern fürgezogen werde.

Was nun zue deme allem dienstlich und nothwendig seye, das haben sich die von der universitet aus alten und neuen statuten reformationen und bevelchen dermassen zuerinnern, dass von unnötten geacht wirdet, von selben alhie viel anzuregen. Die professores aller faculteten wissen selbs, das an irem vleissigen und empssigen lesen, auch den öfftern disputationen examinen inspectionen und dergleichen merckhlich gelegen, und demnach sich dahin zuweisen, das irenthalben nit mangl erscheine oder die jugendt lösslich versaumbt und verhindert werde. Hierzue wirdt nun erspriesslich sein, das aller unfleis und versaumbnus bey den lectionen, seye von verraisens, darumben sy nit fürstlichen bevelch aufzuelegen haben, oder anderer ursachen wegen, die sich nit erheblich aussreden und vertaidigen lassen, nach gelegenheit der salarien ernstlich und unnachlässlich abgezogen; und solle nemblich der universitet chamerer bey seinem aydt und pflichten hiemit eingebunden sein, fürohin ainichen solde nit auszuezalen, es haben dann die professores iren schuldigen vleiss beym herrn vicecanzler dargethon und dessen von ime urkhundt empfangen; sonderlich sollen die professores ohne verwissen und verwilligen des herrn vicecanzlers in khainen weeg von der universitet aussraisen. Und zue handthabung dessen alles mag er der herr vicecanzler ainweders wie ein zeit her den consuetum behallten oder den jezt angestellten weeg mit ir der professorn selbs anzaigen loco iuramenti, oder aber auch die beyde gebrauchen. Dann die abgestrafften neglecta, so den professorn antweders von gebrauchten unfleis oder aber unerlaubten und unverantwurtlichen aussraisens wegen

an iren salarien aufgehebt werden, mag er herr vicecanzler under die andern vleissigen professores verthaillen lassen.

Nach dem vleissigen und ordenlichen lesen ist der fürnembst weg zue der hochenschuel aufnemen, das gleichmessige guette pollicey und ordnung beim disciplin- und costgellt angestellt, auch sonsten im wandl und leben der scholaren guette zucht erhallten werde; und wass diese bayde puncten belangt, solle den herrn von der universitet hiemit unverhallten sein, dass mehr hochernanter unser gnediger fürst und herr das polderisch unzichtig wesen, schlagen und schreyen auf der gassen, item der scholaren unnötttig verschwenden, also auch das unziemblich gross übernemen mit disciplin- und chosstgellt forthin khaines weegs. Da nun im selben senatus academicus das thut anstelt und erhelt, was sich den statuten und jeziger zeit glegenhait nach gebürt, wie man dann bericht ist, das derwegen ein sonder mandat von neuem begriffen seye, also das die gassenpolderer unruebigen scholaren mit ernst gestrafft, auch die tüsch und costgellt leidenlich bestimbt werden, dass würdet iren fstl. gn. zue genedigem wolgefallen geraichen; da aber bey deme allem anderer ernst und vleiss alss bissher nit gebraucht, würden ire fstl. gn. selbs die mittl und wege für hand zuenemen bevelchen und verordnen, damit von desswegen die universitet, wie untzher nit wenig erfaren ist, mit nichten geschichen oder verkhlainert werden solle. Und wass sonderlich das übermessig unnöttig gellt verthuen belangt, solle der burgerschafft verkhindt und angezaigt werden, was sy fürohin ohne erlaubnuss und vorwissen derjenigen, dardurch die scholaren versprochen und in acht gehallten werden, über 10 fl. hinaus porgen, es seye umb essen trinckhen oder wahren, das man nit allein ainiche bezalung darauf nit schaffen, sonder auch bey den scholaren solch gellt in verpott legen und anderstwohin verwenden, also der burger dass gellt zue straff verlieren werde, desshalben dann die fürsechung beschechen soll, das alle und jede scholaren, so nit under aignen präceptorn leben, von und aus deren faculteten, darin sy zu studiren gedenckhen, doctoren und professoren ire versprecher haben, dabey irenthalben, wa sich mangl oder ungebür erzaigen wolte, umb beschaid khinde angesuecht und hiedurch sowol burger als studenten vor schaden verhüet, auch den eltern und obern von der jugendt wol oder übel halten yeder zeit guetter bericht gethan werden. Desshalben solle auch der rector khainen scholaren von neuem einschreiben, er bringe dann dergleichen versprüch oder beystandt mit ime, dessen namen alsdann bey den eingeschribnen scholaren auch vermeldt werden solle. Und ob es auch wol mit solchem versprechen die mainung nit hat, das darumben die doctores und professores in gefar einer pürgschafft oder bezalens für die, so sy gehörter massen in verspruch und acht haben, steen sollen, so würdet doch umb dass jenig, wass also mit irem vorwissen und zuer notturfft verbitten und dargeben worden, den gläubigern desto genaigter und billicher verholffen, damit sy des irigen habhafft werden. Gleichfalls würdet der universität notturfft und ruehmlich sein, das sy verordnung thue, das ire mitglider und zugetanen die privati präceptores und magistri ire khnaben mit der disciplin auch nit übernemen, sonder vorigem gebrauch und herkhomen auch jüngst gemachter tax nach leidenlich und gebürlich hallten, dann jezt fürkhompt, das

umb die plosse disciplin ire etliche biss in 20 fl. vordern und annemmen, dardurch maniger vom studio gar abgehallten und die universitet geschichen wirdet.

Beschlieslich nachdeme den 20 Oct. dess abgeloffnen 70 jars herrn brobst Eysengrein als der universitet vicecanzler die inspection und authoritet in schuelsachen gnedigclich vertrautt und auferladen worden lautt eines bevelchs an rector camerer und räthe der hochschuel an obvermeltem dato aussgangen, welches bevelchs ausszug, sovil diesen puncten belangt, also lautt:

Von gottes genaden Albrecht herzog in Obern und Nidern Bayrn etc. den würdigen ersamen und hochgelerten unsern lieben getreuen rector camerer und rathe unser hochenschuel zue Ingolstatt unsern günstlichen grues zuvor. Alss wir in zeit unserer landtsfürstlichen regierung die wolfart und erhöchung unserer hochenschuel zue Ingolstatt als eines treffenlichen clainots unserer fürstenthumb und landen mehrmals mit allem vleiss und ernst berahtschlagen lassen, haben wir alwegen befunden ein notturfft sein, diss orts einen ansechlichen mann zuhaben, der ime unser universitet sachen angelegen sein lasse und auf welchen andere ir aufsechen hetten, welliches auch darzue dienstlich, weil unsere räthe, denen die schuelhandlung bevolchen, anderer unser gescheftt halben wenig khinden bei euch sein, damit entzwischen an notwendigem zuesechen nit manglet, sodann der würdig in gott und hochgelert unser rathe und lieber getrener Martin Eisengrein der heiligen schrifft licentiat brobste unsers stiffts Oettingen ohne das unser hochenschuel vicecanzler, so ist von unsernt wegen mit ime gehandlt, das er sich bewilligt, die inspection derselben auch zutragen, die wir ime dann hiemit eingeantwurtt haben wellen, und ist unser ernstlich bevelch, dass ime nit anderst alss uns gehorsamb gelaist werde, wie er dann unser person bey euch vertretten und desshalben in rahts und andern versamlungen seinen gepürlichen plaz, nemblich die nächste stell nach dem rector haben soll; was sich nun fürther bey euch handlungen zuetragen, die unser und unserer räthe einsechens bedürffen, die werdet ir ime anzuebringen und alle sachen dahin zuestellen wissen, damit unser universitet mit seinem raht vorwissen und guetachten regirt werde. Und hierzue wellen wir ime, da es die noth erfordert, zue gehilffen und beystendern hiemit verordnet haben euch drei: doctor Peltanum, doctor Niclasen und magister Zettln camerer, abermals bevelchendt, das ir auf sein erfordern und begern ime Eysengrein eurem besten verstandt nach unser universitet zu ehren und guetem räthlich und verhilfflich seiet. Da sich dann zuetragen, das er Eysengrein unser oder auch seiner bevolchnen und obligenden geschefft halben personlich bey unser universitet nit sein und er entzwischen ainen oder meer aus euch dreyen an sein statt substituiren und verordnen würdte, sollet ir derselben seiner substitution und ordnung als were euch dieselb von unser person selbs bevolchen und eingepunden getreulich und vleissig nachkhommen und ir die von unser universitet rathe den substituirten aller massen und gestallt wie ime Eysengrein von unserntwegen gehorsamen und volgen. Das alles wollten wir euch zu genediger mainung nit pergen und beschicht hierinn unser gefelliger will und mainung. Datum München den 20 Oct. ao 70.

Solle demnach ime herrn vicecanzler solche authoritet und inspection hiemit widerumb verneuert und die assistenz herrn doctor Niclasen wie vormals und herrn camerario bevolchen, doch auch ime herrn vicecanzler unverwert sein, andere mehr aus der vier faculteten decanis oder auch anderen professoren seinem guetachten und nach glegenhait fürfallender händl zu ime zueverordnen und dero rathe und boystandt zugebrauchen, damit vorgemeltes und anders, was der universitet nottürfft und wolstandt ervordert, desto besser zu werckh gericht und volzogen werde.

Auf verlesung diss recess und der beilagen haben sich die von der universitet durch den vicerectorn doctor Gaylenkhircher alles gehorsambs, und was nun aus ganzem iren vermügen hierzu dienstlich gehandelt werden müge, erbotten. Also ist auch der societät provincial doctor Hoffäus seines theils wol zufriden gewest und hat zue deme allem glückhlichen guetten fortgang gewünscht. Item wass der studenten schuldenmachen betrifft, hat man aines erbarn rahts abgesandten auch eröffnet, damit sy ire burger zuverwarnen wissen. Diss alles ist gehandelt und verlesen zue Ingolstatt in merberürtes herrn brobst Eysengreins vicecanzlers behausung montags nach Martini den 12. Nov. und hernach den herrn von der universitet, auch den vättern der gesellschaft Jhesu und herrn vicecanzler yedem ein gleuchlauttende urkhundt mit mehrhochernents unsers gnedigen fürsten und herrn fürgedruckhtem secrete aus irer fstl. gn. canzley zue München verferttigt zuegestellt worden den 26. tag Nov. im jahr nach Jhesu Christi unsers erlösers heiliger gepurdt 1576.

Nr. 99.

(S. Bd. I, S. 287, 289.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 33, f, 40:

Instructio superintendentis academiae domini Eisengreinii.

Denique quoniam 20 octobris anni 70 proxime elapsi domino praeposito Eisengreinio utpote universitatis vicecancellario autoritas atque rerum literariarum inspectio demandata atque commissa iuxta decreti cuiusdam ad rectorem camerarios et consiliarios academicos editi tenorem fuerat, cuius summa, quantum hanc rem attinet, sic se habet:

Nos Albertus dei gratia comes Palatinus Rhenanus superioris inferiorisque Bavariae dux etc. reverendis spectabilibus ac doctissimis sincere nobis dilectis rectori camerariis consiliariis academiae nostrae Ingolstadii clementiam et salutem. Reverendi spectabiles doctissimique sincere dilecti, cum multoties ducalis administrationis nostrae tempore de incolumitate amplificationeque academiae praedictae tanquam de re provinciae nostrae praestantissima summo studio consultari mandassemus, necessarium esse semper comperimus, ut aliquem eo loco virum autoritate conspicuum haberemus, qui et academica sibi negotia serio commendata haberet et quem ceteri quoque revererentur, atque eo magis, cum consiliarii nostri, quibus litterariae res commissae fuerant, aliis nostris negotiis praepediti parum vobis queant esse praesentes, ne quidquam interea curae inspectionisque desideraretur.

Cum igitur reverendus in Christo doctissimusque consiliarius noster dilectus Martinus Eisengreinius sacrae theologiae licentiatus fundationis nostrae Oetingensis praepositus alias academiae nostrae vicecancellarius existat, actum cum illo nostro nomine est, ut inspectionis quoque munus suscipere consentiret, quam nos illi hisce praesentibus tradimus ac demandamus serio iubentes, ut illi tanquam nobis ipsis, eo quod vicem nostram ipse gerat, obtemperetur ac proinde tam in consiliis quam aliis conventibus congruentem suae personae primum videlicet post rectoris locum teneat Si quid autem prae manibus fuerit, quod nostra consiliariorumque nostrorum discussionem exigat, id ipsum vobis ad illum prius deferendum omniaque ita componenda erunt, quatenus academia nostra iudicio providentia atque consilio ipsius gubernari possit, cuius gubernationi ac regimini, si sic opus fuerit, vos tres doctorem Peltanum doctorem Nicolaum et magistrum Zetl camerarium socios ac coadiutores pronuntiamus denuo mandantes, ut ad instantiam citationemque ipsius illi ad academiae nostrae honorem et profectum consilio ac iudicio vestro in omnibus, prout optime noveritis, praesto sitis. Quodsi illum Eisengreinium vel nostris vel suis negotiis ita exigentibus abesse nonnunquam contigerit et aliquem ex vobis vel plures interea vicarios substituerit, eiusmodi substitutioni, tanquam si a nobis ipsis vobis indicta fuisset, quam fidelissime obsequimini, vos vero academici consiliarii ipsos vicarios in omnibus tanquam Eisengreinium ipsum audiatis. Haec modo clementer vobis nota facere voluimus hancque voluntatem ac sententiam nostram esse scitote. Datae Monachii 20 Oct. anno 70.

Eidem igitur Eisengreinio inspectionis huius munus, vobis vero doctori Nicolao et domino camerario assistentia denuo sicut ante demandata existat, quamvis nihil obstet, quin dictus dominus vicecancellarius plures quoque, quatuor illarum facultatum decanos vel professores, suo arbitratu et pro rerum contingentium qualitate accersere ad se eorumque consilio et subsidio uti possit, quatenus praedicta omnia aliaque ad academiae honorem et emolumentum spectantia executioni mandari queant.

Lecto ac auscultato hoc recessu academici se per manus vicerectoris d. Gailmair in omnibus morem gesturos et quidquid huc conducere et facere noverint pro viribus praestituros subscripserunt obtulerunt ac spoponderunt. Similiter etiam societatis Jesu provincialis doctor Hoffeus ex parte sua optime quoque contentus, ut haec omnia quam felicissime cedant, etiam atque etiam exoptavit. Quantum vero ad contractum aeris alieni per studiosos attinet, de hoc quoque legatis civici senatus insinuatum est, quatenus concives suos praemonere sciant.

Haec omnia Ingolstadii in aedibus domini vicecancellarii acta praelectaque fuere feria secunda post divi Martini 12 Nov., dum academicis patribus societatis Jesu et vicecancellario singulis concordans et per omnia similis cum sigilli serenissimi nostri appensione copia ex illustrissimae celsitudinis suae Monacensi cancellaria data fuit 26 Nov. 1576.

Cum omnia, quae supradicta sunt, veluti communis reformatio sint universitatis, vult sua illustrissima celsitudo serio, ut vicecancellarius dominus Eisengreinius curet, haec diligenter cum propter universitatem tum propter suam celsitudinem observari, simulque intelligant academici, sibi cavendum esse deinceps ab omni contentione; pax vero et honor academiae

agis promovendus. Quae autem ad haec omnia serviant, ex veteribus et)vis academiae statutis reformatis intelligent.

Ipsi praeterea professores sciunt, plurimum referre, si diligenter legant sputent examinent etc., ne iuventus male negligatur. Utile proinde erit, nnem omissionem et neglectionem lectionum etiam propter peregrinationes ıt itinera iuxta qualitatem salariorum serio et irremissibiliter punire, si)n habeant mandatum serenissimi aut causas alioquin sufficientes. Camera-us autem academicus iuramentum praestabit, se nulli salarium soluturum, ısi ab vicecancellario suae diligentiae testimonium ei adferat Intelligant ero academici, sibi nullo modo absque consensu vicecancellarii licere alio roficisci. Et ut haec omnia serventur, vicecancellarius vel coricaeum, ut actenus, retinebit vel rationem iam initam, ut scilicet professores ipsi loco ıramenti se deferant, vel utrumque servabit. Mulctae autem, quae propter egligentias vel propter profectiones sine facultate assumptas et inexcusa-iles imponentur, inter diligentiores iuxta arbitrium vicecancellarii dividi ossunt. Post diligentiam vero in lectionibus, ut academia incrementum ımat, necessarium est, ut politia quaedam et ordo tam in disciplina quam ı pecunia pro convictu constituatur. Sciant proinde academici, serenissi-ıum nulla prorsus ratione pati velle pugnas contentiones immodestiam cla-ıores per plateas, item prodigalitatem studiosorum et intolerabilem exac-onem pro disciplina et convictu. Quodsi senatus academicus serio in anc curam invigilaverit, ut rebelles et inquieti studiosi puniantur et exac-ones sint tolerabiles, erit id serenissimo vehementer gratum; si autem ıper haec omnia maior severitas et disciplina non adhibeatur, serenissi-ıus ipsemet remedia convenientia adhibere cogetur, ne academia, sicut xperientia docet, deinceps a pluribus evitetur et amplius diffametur. Prae-ertim vero quantum ad inanem illam ac perniciosam pecuniarum dilapi-ationem attinet, notum sit civibus, quod quidquid in posterum ultra 10 fl. ımmam sine facultate vel insciis illis, ad quos arrestare et detinere stu-iosos attinet, iisdem studiosis sive pro mensa potu vel aliis rebus credi-erint, eam pecuniam, ut solvatur, ab ipsis non modo non mandatum, rrestatum et ad alios usus applicatum iri, ita ut creditor pro amissa ha-eat, intelligant. Quapropter haec in posterum erit cautio adhibenda, ut inguli studiosi, qui non sub propria alicuius praeceptoris disciplina fuerint onstituti, ex iis, quibus operam daturi sunt, facultatibus doctorem aliquem el professorem tanquam suae fidei sponsorem habeant, ad quos videlicet, i quis defectus in solvendo vel aliud quid indecorum existeret, appellatio eri queat et tam cives quam studiosi a damnis in posterum praecavere ibi sciant, parentes vero et superiores de iuventutis probitate vel im-robitate certiores reddi commode et semper possint. Rector igitur nullum ı posterum studiosum in album academiae referat, nisi eiusmodi aliquem estem secum una adducat, cuius tunc nomen inscripti nomini erit asso-iandum. Et quamvis hoc non ita sit accipiendum, quasi doctores sive pro-essores illi non sine proprio periculo solutionis ipsorum, quos praedicta atione in fidem suam receperint, se quasi vadum loco teneantur astringere, ttamen sic commodius certiusque de his, quae cum consensu eorum studio-orum necessitati largiti fuerint, creditoribus satis fiet.

Pernecessarium similiter academiae erit laudique dabitur, si instituat,

ut membra sua vel sibi coniuncti privati praeceptores ac magistri pr disciplulorum suorum disciplina non nimium exigant, sed hac in re morem antiquum una cum recenti taxa sancita rationabiliter et, ut tolerari possit, sequantur, nam constat, quosdam ad viginti florenos pro sola dumtaxat institutione exigere recipereque, quam ob causam et multi a studiis plane deterrentur et academia a pluribus evitatur.

Nr. 100.

(S. Band I. S. 289.)

Arch.-Conserv., Tom. IV, f. 227 und Archiv d. Univers. D. I. 17. Oct. 1577.

Instructio pro rectore continens quasdam ordinationes, quas quilibet rector iureiurando in principio officii sui se servaturum promittere tenetur, conclusa et approbata in senatu universitatis 17. oct. a. 77.

Rector statim ab initio sui rectoratus publice convocatis omnibus senatoribus et studiosis universitatis curet et faciat legi statuta eiusdem universitatis publice concernentia, quae certo signo iam sunt notata vel arbitrio senatus legenda signabuntur; idemque fiat etiam de articulis quibusdam in reformatione illustrissimi principis comprehensis.

Edicta illa perpetua, quae statis temporibus publice affigi solent, rector satis mature affigi et saltem per triduum publice affixa manere iubeat, cuiusmodi sunt in principio anni et rectoratus uniuscuiusque rectoris: De inscribendis; Adhortatio ad diligentiam cum comminatione, quod deinceps nulli dabitur testimonium etiam adventus vel discessus sui nisi addita qualitate, quomodo se in moribus et studiis hic gesserit, sive id ad laudem sive vituperium versurum sit; De bachanalibus; De nocturnis clamoribus, grassationibus, vociferationibus, provocationibus ad pugnam; De non lavando in Danubio; Circa festum Joannis Baptistae de ignibus missilibus, et alia similia.

Studiosi huc advenientes inscribendi iubeantur habere patronum eius facultatis decanum, cui studebunt, quem statim accedere obstringantur, ut se matricula etiam eius facultatis profiteantur. Et ne quis huic fraudem facere queat, rector singulis mensibus ad uniuscuiusque facultatis decanum mittat nomina consignata eorum, quos illo mense eiusdem facultatis studiosos inscripsit.

Super statutariis prohibitionibus, veluti de non invitandis ad nuptias aliisque similibus, nunquam solus rector dispenset, sed saltem in ea re utatur arbitrio potioris partis senatus academici.

Sententias item et decreta senatus, quae remittere prohibitum fuerit, solus rector non remittat, sed si omnino aliqua causa vel intercessio id suadere videatur, senatores universitatis saltem per schedam ea de re consulat et ex ipsorum arbitrio vel remittat vel perseveret in executione.

De conflictibus nocturnis gravioribus contra vigiles vel alios, similiter



am de diurnis gravioribus solus rector non decernat, sed pro facti quaate et atrocitate vel ad integrum senatum vel saltem ad quatuor decanos ;erat rem statim eorumque consilio et inquirat et puniat vel faciat, quod stum visum fuerit. De iis vero, quae moram pati non posse videntur, l si quae leviora sibi visa sint, si rector aliquid in delinquentes decrerit, cuiusmodi illa causa fuerit et qualem sententiam ipse tulerit, in oximo senatu referre teneatur.

Negligentia studiosorum et mali mores singulis quatuordecim diebus aminentur in consistorio, et de incorrigibilibus scribatur ad eorum paren-, ut eos hinc alioquin relegandos avocent.

Testimonium per rectorem nulli studioso dandum, nisi adferat inteitatis et diligentiae suae a praeceptoribus suis fide digna documenta. odsi res dubia fuerit, non det rector testimonium nisi ex iussu senatus.

Illa quoque testimonia, quae quidem negligentes petere solent de die itum adventus et discessus sui, deinceps simpliciter non concedantur, sed buantur absque praefatione honoris et absque ulla commendatione et am adiecta clausula, quod de vitae suae integritate, moribus vel diliitia in studiis nobis nec constet nec ulla fides facta sit, vel si constet ipsius improbitate et negligentia, hoc ipsum etiam expresse addatur..

Arrestationes, citationes vel promotoriales litteras pro debitis immodirector solus nulli concedat.

Rector singulis quatuordecim diebus consistorium quatuor decanorum ivocet et causas aliaque negotia universitatem concernentia cum ipsis ctet, praecipue vero in mores et negligentias studiosorum inquirat.

Tum tertia quaque septimana integrum senatum cogat, ut ibi de isis gravioribus per singulos proponendis deliberari ac tractari queat. iatores in senatum non venientes vel non debite se excusantes mulcten- dimidio talero, quae camerarius de stipendio uniuscuiusque defalcare diligentibus distribuere teneatur.

Quae quilibet rector in officio suo egerit, ea consignare et in protholum referre teneatur, idemque per notarium universitatis curet fieri super tis in senatu vel consistorio. Camerarius quoque similiter de actis ca-rae id fieri providebit.

Porro si quae a senatu universitatis fiant novae constitutiones, statuta, creta, edicta vel similia, ea curet ad acta referri et, quod melius esset, librum peculiarem describi.

Nr. 101.

(S. Bd. I, S. 290, 301.)

Ir werdet aber allem besser selbs nachgedenkhen und das zuverordnen wissen, was das best ist, und bleibe ich eur getreuer vatter. Datum Schwaben den 8 May 1602. Wilhelm.

Nr. 124.

(S. Bd. I, S. 384.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 29, f. 103:

Von gottes gnaden Maximilian herzog in Obern und Nidern Bayrn etc. Unsern grues zuvor würdige ersame und hochgelerthe liebe getreuwe. Wass wir burgermaister und rathe unserer statt Ingolstatt umb und von wegen, dass in khonfftig kheine ire burger den scholarn oder studiosis daselbst über 10 fl. ausser ehehaffter khundtlicher noth und bedörfftigkheit borgen und auff bith geben sollen, zuschreiben und bevelchen lassen, habt ir ab innligender copy mit mehrerm zuvernemmen, und dieweiln euch dann nit weniger auch pflichten halber obligt, eurer vleissiges aufmerckhen zuhaben und möglichiste fürsehung zuthuen, damit die jugendt nit verderbt, sonder in denen moribus et studiis, desshalb sy dahin geschickht, erzogen werden und in virtutibus also proficiern, damit sie gemainem nuz und ihnen selbst dienst- und nuzlich sein khönden, bevelchen wir euch hiemit in ernst und wöllen, dass nit allein diss unser geschafft den statutis universitatis inseriert werde, sonder ob solchem würckhlich gelebt, eurer vleissige obacht habet und bestellet und, da solchem zuwider was fürgieng, uns dessen yederzeit berichtet, wir gebürliches einsehen und straff fürnemmen lassen khönden, darnach ir euch zurichten, würdet auch daran unser gnedigster will volzogen. Datum München 3 Apr. ao 1602.

Maximilian etc. Liebe getreuwe, wir haben auss unserer commissarien underthenigisten relation mit sonderm ungnedigem missfallen verstanden, dass unser burger zu Ingolstatt ungeacht unserer aussgefertigten bevelch und mandaten den jungen studiosis nit allein 10 fl., sonder grose summa borgen und alles uff bith geben, dardurch dann die jugendt nit allein von iren studiis abgehallten zeit und gellt verlieren, sonder gar in ein ergerliches leichtferttiges leben hanndel und wanndl zu eüseristem verderben gerathen und dardurch die thür zu allen lastern auffgethon und eröffnet worden, welches unss aber wegen der blüenden jugendt fürkhommung allerley unhails pflanzung guetter zucht und auffnemmung allerley tugendt zugestatten kheines weegs gemaint ist. Bevelchen euch hiemit in ernst und wöllen, dass ihr eurer burger, sonderlich die wirth crammer und handelsleuth für euch erfordert und mit ernst auferladet, kheinem studioso ausser bewüsster ehehaffter noth und khundtbarer leibsbedürfftigkheit über 10 fl. nit zuporgen mit dem ausstruckhlichen fürhallt und anzaigt, wann einer über solche 10 fl. was porgen, dass ime dafür nit allain nichts geschafft noch erkhennt, sonder mit ungnaden darzue gestrafft und würckhlich gegen den übertrettern effectuiert und solhes eurem stattrathsprothocoll ausstruckhenlich einverleibt werden solle, wollten wir euch nachrichtung halber nit pergen, würdet auch daran unser gnedigster will vollzogen. München 3 Apr. ao 1602.

Nr. 125.

(S. Bd. I, S. 384.)

Archiv-Conserv. Tom. IV, f. 151.

Durchleuchtigster fürst, genedigister herr etc.

Auf Euer Dchlcht unss durch dero gehaimen rath und ob. canzler rgehaltenen gnädigsten bevelch haben wir die jhenige puncten, welche roselben durch dero genedigisten geliebten herrn vattern unsern auch ıädigsten herrn der universitet Ingolstadt halben guetachtensweiss überben worden, gelesen, mit vleiss erwogen und unss darauf nachvolgender derthenigisten mainung verglichen.

Was dann erstlich die besserung der disciplin, so daselbst fürzunemзn, belangt, were gleichwol zuwünschen, das dieselbe auf dem von höchstdachtem Euer Dchlcht herrn vattern angedeuten schlage khönte dirigiert ›rden. Weil aber wir unss erinnern, das dise universitet allwegen fürımblich florirt oder bestehet in professione juridica und in derselben vast ler orthen berüembt ist, so tragen wir die beysorg, es werde sich der gedeut modus des habitus clericalis wie auch der gänzlichen ablegung r wöhren und dergleichen ding nit wol practiciern und zu werckh ziechen ssen, und das es schwerlich zum aufnemmen dieser hochen schuel geichen möchte, zumaln weil die jenigen, so in Jure studiern, vom adel ıd dergleichen leuth sind, die gern ein zimbliche libertatem haben, deren gner eltern will etwan auch der wenigern thail sein möcht, das sie zu rgleichen dingen verpunden sein sollten. Aber dem seye wie im welle, möchten doch unsers underthenigisten ermessens E. Dchlcht nit allain ab anstellung einer gueten disciplin, sonder auch des borgens der khauffıth kramer wirth und costherrn halber von dem senatu academico ein ıbstendiges guetachten gnädigst abfordern mit dem sonderbaren bevelch, s man sich in den ersten und oft hernach erbesserten statutis, so bey r hochen schuel vorhanden, wie auch in denen bey E. Dchlcht geliebı herrn anherrns hochseligister gedechtnuss und herrn vatters regierung machten ordnungen mit fleiss erseche und was pro ratione temporum et rsonarum taugt heraus zieche und E. Dchlcht fürbringe, damit dieselb h nach gelegenhait darauf zu resolvirn haben.

Was dann ferrer und zum andern die ersetzung der professorn und stlich die theologische facultet betrifft, khönden wir nit wol für rathsam lten, dass ain solcher ex collegio romano herzunemmen were, dieweil lches alles junge oder doch solche leuth, die eben erst selbst ganz und r von der schuel und aus der disciplin heerkhommen. Es wird gleichıl D. Jacob Hackher canonicus zu Landtshuet für gar tauglich hierzue rhüembt, wie man ine dann zu Freyberg gern hett; da hören wir aber, sollen dise Ingolstettische professores von der zeith her, da er dort tudiert, wie wol aus schlechten ursachen nit vil lusts zu im haben; sie ırden sich aber vileicht schon miteinander vergehn. Dann so sechen r nit, das die incorporation des canonicats, welches der vicecanzler hat, r pfarr zu unser lieben frauen füeglich zuegelegt werden khönne, seiteal der herr bischof zu Eystett schwerlich dahin zubewegen, und das es

nit eins yeden vicecanzlers gelegenhait würde sein, curam animarum zu-tragen, so gienge auch darnach ein persohn bey der hochenschuel ab.

Die juristische professores betreffend weren wir der underthenigisten mainung, das nach zween berüembtern professorn juris, deren der ain die institutiones iuris, der ander aber sonst cum apparatu et laude lese, zu trachten, und das desswegen dem Fachinão zuegeschriben und ersuecht werden möchte, das er ain oder zwo guete solche persohnen wolte für-schlagen und das er darüber berichtete, wie und was gestalt er vermainet das mit denselben der besoldung halber überains zukhommen sein würd. doch etwan mit dem anhang oder eingang, das E. Dchlcht nicht liebers, auch der hochenschuel nicht rhüemblichers wer, alss das er sich selbst daheer brauchen liesse, dann man will dannoch sagen, es soll im Ingol-stadt disfals noch lieben.

Sonsten, genedigister fürst und herr, hat Billäus dero rath den Speern ainen niderlendischen professorem iuris zu Löwen schrifftlich fürgeschlagen und vast commendirt; weil aber E. Dchlcht leibmedicus D. Viena disen fürgeschlagenen iuristen khennen wirdet, alss möchte desselben wideranher-khunfft erwarttet und von im die beschaffenheit dises iuristen erkhundigt und derselb immittel in suspenso gehalten werden. Gleichwoln hielten wir nochmaln gehorsamist darfür, das man nit baldt einen bessern professorem institutionum iuris, alss an deme unsers gehorsamsten ermessens vast das maiste gelegen, gehaben werden khönne, alss eben den D. Rath in erwe-gung, derselb aldort vast lieb und angenemb, wie auch nit ungeneigt darzue sein solle, und er im dieselbe cathedram yederzeith vorbehalten hat. Stehet derowegen zu E. fstl. Dchlcht gnedigster gelegenhait und gefallen, ob und wessen sie sich seiner persohn halben aigentlich gnedigst ent-schliessen wöllen, dann woferr derselb aldorthin gebraucht werden khöndte, so dörffte man woll lestlich nach kheinem frembden trachten. und blibe also grösser uncosten vermitten.

Drittens und beschliesslich was die melioration der einkhommen bono-rum temporalium angehet, seind wir voriger unser underthenigister mainung, das nemblich etliche ainschichtige schlechte güeter in der Pfaltz verkaufft, wie auch die bäbstliche heiligkeit umb consens ersuecht werden möchte, das das vacierendt closter Schamblhaupten der universitet möchte incorpo-rirt werden; dardurch würde nit allain der universitet, sonder auch der pfarr bey unser lieben frauen aldort, alss dero E. Dchlcht etwas darvon zuelegen khundten, geholfen. Das haben E. Dchlcht wir underthenigist anfügen, derselben uns zugleich gehorsamist bevelchent.

Datum München 3. Juni anno 1602.

E. fstl. Dchlcht

underthenig gehorsamst
zu dero universitet Ingolstatt sachen
deputirte räth.

Nr. 126.

(S. Bd. I, S. 402.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 3, f. 44 (auch Staats-Biblioth. Cod. Bavar. 3018, f. 10).

Statuta facultatis theologicae de promovendis in s. theologia et promotionum sumptibus.

Anno domini millesimo sexcentesimo quinto mensis Novemb. die septimo inclyta facultas theologica receptis et antiquis maiorum decretis et institutis insistens et pleraque ex iis innovans et confirmans haec de promovendis in s. theologia et promotionum sumptibus statuta in posterum serio et constanter observanda consentientibus votis et suffragiis constituit.

1. Ne quis ad ullum in theologia gradum unquam promoveatur, nisi cuius vitae morumque honestas aut iam antea sufficienter sit perspecta aut sufficiente testificatione fiat comprobata.

2. Ut ad baccalaureatum biblicum in theologia nemo promoveatur, nisi qui biennium, ad baccalaureatum formatum sive sententiarium nisi triennium, ad licentiam sive doctoratum nemo nisi saltem quadriennium integrum (quo nimirum tempore scholasticae theologiae cursus peragitur) post absolutum philosophiae cursum in ordinariis sacrae theologiae tam positivae quam scholasticae lectionibus omnibus audiendis cum debita assiduitate posuisse fuerit comprobatus. Item ut si quis ex studiosis unam fortasse tantum scholasticae theologiae praelectionem audiverit, is in testimonio pro eo quidem tempore non simpliciter et absolute theologiae studuisse, sed cum restrictione unum aut alterum in theologia professorem audivisse dicatur.

3. Ut ad baccalaureatum nemo promoveatur nisi qui aut in hac academia publicas theses e theologia cum notoria satisfactione defenderit aut saltem per horam ex auditis lectionibus diligenter fuerit examinatus. Ad licentiae vero gradum nemo nisi qui similiter aut publice ex universa theologia in hac academia theses cum eadem satisfactione defenderit aut certe ex universa theologia (materiis ipsis ex libris quatuor Magistri sententiarum pridie per decanum, ut fieri solet, sorte assignatis) per duas horas minimum serio et accurate examinatus sufficiens debitae eruditionis documentum ediderit. Vesperiae quoque pridie doctoralis promotionis cum solemnitatibus consuetis retineantur.

4. Ut nullus ad ullum gradum in theologia promoveatur nisi qui post absolutum philosophiae cursum ad philosophici magisterii gradum promotus fuerit, nisi forte ex gravi causa quoad actualem eiusmodi gradus perceptionem per facultatem cum aliquo fuerit dispensatum.

5. Ut si qui facultati forsitan ignoti ex aliis locis ad gradus aspirent, decanus facultatis pro tempore aut quem ipsi patronum sibi e facultate delegerint, prius in eorum doctrinam studiique theologici tempus ac mores diligenter inquirere atque ea de re facultatem informare teneatur illisque etiam per litteras non solum perscribere singillatim ea, quae tam quoad theologici studii diuturnitatem quam quoad doctrinam et mores praecedentibus statutis pro petito gradu recipiendo decreta sunt, sed etiam expresse

denuntiare, si quocunque demum ex capite ad petitum gradum inhabiles fuerint deprehensi, eos ad gradum eiusmodi non fore promovendos.

6. Quod ad promotionum sumptus attinet, haec de singulis gradibus iuxta receptam antea consuetudinem speciatim constituta et declarata sunt. Nimirum ratione utriusque baccalaureatus candidatus quilibet numerare tenetur theologicae facultati quindecim florenos, e quibus duo ad commune facultatis aerarium per decanum applicandi, notario 1 floren. 30 crucif., pedello 1 floren. 30 crucif. Ratione licentiae facultati quilibet octodecim florenos, ex qua summa tres itidem floreni per decanum in commune facultatis aerarium conferendi, domino procancellario duos aureos Rhenanos sive 2 fl. 40 kr., notario 2 fl. 30 kr., pedello 2 fl. 30 kr. Praeterea singulis professoribus, qui pro tempore sunt de facultate, candidatus quilibet honorarii muneris loco mittere tenetur unam libram sacchari. Teneantur quoque ipso die promotionis expensas consuetas facere in celebrationem missae et oblationes professorum theologicae facultatis, qui una cum candidato missae intersunt in aede sacra B. Virginis, nisi theologicae facultatis iudicio missa intermittenda videatur. Eodem modo nisi facultas dispenset, pro consueto more danda sunt bona nova in stuba academica cum vino dulci, saccharo, omnibus academiae professoribus, item studiosis theologiae et aliis peculiariter invitatis. Frugale item conviviolum exhibendum, ad quod de more invitari solent magnifici viri dominus rector, dominus procancellarius dictique domini professores de facultate theologica et aliarum facultatum decani, item notarius et pedellus. Ratione doctoratus theologicae facultati quilibet candidatus solvere tenetur triginta sex florenos, e quibus quatuor floreni facultatis aerario per decanum applicandi, pro insignibus doctoralibus facultatis sumptibus conservandis quilibet candidatus aerario facultatis numerare speciatim tenetur 1 fl., domino promotori seorsim quisque florenos aureos Rhenenses duo sive 2 fl. 40 kr., notario 3 fl. 30 kr., pedello 3 fl. 30 kr., templo B. Virginis pro pulsu maioris campanae 20 kr., organistae ibidem 15 kr., eiusdem famulo 4 kr., ludimoderatori 15 kr., aedituo 10 kr., eius famulo 4 kr., musicis sive tibicinibus civitatis vulgo Stadtpfeiffer, sive unus sive plures promoveantur, dantur in universum quatuor taleri imperiales sive 5 fl., tibicinibus supra turrim Mauritianam unus talerus imperialis sive 1 fl. 15 kr., pauperibus urbis leprosis et qui sunt in publico nosodochio more consueto 2 fl., deinde singulis professoribus theologis a quolibet una libra sacchari, nisi condonetur. In vesperiis, dum a promovendis theologicae theses consueto more defenduntur (quas candidatus quivis seorsim suis sumptibus imprimi curabit), dominis professoribus et aliis hospitibus praesentibus collatio exhibenda est de vino dulci et sacchаro, aliis vero auditoribus et studiosis, praesertim honestioribus, dandus ex more haustus honorarius vini communis. Ad haec in ipsa promotione muneris loco cuilibet professori facultatis theologicae dandus a quolibet candidato unus pileus seu birretum sacerdotale et unum par chirothecarum pulchrarum, ex aliarum autem facultatum professoribus ceterisque hospitibus cuique unicum par chirothecarum tantum, sive unus sive plures promoveantur, praeter eas, quae iactu inter auditores disperguntur. Faces etiam octo aut plures, quae et in actu promotionis luceant et post ad templum et hospitium usque praeluceant, curandae. Demum hospiti pro convivio et annexis iuxta

pacta et conventa satisfaciendum est. Ad actum porro et convivium invitandi sunt praeter professores universitatis etiam dominus praefectus urbis, item aliqui ex collegio patrum societatis, praeterea parochus ad B. Virg. et regens collegii Georgiani, item aliqui ex senatu ducali et duo ex senatu civico cum praetore et physico civitatis, duo quoque ex monasterio patrum franciscanorum, theologus demum, qui in actu quaestionem pro more resumpsit, notarius et pedellus. Alia hac descriptione non contenta norint candidati plane arbitraria esse, ad quae ne proinde a quoquam temere compellantur, etiam decani facultatis interventu, sicuti opus erit, curabunt.

7. Ut candidati statim atque ad gradum postulatum admissi sunt, ante ipsam videlicet gradus actualem perceptionem, pecuniam facultati pro ratione suscipiendi gradus debitam notario academico numerare teneantur, qui eas postmodum decano facultatis partim inter professores aequaliter distribuendas partim aerario facultatis iuxta praescriptam formam applicandas tradat.

8. Ut pecunias facultatis (extra censum annuum, quem ab uno constanter administrari convenit) ordinarie conservet et administret pro tempore decanus facultatis, nullis tamen expensis maioribus absque facultatis consensu factis. Qui proinde in libro rationum facultatis ad hoc specialiter designato distincte annotet non solum earum pecuniarum summam, quam a priore decano factis rationibus accepit, sed etiam eam, quae deinceps durante decanatu eidem facultatis aerario obtinget, cum expensis. Atque in electione decani aut paulo post coram facultate ratio acceptorum et expensorum more veteri habeatur.

9. Ut curante decano posthac festum S. Joannis ante portam latinam tanquam proprium facultatis atque simul eiusdem annuae exequiae cum cantu figurato, organo, oblationibus sepulcralibus aliisque appendicibus solenniter habeantur. Ad quam rem si annuus facultatis census, qui florenos quinque cum dimidio in singulos annos conficit et pro tempore consensu facultatis a domino procancellario colligitur et administratur, non sufficiat, decanus facultatis ex eiusdem aerario, quod deest, suppleat.

Excerpta et transcripta sunt haec statuta ex publico et authentico instrumento, quod anno ut supra millesimo sexcentesimo quinto sexta die mensis decembris super iisdem statutis solemniter erectum maiorique sigillo inclytae facultatis theologicae munitum atque ab omnibus eius temporis professoribus de facultate concorditer subscriptum in arca facultatis perpetuo asservatur.

Nr. 127.

(S. Band I. S. 355.)

Reichs-Archiv, Jesuitica, Ingolst. Fasc. 73, Nr. 1373, f. 34 und Archiv-Conserv., Fasc. 11, 2 Apr. 1609 und Archiv d. Univers. T, Vol. II, f. 7.

Admodum reverendo et magnifico domino rectori ceterisque ..... dominis observandis.

Quoniam noster reverendus pater visitator intellexit, motam fuisse ante aliquot menses controversiam de iure, quod nostra facultas hactenus in suos discipulos exercuit, voluit is nos et nihil nobis vendicare, quod..... concessum non est, et id, quod concessum est, usurpare..... Ea de causa rogamus, ... ut nobis liceat, facultatem nostram administrare secundum institutum nostrum non tantum quoad studia litterarum, sed etiam quoad mores et disciplinam, sicut nobis benignissime concessit serenissimus princeps Guilelmus anno 1588 die 27 Jan., ... atque adeo possimus nostrae facultatis discipulos immorigeros et indignos a scholis nostris excludere et aliis poenis consuetis exclusione levioribus eos coercere, quemadmodum id ipsum clementissime concessit serenissimus princeps Albertus anno 1573 die 10 Febr. et anno 1576 die 26 Nov...... Non cupimus vero per hanc nostram potestatem quidquam derogare iurisdictioni admodum reverendi et magnifici domini rectoris vel amplissimi senatus academici, sed fatemur, eidem nostros quoque discipulos, tam qui in gymnasio quam in philosophia nobis dant operam, subiectos esse, eumque illos sicut et aliarum facultatum auditores, qua ratione visum fuerit, pro meritis posse coercere; non enim quaerimus libertatem discipulorum, sed nostram duntaxat salvam esse cupimus, ut scilicet ea, quae nos erga discipulos nostros sive circa disciplinam agimus, rata sint neque de iis cogamur aliis reddere rationem, quam nostris superioribus..... Datum e collegio societatis Ingolstadii 2 Apr. ao 1609.

Decanus et ceteri professores artisticae facultatis.

Hiezu unter der Ueberschrift „Ex litteris commissariorum serenissimi ducis Alberti, anno 1573 die 10 Febr.“ (*Reichs-Arch. a. a. O. f. 35, Arch.-Cons. a. a. O. ad 2 Apr., Arch. d. Univ. a. a. O. f. 8*):

Quod autem Landishutanum scriptum habet de corrigendis cursus auditoribus insolentioribus, ita accipi debet, ut liceat societati, tales ab istis suis lectionibus excludere; si quae tamen gravior sit infligenda poena, illud penes magistratum academicum erit; ubi quoque societas hac sua potestate, exclusionis videlicet, usa fuerit, non erit necesse ullam de ea quaestionem instituere, sed ratam sane habebit magistratus scholasticus et inobedientes ac praefatos, qui contra patrum voluntatem cursum ingredi, postquam ob commerita sic eiecti fuerint, attentabunt, ordinaria sua potestate coercebunt.

Nr. 128.

(S. Bd. I, S. 356.)

Reichs-Archiv a. a. O. f. 36: Arch.-Conserv. Fasc. 11, 8 Apr. 1609, u. Arch. d. Univ. T, Vol. II, f. 17.

Rector camerarius et ceteri academiae Ingolstadianae professores seculares reverendis..... facultatis philosophicae professoribus.

..... Ex gravissimis et iustissimis rationibus, quemadmodum antea semper negavimus, ita nec hoc tempore salva conscientia consentire ullo



modo possumus, ut facultatis artium professores in studiosos vel gymnasii vel philosophiae denuo (sicut et anno proxime praeterito factum) praetensam iurisdictionem, quam nullo tempore habuerunt, multo minus exercuerunt, sibi sumant vel in posterum exerceant. Eam..... patres societatis tanquam philosophiae professores nunquam sunt consecuti nec, ut illam haberent, mens serenissimorum fuit, multo vero minus, ut aliquam actu ipso exerceant (nisi quid clam vel prius petita licentia factum sit), rector et senatus academicus permisit, sed..... semper effecit, ut magnifico rectori.... et ipsi senatui academico..... imperium et potestas sua inviolata permaneret. Quae profecto potestas et iurisdictio nimium labefactaretur, si professores philosophiae tantum iuris in auditores suos haberent, ut quoslibet pro libitu suo a lectionibus arcere, ne dicamus defensionem..... negare et, quod ipsius magistratus academici proprium est, hoc (pro more academiae societatis Dillinganae) in ipsius societatis rectorem Ingolstadiensem, qui tamen in academicos nullum plane ius habet nec vigore statutorum et expressorum privilegiorum huius universitatis et studii generalis habere potest, adeo possent transferre, ut, quod ipse dictae societatis vestrae rector ad cuiusvis professoris philosophiae delationem in negligentem et petulantem studiosum statuit, rector et senatus academicus omni ad illos provocandi via praeclusa ratum debeat habere et gratum. Quare speramus, rr. vv. toto negotio bene perpenso a proposito suo honoratae societati Jesu minos forte convenienti libenter et ultro destituras, et quemadmodum nos illis circa lectiones disputationes promotiones et alia exercitia quaestionem nullam movemus, ita vicissim easdem magistratum academicum in iurisdictione in studiosos omnes sibi soli competenti minime turbaturas, sed in posterum nobiscum, prout etiam ante biennium serenissimi Maximiliani principis ac domini nostri clementissimi academicas causas hic Ingolstadii tractantibus amplissimis et magnificis dominis commissariis societas Jesu pollicita est, pacifice et quiete semper victuras..... Ingolstadii 8 Apr. 1609.

Nr. 129.

(S. Bd. I, S. 356.)

Reichs-Archiv a. a. O. f. 39, Arch.-Conserv. Fasc. 11, 12 Juni 1609, u. Arch. d. Univ. T, Vol. II, f. 31.

Rector camerarius et ceteri senatores seculares..... reverendis societatis Jesu patribus dominis decano et reliquis philosophiae professoribus.

Intelleximus quidem, verum non sine admiratione, ex secundis vestris.... litteris, rr. vv. in ea adhuc esse opinione vana, ut existiment, non solum sibi iurisdictionem aliquam in eos studiosos, qui philosophiae et artibus liberalibus litterisque humanioribus in hac Ingolstadiensi academia operam dant, competere, sed et spretis plane atque contemptis rationibus gravissimis et iustissimis proximo nostro ad easdem misso responso comprehensis super illa ipsa iurisdictione, quam temere (cum in rerum natura nunquam fuerit) sibi imaginantur, aperto quasi marte et expansis velis contendere nobiscum velint, dum inter cetera expresse scribunt, iniquo animo nos non

laturos se sperare, si quando quid, sicut hactenus, egerint. Quae certe mentis vestrae explicatio tanto in maiorem nos admirationem rapit animosque ideo movet, quod academiae huius fundationibus privilegiis statutis recessibus denique et litteris serenissimorum, in quibus se fundant, si aequis oculis inspiciantur et fideliter omnia allegentur, plane repugnet, nihilque aliud quam deliberatum evertendi celeberrimum hoc universale studium animum et cum eiusdem professorum secularium perpetua infamia emergendi cupiditatem libidinemque imperandi contineat, a talibus denique emanaverit personis, quae sine maximo non solum nostrum sed et omnium, ad quorum aures haec fama pervenerit, scandalo eiuscemodi nulla ratione possunt tentare ..... Permittere nequaquam possumus, ut rr. vv. propria sua auctoritate iurisdictionem aliquam sibi ipsis adscribant et consequenter rectori et senatui academico ius ac imperium summum, quod semper in omnes liberalium artium omniumque etiam maiorum facultatum studiosos habuit et exercuit ac etiamnunc habet et exercet, sub praetextu bonae disciplinae servandae adimant ..... Speramus autem, rr. vv. re tota melius considerata sententiam suam mutaturas talesque se in omnibus exhibituras, ut et nobis et aliis ex certis rerum argumentis liquido constet, facultatem artisticam et per ipsam societatem Jesu non caput, sed membrum academiae esse, non dominari vel cum aliorum tam privatorum quam totius universitatis detrimento et infamia velle excellere, sed, cum ipsae secure iam in portu navigent, magistratui quoque academico ius auctoritatem et potestatem suam salvam esse cupere pacemque et concordiam nobiscum colere et fovere ..... Ingolstadii. 12 Junii ao. 1609.

Nr. 130.

(S. Bd. I, S. 358.)

Archiv-Conserv., Fasc. 11, 28 Maerz 1610, u. Archiv d. Univ. T, Vol. III; f. 2.

Nobilis et magnifice domine rector nec non nobilis et magnifice domine procancellarie ceterique reverendi nobiles magnifici et vere patres academici amplissimi.

Diu nimis, academici patres, incredibili patientia et dissimulatione sustinuimus reverendorum patrum societatis Jesu gravissimum et plane usurpatum in nos dominium et ita sustinuimus, ut iam fere in servitutem redacti videamur. Praesertim si mente revolvamus, quantis et quam gravibus a nostris in hac academia sumptibus, ubi omnia extremo pretio comparantur, alamur, quive amore scientiae exules facti sumus et de divitibus pauperes nosque metipsos (ut cum Friderico imperatore loquamur) exinaniamus vitamque nostram multis periculis exponamus, sine ulla tamen profecto contra ullum professorem secularem querela aut difficultate; a patribus vero societatis quam contemptibiliter et sordide tractemur, quinimo in perditionem et temporalis et aeternae salutis saepissime deducamur, eo quod in iis omnibus, qui in minimo eos semel offendunt, totis viribus vindictam quaerant, principes parentes et patronos, apud quos se omnia posse

tacite gloriantur, eo adigentes et instigantes, ut tutelas et paterna auxilia subtrahant denegent recusent. Juvenis ergo omnibus destitutus subsidiis et sub eorum iugo ita pressus et quodammodo oppressus qui fieri potest ut non aliquando academias deserat, studiis valedicat, temere agat et in mille miserias praeceps ruat. Verum ne in aere tantum nostris querelis et lamentis versari videamur, plura eaque gravissima, quae sane diutius supportare non possumus, in specie gravamina apud vos, patres academici, deponere voluimus, nulla (deum et coelites testamur) sinistra in patres societatis voluntate aut odio commoti, sed coacti necessitate ob intolerabile, quod nobis contendunt imponere, iugum, quinimo paratos esse offerimus, omnia et singula probare et solemni iuramento, si requisitum fuerit, attestari et confirmare. Nec nos movet extraordinarius contra illos agendi processus ab illis ipsis nobis insinuatus et obtrusus; primo videlicet coram suorum patre rectore, deinde coram patre provinciale, coram admodum reverendo patre generali tertio, ultimo tandem coram summo Romanorum pontifice eos convenire oportere non, inquam, nos movet, quominus filii desolati paternum vestrum requiramus auxilium; novimus enim, processum huiusmodi nullum esse; alias profecto Germania aliaeque longe a Romana curia dissitae regiones tam miseros non habuisset unquam, quam nos studiosos, qui ad conveniendos patres nos affligentes Romam semper currere deberemus; patrem rectorem vero et patrem provincialem quis facile sustineret tanquam iudices in propria causa. Novimus etiam, licet vestrum, academici patres, respuant et quodammodo spernant iudicium, plurimum authoritatis apud serenissimum principem ac dominum Maximilianum utriusque Bavariae ducem et dominum nostrum clementissimum valere, cuius haud subterfugient hac in re tribunal; huic vehementer cordi esse hanc florentissimam et catholicissimam academiam quoque novimus.

Audite nunc iudices et auribus percipite, quid non audeant, quid non attentent societatis patres, quomodo nulli parcant, respectum quomodo habeant nullius, clericus sit sive theologus secularis an iurista, maturus an immaturus, nobilis sive ignobilis.

Et primo quidem ne minimum quantumvis modestum admittere volunt signum, quo ob ingruentes tenebras aliquantulum desistere vel ob nimiam properationem distinctius tradere monentur, sed superbe etiam theologico et philosophico auditorio indigne palam auditores suos confundunt et in has voces prorumpunt „exeat ille, patet exitus, exeat, egredere, aut publice nominabo et confundam", quemadmodum alii alias, nuper vero pater Sebastianus Heiss recens Dilinga veniens, qui et iuristas publice laedere eosque porcis seu bobus comparare non abhorruit.

Dies festos collegio theologico concessos vix duos observant, ast alios instituunt, quos scilicet suis in gymnasio scholasticis speciali gratia vacantes concedunt.

Nunquam etiam hactenus capere potuimus, fructu et honore nostro fieri, quod ad publicas theologicas theses oppugnandas admittatur nullus, cum tamen aliarum majorum facultatum studiosi semper aliqui constituantur, qui finem, ad quem huiusmodi exercitia instituta sunt, consequantur et publicum doctrinae specimen edant. Ii, qui eorum volunt obtinere favorem, a canonico oportet ut abstineant studio, quod etsi directe non

dissuadeant, indirecte tamen modis omnibus id efficere conantur, quin alias testimonia denegaturos obiiciunt. Et haec praecipue theologos concernunt.

Indignissima quoque sunt et gravissima, quae in hanc ipsam celeberrimam academiam legibusque operam dantes et consequenter in sacrum nostrum magistratum plenis eisque illotis oribus effundunt et exspuunt; illam seductricem iuventutis vocitant et haec tenellis in gymnasiis ingeniis obtrudere passim in provinciis non abhorrent; quinimo horrenda haec vox „periit, peribit, periisti", quamprimum se quis Ingolstadium contulerit, passim in scholis audienda est. Quae cum ita sint, quis, quaeso, parens his et similibus vocibus perditionis auditis suum filium Ingolstadium tanquam (secundum ipsos) ad locum seductionis mittat? In quem vero finem haec ab ipsis passim spergantur, vos, patres amplissimi, considerate. Profecto nos has et similes voces iniuriarum in superiores nostros, viros gravissimos et vigilantissimos, principaliter redundare videmus, cum tamen magistratum habeamus satis severum et forte quibusdam nimis severum, quidquid isti fabulentur et hanc famosissimam academiam viribus omnibus destituant dissuadeant atque diffament, imo vix huc venientibus testimonia dare velint, sed eos quantum possunt retrahant atque detineant.

Publica item vox est et fama, florentissimam hanc academiam propter solos societatis patres eorumque dominandi libidinem et usurpatam Dilinganam disciplinam, quam in hanc liberam universitatem modis omnibus introducere conantur, iam a longe tempore defloruisse et de facto deflorere.

Hoc sane non levissimum atqui indignissimum et manifestum in iuristas odium, quod novam condiderint legem et nullus amplius in posterum legum studiosus in convictum recipiatur, quo multi honestissimi doctissimique tenuioris fortunae studiosi plurimum iacturae patiuntur, siquidem ab optimis conditionibus excluduntur et repelluntur, praecipui namque nobiles barones comites aliaeque illustriores personae in convictum se conferre solent, quibus praedicti studiosi praeesse possent, nisi eorum lex obstaret, propter quam multi nonnunquam studiis omnino valedicere coguntur.

Neque praeterea videmus, quo iure quave conscientia iuris studium, sine quo nulla respublica consistere potest, tanquam veram et non simulatam philosophiam (ut cum iurisconsulto loquamur) dissuadeant, nisi forte quod plenum ipsi in academiam et studiosos dominium non habeant, quo eos vere in servitutem redigere possent; sed absit, magistratum talem habere eos litteratos, quos Justinianus imperator suos Justinianeos appellare voluit, quos Fridericus imperator tot privilegiis et praerogativis donavit et dotavit, quos serenissimus et clementissimus noster princeps ac dominus Maximilianus vult libere florere atque vigere.

Ad philosophos et gymnasistas quod attinet, priores confundere, alium publice pestem scholae, indignum auditorio alium, tertium schola interdicere aliisque nominibus nominatim alios appellitare ac sordide pueriliterve tractare nec minimum signum (quo tardius clarius vel distinctius dictare moneantur) admittere, communissimum est; et propterea multi hac gymnasistica disciplina oppressi philosophica deseruere studia, plurimi, si huic malo non occurratur, in posterum facturi.

Multi de eorum philosophia ut parum vel nihil medicinae aut aliis scientiis inserviente conqueruntur. Neminem deinde ad philosophica studia



admittunt, nisi prius a decano philosophiae inscriptus fuerit, statuuntque, ut nullus hora nona (nisi cum eo dispensatum fuerit) ad lectiones canonicas audiendas egrediatur; quam vero facile sit, dispensationem impetrare, nemo non novit, qui philosophiae semel operam dedit; imo iis, qui in minimo eos offendunt, exclusionem scholarum et recusationem testimoniorum minantur.

Porro novos ad liberam hanc et instructissimam convolantes academiam pueriliter examinare, priusquam recipiantur, et cribrare praesumunt, quibus tamen academica libertas constringitur, authoritas laeditur et privilegia haud dubio contra mentem serenissimi nostri instringuntur et penitus tolluntur.

Posteriores, h. e. gymnasistas, sine discretione et respectu et, si fas est dicere, tyrannice tractant; „sine discretione et respectu" diximus, superioribus enim diebus tenellum quendam et delicatissimum baronem grobianiter (propter levissimam causam) truserunt, in terram proiecerunt et secundo castigarunt. Cum aliis baronibus illustribus et nobilibus exprimi nequit quam indigne etiam procedant, quos publice confundunt arguunt et omnino a scholis excludunt, cum semel tantum prima mensis dominica pro indulgentiis consequendis reverendorum patrum franciscanorum vesperas et processionem (omissis eorum vesperis) accedunt, sicut nuper cum nonnullis baronibus factum esse constat. Prohibent quoque gymnasistas, ne ab academicis, praecipue iuristis, phrases colligant, neve cum eis, ut qui nihil sciant latine, colloquantur. Tenuioris fortunae discipulis interdicunt, studiosis famulari, unde non tantum studiosi, sed et ipsi boni iuvenes, quibus taliter omnis paene vivendi alendi et studendi commoditas praescinditur, gravantur.

Amplius percepimus, aiunt, nonnullos ex studiosis et sodalibus monachis confiteri; hoc in posterum nullo modo amplius tolerabitur: quam legem publice in congregatione sanxerunt, profecto velint nolint manifestissime suspectos se reddunt de particulari in reverendos s. Francisci religiosos odio, de quibus etiam in supplici nostro de congregatione libello, quam academicam indigitant, cum tamen nihil minus velint academicam.

Cumque nuper a serenissimo nostro promulgatum esset, ut quilibet 40 horarum precibus hora a magistratu designanda interesset, non abhorruerunt ipsi in publica congregatione (contra mentem serenissimi et magistratus nostri) mandare, ut eadem hora in eorum templo omnes studiosi et sodales ad vesperas comparerent.

Imo quod gravius est et nobis studiosis molestissimum aliisque inauditum, non desistunt praedicti patres (sane contra professionem et regulas eorum), nos miseros studiosos tam privatim quam publice carpere et calumniari, sicut nuper patrem Mayrhoffer in publica exhortatione fecisse constat, qui nos per varias introductiones et verborum ambages filiis perditionis et diaboli comparare non abhorruit, quae vox quam deceat religiosum, iudicent sapientiores. At vero quem detractiones hae non moverent et excitarent? Verum quidquid sit, omnia haec hactenus summa patientia supportavimus, eo quod a nobis studiosis vice versa conclusum sit, ut quilibet patribus societatis omnem debitum honorem et reverentiam exhibeat, imo se quilibet pie et modeste gerat, quod et factum fuisse

hactenus absque iactantia gloriari possumus. Verum si praedicti patres ita perexerint, nullus nostrum pro alio de non offendendo cautionem dabit, cum difficile sit, inter nonaginta omnes omnia aequo animo perferre.

Accedat ultimo publica vox et fama, multos hanc academiam abhorrere, eo quod patres societatis in senatum academicum sunt recepti, quae res quantum adferat detrimenti, nemo non videt.

Tandem aliquando ex iam enarratis constabit, patres amplissimi, cur haec una catholica in Germania antiquissima et famosissima academia, quaeque tot tam graves et praestantes produxit viros, defecerit defloruerit decreverit.

Et haec sunt, consultissimi viri, et plurima alia, quae hactenus a patribus societatis Jesu extrema patientia sustinuimus, minime in posterum perferentes, quod gravia ac iniqua nimis sint. Quare magnificas dominationes vestras supplices rogatas volumus, ut nobis oppressis et paene suppressis quantocius subvenire et apud serenissimum ac clementissimum nostrum causas et partes nostras aequissimas agere et promovere velitis, ne volentes nolentes ad alias cogamur nos conferre academias, et ut quorum in poenis et correctionibus aequissimum lubenti et obtemperanti animo sustinemus iudicium, ab eisdem in afflictionibus nostris foveamur et protegamur. De reliquo magnificis dominationibus vestris totos nos committimus ac insuper, ut hactenus, in posterum sibi obsequentissimos et obstrictissimos offerimus. Datum Ingolstadii die 28 Martii anno 1610.

Maturior studiosa iuventus Ingolstadiana.

Nr. 131.

(S. Bd. I, S. 351, 359.)

Archiv-Conserv., Fasc. 11, Anf. Juni 1610, u. Archiv d. Univ. T, Vol. III, f. 34 ff.

Durchleuchtigister fürst etc. . . . . . Dieweiln wir ein zeit hero in mehrerlay weg verspürt und im werckh erfahren, dass die herrn patres societatis Jesu bey euer Dchlcht freyen universitet alhie je lenger je mehr herschen und, wie sie zu Dillingen und Grätz zuthuen pflegen, alles nach ihrem instituto anstellen und richten wöllen, hierdurch aber euer Dchlcht lobliche universitet den namen einer gemainen freyen hochenschuel verlieren und mitler weil, sonderlich wann dergleichen den ausslendtischen, bei welchen solche mehr alss den innlendtischen bekhandt und berüembt, zu ohren khommen solle, für ein trivial schuel möchte gehallten werden, haben wir aydtspflichten halber lenger nit khönen underlassen, eines und anders, dessen sich die patres yeziger zeit understehen, was auch vor diesem ihr vorhaben und intentum gewesen, underthenigist zuberichten . . .

. . . . Dass nemblichen gleich wie die herrn patres der societet Jesu, sobaldt sie bey der universitet eingewurzt, niemahln lang mit diesem content gewesen, wass man ihnen eingeraumbt, sonder sobaldt sie ihr gelegenheit ersehen, sich understanden, ihren fuess weiter zuesezen, ... also haben sie fürnemblich von der zeit an, do ihnen die artisten facultet

allain eingeraumbt worden, allerlay neuwerungen, ihren gewalt darinnen zuerzaigen, sich understanden, sonderbahre statuta facultatis artisticā minime dependentia ab universitate, sonder nach ihrem aignen willen mehr zu undertruckhung alss aufnemen anderer faculteten cudirt und noch täglich cudiern; .... ja und dieweil sie sich in grosser anzal wider allten fürstlichen recess in consilium universitatis eingetrungen und, so sie ein interesse schmeckhen, häufig in demselben compariern, zuvor aber, wann ihnen die sachen ein wenig bewust, in ihrem collegio, wie und was gestallt sie votiern wöllen, ex novo ipsorum statuto müssen underreden und übereinkhommen und widerumb juxta aliud noviter ab ipsis recusum statutum mehr der societet nuz und aufnemmen alss der hochschuel und deren professorn ehr und frommen in votando sollen bedenckhen, khönnen e. fstl. dchlcht gnedigst abnemmen, wie die hochenschuel als ein frey universal studium, sonderlich aber die juristen facultet bey ihnen rebus sic stantibus khönne floriern, sonder viel mehr täglich müsse abnemmen. Zu diesem ihrem intent dann, dass nemblich die herrn patres allain floriern und aufnemmen, andere aber dardurch gestürzt und allgemach in abnemmen gerathen, hatt pater Richardus Haller dazumahlu der societet rector alhie zu Ingolstatt zu der zeit, wie e. fstl. dchlcht geliebtister herr vatter die regirung wollen abtretten, der hochenschuel präjudicirliches begern gethuen, dass darauss nichts anders abzunemmen gewest, dann, wie die allte herrn professores doctor Hungerus und doctor Lagus, beeder seelig zugedenckhen, vermeldet, die hochenschuel sovil den rectorat und weltliche professores belanget cum summo dedecore lebendig zubegraben.

Dann sie dazumahlu begert, wann junge leuth zu der hochenschuel alher khommen, ... der rector.... zuvor zu dem decano facultatis artium oder weme der rector societatis an sein statt würdet verordnen solle schickhen und daselbsten examiniern lassen, was auch derselbe ihnen für lectiones würdet assigniern, dabey ohne mittl verbleiben und anderer gestalt nit eingeschrieben werden sollen; wann sich auch einer ainmahl under ihre disciplin begeben, dass derselbe allen und jeden ihren legibus und statutis durchauss solle underworffen sein und ohne vorwissen und bewilligung des decani facultatis philosophicā oder seines substituti kheine andere lectiones, alss ihme assignirt werden, hören, und wann sich einer darwider würde sezen, derselbe bei der universitet nit solle geduldet werden. Drittens das die pädagogi, welche mit den jungen leuthen alher geschickht worden, mit denselben sovil ihr lehrung betrifft nichts fürnemmen, sonder in einem und anderm .... nit rectorem academicum, sonder die artisten facultet für ihre obrigkheit erkhennen und derselben sollen underworffen sein; .... und welches noch mehr ist, dass rector societatis supremum caput et director facultatis artium sein solle und derowegen liberalium artium et philosophiā studiosos .... zu straffen macht haben, wofern auch dieselben von ihme rectore societatis ad carceres condemnirt, rector academicus solche straffen absque ulteriori disquisitione causā ohne alles mittel exequiern lassen und also des patris rectoris societatis khnecht sein solle.... Zue welchem endt sie dann zuvor herrn doctorem Fachineum privatim durch patrem Gregorium de Valentia, beede seelig, der-

massen lassen informiern und einnemmen, dass er fast in allen in senatu nostro ihnen auf starckhes verfechten patris Gregorii einen beyfall gethon.

Alss aber den herrn patribus dieses begehren nit wöllen angehen, auch durchauss nit zugedulden gewesen, ... haben sie gleichwol ein zeitlang hinderm berg gehalten, aber begebne gelegenheit, do nemblich herr doctor Hunger und doctor Lagus seeliger todts verblichen, von e. fstl. dchlcht ein neuwer theologus herrn d. Hungern substituirt worden, und sie vermaint, wir wissen umb die allte recessen und ihre zuvor gepflogene handlung nichts, hatt pater Anthonius Welser, auch dazuemahl societatis rector alhie gewesen, erstlich glimpfflich, hernach aber ernstlich und mit eingeführten rationibus und anerbottnen caution (welche aber nachkommender societatis rector gewisslich nit wurde gehallten haben, und wir ihnen desswegen zu Rom müssen beclagen oder mit ihnen in consilio viel balgen) vier patres theologos in consilio universitatis haben wöllen, und seindt zuvor vier philosophi, hetten also die patres acht gleichförmige und gewisse vota in universitatis consilio gehabt und ihr intent in allen sachen, in welchen sie ein interesse zue prätendiern, leichtlich khönnen erhallten und hindurch truckhen..... Nachdem ihnen aber auch solches nit gelungen, khommen die professores philosophiä, item ihre präceptores und präfect in gymnasio, welche nit mehr bittweiss, wie zuvor ihre rectores, sonder cum imperio verfahren; die philosophi zwar schaffen ihre discipulos ob leviusculam causam mit unbeschaidenen schuelerischen wortten sine ulla causä cognitione ohngehört der scholarn, sondern auff einzig ihrer auffstecher angeben unersuecht des herrn rectoris academici auss den publicis lectionibus, confundiern dieselbe offentlich, verhaissen in publicis lectionibus bildtlein auss, so einer ihnen werde die jhenigen, welche strepitum erweckhen, anzaigen..... Wöllen auch ad lectiones philosophicas niemandt weder ex gymnasio oder ander, so alher khommen, admittiern, er lasse sich dann zuvor bei ihnen einschreiben und underwerffe sich in einem und andern ihren statutis; .... verner auch nit leiden wöllen, dass dieselben, so philosophiä studiern, andere lectiones, sonderlichen jurisprudentiam darneben hören..... Diese und dergleichen schuelerische leges... bey einer gemainen universitet.... nit wol statt haben, aber zu München oder zu Grätz, Dillingen und dergleichen orthen, wo die patres societatis über ihre schueler selbsten herrn und maister sein und ex solo nutu ihres rectoren oder provincialen dependiern, sich etwas besser lassen practiciern.

Ess giltet auch bei ihnen kheiner nichts, er seie dann in der congregation b. Virginis, dardurch sie gleichwol offt übel betrogen und dergleichen gesellen manchsmahl weniger alss andere gueths thaen.

Wann sie baccalaureos wöllen promoviern, müssen dieselben zuvor ipso die promotionis, aber nit in der universitets pfarr, sonder ihrer kirchen sambtlich ein sacrum hören; dergleichen thuen sie auch mit ihren discipulis illustribus nobilibus und allen andern; dann dieselben das ganze jahr auch zu hochen fessten, da man zu opffer gehet, ausser der deduction rectoris, so im jahr fünfmal beschicht, in der universitet pfarrkirchen nit khommen, sonder contra expressa statuta academica jederzeit uff ihrem saal bey gewisser straff erscheinen müssen.....

In dem gymnasio alhie, welches gymnasium academicum genant, der universitet auch incorporirt, ... muss es alles über ainen laist (wie das sprichwortt lautet) gerichtet werden, man halltet weder in der lehrnung noch in castigiern kheinen underschiedt mit den discipulis.....

Es sein auch mehrgedachte patres societatis so weit khommen, dass sie die jhenigen, auch illustres personas, welche nit bey ihnen, sonder den herrn franciscanern und andern priestern beichten, von ihren schuelen wöllen ausschliessen..... Ja jeziger präfectus hatt wol sovil sich understanden, dass er einem rectori academico dörffen gleichsamb imperative einen zetl schreiben und begern, wan einer im gymnasio peccirt, denselben sine ulteriori causä cognitione auss der statt zuschaffen..... Und es sage rector et senatus academicus, was sie wöllen, haisset es bei ihnen „est contra nostrum institutum, pater provincialis, pater generalis ita disposuit", und dabey solle es ihrer mainung nach verbleiben und die ganze universitet sich darnach reguliern......

Ueber diss alles und wann sie die junge leuth durch andere mittl ihnen nit khönen underwürffig machen, so promulgiern sie in congregatione divä Virginis allerlay neuwe leges, alss do ist, dass alle sodales ihnen allain und sonsten niemandts beichten sollen; .... dass dieser ursachen halber biss in die 90 fürnemme scholarn omnium facultatum, welche sich alhie ehrlich und wol verhallten, auss der congregation gangen; diese haben die patres gleichwol durch allerlay gesuechte mittl wider an sich zuziehen vermaint; ..... damit sie dann noch nit zufriden gewesen, sonder weiln sie sich durch andere mittl gegen etlichen nit khönnen vindiciern, haben sie ehrliche personen und häusser, do sie ihre wohnungen haben, durch schreiben diffamirt.....

Primo quia nemo principum hactenus societati ita absolutam et independentem administrationem talis seminarii iuridici obtulit, uti nunc serenissimus elector offert; proinde, quod huic conceditur, alii nullo iure trahere in exemplum possunt, cum alii plerumque obtrudant nobis conditiones ab instituto nostro valde alienas. Secundo merita istius principis erga societatem profecto talia sunt, ut gratitudinis titulo videamur obligati, tantum ei deferre, quantum alteri fortassis nemini. Tertio necessitas etiam hoc loco maior est, quam forte usquam alibi terrarum, cum notorium sit, hanc patriam laborare ingenti penuria hominum, qui idonei sint ad rempublicam regendam; sed nec modus ullus apparet homines aptos efficiendi nisi per huiusmodi seminarium, cuius administrationem suscipiat societas, cum revera neque inter religiosos neque inter seculares sint alii, qui curam eiusmodi cum mediocri satisfactione gerere possint, id quod etiam aemuli nostri non sine gloria societatis agnoscunt. Quarto hinc etiam emerget magna utilitas et fructus spiritualis in totam Bavariam, augebitur gloria dei, quam potissimum in suis functionibus spectat societas, et hoc pacto ipsum electorem nobis magis devinciemus. Denique admissio talis seminarii non videtur ita clare prohibita in constitutionibus. Parte 4 const. c. 12 § 4 dicitur: medicinae et legum studium, ut a nostro instituto magis remotum, vel non tractabitur vel saltem ipsa societas id oneris per se non suscipiet. At vero in seminario isto nec legum studium a nostris tractabitur nec ipsa societas id onus, nempe docendi, per se suscipiet; ergo salvis hac quidem in parte constitutionibus suscipi tale seminarium potest. Neque etiam decretum 16 congregationis secundae clare contra admissionem talis seminarii militat, ut videre est, si verba decreti bene considerentur. Accedit ad haec omnia, quod non modica gloria redundatura sit in ipsam societatem ex administratione huius seminarii nobis a sapientissimo principe commissa, et erit hoc publicum testimonium in luce Germaniae ad laudem societatis propositum, unde omnes colligent, quanti hunc ordinem principum sapientissimus fecerit, cui soli rem tantam committere voluerit.

Difficultates quod attinet, eae nec multae sunt nec, uti apparet, plane insuperabiles. Prima, quod disciplina videatur haud facile conservari posse,

l quod experientia docuit eo tempore, quo iuristae admittebantur ad ostra seminaria. Sed considerari debet, nos longe plus auctoritatis in os iuvenes habituros, quam in convictores, cum ius dimittendi sit futurum enes nos, quae res una plurimum valebit ad illos in officio continendos, um semel dimissis reditus ad gratiam principis non ita facilis sit futurus, eque usquam habituri sint alibi locum tam idoneum ad prosequenda tudia; et cum isti alumni plerumque futuri sint homines adulti et matura etate, hoc uno foro in officio contineri non ita difficulter poterunt.

Secunda, quod iuvari a nostris in suis studiis non possint. Sed paratus st princeps, hominem unum alterumve idoneum alere, qui hunc defectum upplere cum dignitate queat.

Tertia, quod hi ipsi moderatores studiorum iuridicorum creabunt non iodicas difficultates; aut enim habitabunt in seminario aut extra; si in eminario, vix erunt patientes disciplinae nostrae nosque circa gubernationem uvenum non parum impedient; si extra, non multum iuvabunt studia dolescentum. Huic incommodo occurret delectus eiusmodi instructorum, ui videantur disciplinae nostrae patientes fore, quales forte adhuc plures eperientur; imo ex ipsismet alumnis cum progressu temporis tales formari oterunt; inter ipsos professores unus et alter est Ingolstadii, quibus si radantur tales iuvenes privatim instituendi, disciplinam ii nulla ex parte lissolvent.

Quarta, quod alumni, si non tractentur, prout ipsi optant, et vel modicum raetextum speciosae alicuius querelae contra superiores habeant, facile invenient patronos in urbe et vel suis professoribus vel rectore magnifico cademiae in suas partes traducto graves nobis molestias creabunt apud principem. Sed huic de pluribus similibus incommodis medebitur sapientia principis et constantia superiorum intuitu gloriae divinae ex hoc opere speratae fortiter ac strenue vigilantium. . . . .

Georg Speiser.

(f. 11) Hoc seminarium vel regetur a nobis, ut illis cohabitemus, el tantum per inspectionem non cohabitando. Si non cohabitemus, oportet onstituere non tantum oeconomum, qui temporalia illis subministret et rocuret, sed etiam alios, qui ad disciplinam attendant; hi autem difficulter eperientur. . . . . Si nostri cohabitare debeant, vel tantum curabunt nores et disciplinam constituto alio oeconomo . . . . . vel nostris committuntur omnia, sicut fit in convictu Dilingano et Ingolstadiensi. Si nostri antum disciplinam curent, quaeritur, quis debeat constituere oeconomum et illum ad faciendum officium adigere, cum illo pacisci de pretio cibi et similium et iudicare, si querelae contra illum veniant . . . . . Si vero nostris ommittuntur omnia, vel cogitat fundator pro fundatione assignare stabilia bona, ... vel singulis alumnis cogitat assignare certam pecuniae summam, v. g. 200 fl. aut 250 fl. Si assignentur stabilia bona, illa requirent magnam curam, quae necessario per alios exercenda erit. . . . . Si ergo alumnis assignetur certa pecunia, oportebit etiam assignare pro alendis nostris ac famulis et supellectili tam linea quam alia saltem in principio, antequam ex alumnis lucrum haberi possit, quod an unquam sufficienter haberi possit, dubium. . . . .

Quaeritur autem primo, quis possit ac debeat alumnos suscipere aut etiam rursus dimittere vel excludere. Videtur vero nullum esse dubium, quin suscipere spectet ad fundatorem; . . . . . si vero de dimissione agatur, praecipua ratio habenda est regentis et eorum, qui disciplinam et mores curant. Quaeritur secundo, quomodo studiosorum iuris profectus promoveri possit privatis exercitiis. . . . . . Videtur conveniens, ut professor aliquis excellens constituatur sumptibus ipsorum (contribuentibus singulis aliquot florenos), qui illos in convictu certa hora adeat et exerceat. Hoc modo cavebitur, ne admissio haec iuris studiosorum ad convictorium possit trahi in exemplum, cum nullibi facile tot futuri sint, ut operae pretium futurum sit, proprium professorem constituere, qui illos exerceat. Quaeritur tertio, cum plerumque non soleant omnium professorum lectiones audire, quis illis determinabit, quos audire debeant. Videtur ergo expedire, ut fundator ex sententia iurisperitorum statuat. . . . . . Quaeritur quarto, utrum ad hoc seminarium admittendi sint alii etiam studiosi tam iuris quam aliarum facultatum. . . . . . Videtur consultum, ut nulli admittantur nisi qui eadem studia, i. e. theologiae vel iuris, tractant. . . . . . Ad facilitatem disciplinae conservandae multum faciet, si illi, qui in alumnos suscipiuntur, testentur, se libenter et sponte, non coactos, in convictum venire et leges servare paratos esse. . . . . . Inter leges non videtur illa negligenda, qua illis prohibeatur omnis aditus non tantum hospitiorum publicorum, sed etiam omnium exterarum domuum. . . . . .

Manhart.

(f. 13.) Vehementer laudo propositum serenissimi electoris, qui haud dubie magnas causas habet, cur hoc suum collegium cupiat societatis curae committere, cum fere nullus alius videatur superesse modus iurisprudentiae studiosos pie catholiceque educandi, quam sub disciplina societatis. Ceterum dicere, quomodo difficultatibus occurri possit, non levis est difficultas. Quae videntur potissimae: Prima: iudicium gravissimum nostrorum maiorum, qui cum sapientissimi viri et spiritu dei pleni fuerint, viderunt, utique aliquid sub hac re latere mali, cuius vitandi causa iuristas a nostris convictoriis exclusos tantopere voluerunt . . . . . Secunda: certissimo futurum est, ut si societas serenissimo electori in hac re morem gerat, alii hoc exemplo permoti idem confestim petant . . . . . Huic accedunt aliae permultae difficultates partim ex modo servandi disciplinam, ... partim ex contagione, quam theologiae studiosi a iuristis sub eodem tecto habitantibus possunt contrahere, partim ex damnis, quae . . . . . . metuenda videntur, partim ex odio, quod incurret societas, ... partim denique ex aula ipsius serenissimi . . . . .

In oppositum est extrema necessitas Germaniae miserrime afflictae, in qua non leve periculum religionis catholicae metuendum est, nisi omnibus viribus laboretur, ut principes catholici sint bonis consiliariis instructi, quod non videmur alia ratione consequi posse, nisi societas etiam studiosorum iuris aliquam curam suscipiat, cuius rei causa nihil debet difficultatis refugere, cum etiam in Indiis, China et Japonia ob conversionem infidelium multa facere soleat, quae aliis in locis facere non convenit . . . . . Quid enim rei christianae utilius et optabilius evenire potest, quam si non solum

de bonis animarum pastoribus, sed etiam de piis atque zelosis et optime instructis iustitiae praesidibus eidem provideatur.

Ad difficultatem primam ..... responderi potest, tempora nunc esse longe alia, statum rerum mutatum. Necessitas nunc est tanta, quanta nunquam fuit. Si fuissent olim tales circumstantiae, aliter iudicassent maiores nostri, qui haud dubie nunc non obsisterent, si adessent ..... Experientia docuit, his viginti annis plus damni illatum esse religioni catholicae et adhuc inferri a politicis consiliariis catholicorum principum, quam ab ipsa haeresi, quod exemplis facile demonstratur; cuius rei causa potissima est, quod in academiis studiosi iuris gaudeant summa libertate faciendi, quod volunt, legendi libros, quoscunque volunt; unde fit, ut..... diligentius haereticorum iuristarum et Macchiavellistarum libros, quam catholicorum, legant...... Et, si non fallor, puto, serenissimum electorem propria experientia doctum hoc argumento quam maxime impelli ad propositum suum perficiendum.

Ad secundam difficultatem respondeo: Fateor, futurum esse, ut in exemplum trahatur..... Sed quid tum? Si bonum, si utile, si salutare est, quod conceditur, cur aliis negetur?..... Ad alias difficultates, quae adferri possunt, respondeo, nullam earum tantam videri, quae non possit superari industria, vigilantia, constantia et mansuetudine societatis .....

Laurentius Forer.

(f. 15.) ..... Quod attinet ad collegium pro 60 theologiae ac totidem iurisprudentiae studiosis a serenissimo electore Bavariae fundandum et societati nostrae subiiciendum, existimo, id opus fore praeclarum et societatem nihil facturam contra instituti sui rationem, si illud regendum in se suscipiat ..... Difficultas potissima est, ut aliquis idoneus reperiatur, qui tali collegio profici possit, et ut leges atque statuta condantur, quae ad gubernationem atque promotionem totius operis et instituti et ad oeconomiam prosint .....

Ant. Welser.

(f. 16.) Respondeo, ... ecclesiam hoc tempore praesertim in Germania nostra non minore laborare penuria bonorum sacerdotum et ecclesiasticorum hominum doctorum, quam iuristarum, quorum defectu multi catholici saepe haereticorum opera utuntur cum salutis dispendio et detrimento reipublicae catholicae...... Tria vero difficultatum genera societati per eiusmodi seminarii gubernationem et administrationem sese opponunt. Primum circa ipsam fundationem et oeconomicam administrationem, cui tamen ita occurretur facilius, si fundatio more seminariorum pontificiorum fiat ex numerata pecunia certo ac perpetuo statutis anni temporibus infallibiliter et citra societatis molestias ..... rectori societatis ..... adferenda et in manus tradenda......

Alterum difficultatum genus erit circa iuristarum praecipue praelectiones ..... Institutiones singulis bienniis possent et deberent absolvi, quas tamen iuxta praesentis temporis mores ..... alii vix octennio, alii decennio absolvunt professores easque dictando tantum absque repetitionibus et exercitatione; iuris canonici ..... totis annis vix aliquot tituli, nedum integri

libri praeleguntur ..... Occurri posse videtur per duos seculares iuris utriusque doctores, quorum unus privatim in collegio ..... per primum studiorum biennium institutiones una cum institutionibus iuris canonic bene explicabit atque exercebit frequentibus repetitionibus ac disputationibus, alter institutionum satis peritos pari modo propositis casibus ac thesibus ex iure canonico, digestis et codice exercebit ..... Qui duo, si forent ordinarii academiae professores, minore sumptu, maiore cum auctoritate et forsan etiam studiosorum fructu ista praestare possent; verumtamen quia aegre sese rectoris societatis Jesu directioni submitterent, ideo ad vitanda multa incommoda et maiorem cum academicis pacem praestare videtur, ut sint seminario proprii et honesto salario ex eiusdem proventibus iuxta cuiusque merita et rectoris arbitrium conducantur ad eiusdem nutum amovibiles; ..... academiae tamen professoribus saltem titulo extraordinarii adscribi possunt, atque inter alia seminarii privilegia a principe perpetuo decreto firmanda hoc habere, ut, qui institutiones tradit, institutionum professor, qui digesta codicem et ius canonicum tradit, eorundem professor dici ac scribi possit et in publicis actibus suam sessionem ac stationem habeat eo ipso, quod a rectore societatis talis collegii tali officio praeficiatur. Praeterea cum societas iuxta constitutiones nec civilem nec criminalem iurisdictionem per se aut per alios suos exerceat, ideo hisce duobus simul vel eorum uni, iuxta tamen arbitrium rectoris, a principe inter alia privilegia iurisdictio civilis committi posset, criminalis vero magistratui et rectori academico vel, quod deliberatione opus sit, uni magistratui academico, ut sola paterna maneat penes societatem. Erit etiam procurandum, ... ut si seminarii rector aliquem rebellem aut scandalosum rectori academico proposuerit graviori aliqua poena dignum, quam societas soleat infligere, vel omnino ex universitate et consequenter etiam civitate expellendum, id exequatur ..... Non solum theologi, sed etiam iurium studiosi instar nostrorum fratrum et iuxta rationem studiorum examinandi erunt ex illo anno auditis......

Restat tertium genus difficultatum circa disciplinam, receptionem et dimissionem ex seminario, quod tamen salutaribus statutis mitigari potest....

Christophorus Stebonius.

Nr. 135.

(S. Bd. I, S. 387.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 15.

Von Gottes gnaden wir Maximilian pfaltzgrave bey Rhein hertzog in Obern und Nidern Bayrn dess heyligen Römischen Reichss ertztruckhsess und churfürsst bekhennen alss ainiger regirender landtsfürsst und thuen khundt menigclich: Nachdeme weylundt die durchleuchtige hochgeborne fürsten unser vorfahren vettern uranherr anherr und vatter alle pfalzgraven bey Rhein hertzogen in Bayrn seeligclich zugedenkhen die universitet und hochschuell in unserer vesstung Ingolstatt der christenheit und gemeinem nutz auch unsern landen und leuthen zue ehr und wollfahrt mit merckhlichem



cossten erhebt und aufgericht und derselben universitet scholarn und glidern sonderbare constitutiones decreta statuta ordnungen und privilegia gegeben, die hernach von einem und andern regirenden fürsten zum thail geändert gemehrt und verbessert worden, und wir gleichfalss wahrgenohmmen, dessen auch von bemelt unsserer universitet erinnert worden, dass die daselbst vorhandene statuta academica einer verbesserung (zumahln sich status bisshero umb vill geändert und derentwillen etliche dieser zeiten unpracticirliche puncten darinnen begriffen) höchst vonnötten, dass wir jetztbesagte statuta academica abfordern und durch unsere sonderbahre darzue deputirte geheime und andere räthe die notturfft, was nemblichen darbey zuändern und zubessern, daryber berathschlagen und unss alssdann gebihrende relation erstatten lassen, uns auch auf ihr umbstendige und aussfiehrliche relation also gnedigist erkhlärt, wie solches nachfolgendes libell bezaigt.

Caput 1.
Constitutiones et privilegia academiae Ingolstadianae.

Leges bonae a sapientibus viris constitutae sunt, ut pravis hominum studiis sublatis recte vivatur generisque humani societas atque concordia conservetur; cum enim lex sit recti iussio pravique depulsio, quae et supplicio improbos afficit et defendit fovetque bonos, eadem nihil potest esse aptius ad tuendam humani generis conditionem et asserendam communem vitae tranquillitatem; quamobrem ut iuventutis, quae in hoc praeclarissimo bonarum disciplinarum theatro ad omnem honestatem exercetur, indoles certis finibus circumscripta eo suavius utiliusque formetur, florentissimi huius studii Ingolstadiensis senatus academicus sequentes leges constitutiones et ordinationes iuxta iuris communis dispositionem statim quidem ab initio conditae academiae, deinde pro diversa ratione temporum et morum varietate aliquoties censas et nonnihil mutatas, nunc vero postremo serenissimi principis domini domini Maximiliani comitis palatini sacri romani imperii archidapiferi et electoris iussu ad incudem revocatas et emendatas ea, quae sequitur, forma denuo conscribi proponi et promulgari fecit statuitque, ut bis quotannis publice in aula maiori praesentibus omnibus academiae capitibus et membris praelegantur atque de cetero vim habeant omnes ac singulos huius studii generalis subditos obligandi. Quod ut faustum felixque sit, faxit deus optimus maximusque, per quem legum conditores iusta decernunt.

Caput 2.
De consilio universitatis rite ordinando.

Statuendus est senatus, ut a totius academiae consilio veluti senatu primario exordiamur; penes hunc volumus plenam ac summam constare authoritatem et facultatem ordinandi statuendi decernendi atque exequendi omnia et singula, quae vel ex iuris dispositione vel privilegiis aut consuetudine ad officium senatus spectant; in quo quidem consilio praecipui ac perpetui habebuntur rector et trium principalium facultatum ordinarii professores, ita tamen ut ex theologis societatis Jesu huic consilio duo tantum intersint, quibus adiunctum volumus ex artium facultate decanum una cum tribus magistris eiusdem facultatis nomine atque consensu huc deputatis.

Et qui primum in consiliarium assumitur, sequenti astringatur iuramento, quod rector exiget: Ego N. promitto et iuro primo, quod serenissimi principis et domini domini Maximiliani comitis palatini Rheni superioris inferiorisque Bavariae ducis sacri romani imperii archidapiferi et electoris haeredumque suorum hanc urbem Ingolstadiensem possidentium honorem et huius suae academiae utilitatem procurabo, quodque vicissim dedecus atque damnum, quomodocunque incidet, pro virili avertendo impediam. 2. Promitto et iuro, me diligenter curaturum, ut studiosorum causae praesertim in iudiciis ad rationem legum et privilegiorum huius academiae legitime decidantur. 3. Promitto et iuro, quod a rectore aut eius vicario accersitus statuta hora, non tardius, sed ut cum primis adsim, veniam et propositionibus vel rectoris vel partium intererο easque audiam et deinceps bona fide in medium consulam, quae ex re academiae esse intellexero. 4. Promitto et iuro, quod ad singula, quae rector proponet, deliberabo fideliter et, quantum meum fert iudicium, respondebo nulla interim amoris odii pretii et privati affectus ratione habita. 5. Promitto ac iuro, quod, si necessitas exigat, sedere velim pro tribunali cum rectore, illi auxilio esse atque secundum dictamen rationis iustam ferre sententiam. 6. Promitto ac iuro, quod secreta universitatis et consilii et earum praesertim rerum, quas celare iubebor, et eorum demum, quae in praeiudicium vel academiae vel singularium eius personarum vergere videbuntur, ad alios non efferam. Sic me deus adiuvet et haec sancta dei evangelia.

Juramentum illorum, qui ex professoribus societatis Jesu in senatum academicum recipiuntur:

Ego N. promitto ac iuro, quod ad singula, quae in senatu consiliove proposita fuerint, deliberabo fideliter et, quantum meum fert iudicium, respondebo nulla amoris odii pretii privatique affectus habita ratione, sed, quam iustam arbitratus fuero, sententiam dicam pro publico commodo academiae, secretaque universitatis et consilii ac earum etiam rerum, quas celare iubebor, et quae in praeiudicium vel academiae vel singularium eius personarum vergere videbuntur, non efferam ad alios neque publicabo. Sic me deus adiuvet et haec sancta dei evangelia.

1. Inter consultandum autem nemo consiliariorum alteri convicia dicat neque alterius sententiam et suffragium verbis iracundis iniuriosis aut concitatiori animo perturbet, verum ubi ex ordine super negotio in consultatione proposito dicere iussus, deinde sententiam suam modeste proferat.

2. Licebit tamen rectore aut eo, qui ex ordine loquitur, permittente aliquid cum modestia, si ita visum fuerit, extra ordinem depromere; si vero quispiam temerarius alterius suffragium interrumpat aut alios modestiae limites longius excesserit, ei pro qualitate rei poena arbitraria a rectore vel a consilio infligi potest.

3. Porro cavebit rector, ne consilium saepius et leviusculas ob causas cogat ac professores gravet eorumque studiosos fructu lectionum publicarum defraudet; potissimum igitur dominus rector sua diligentia et per se patribus conscriptis res exequatur aut, ubi necessitas postulaverit, ad totum consilium referat.

4. Cum autem praesens necessitas magnopere expostulet, ut singulis angariis commodo die, i. e. quater in anno, stata consilia celebrent, volu-



mus, quod omnes consiliarii iis diligenter intersint, ubi de gravioribus quibusque negotiis, quae vel totam academiam vel cameram respiciunt, tractandum erit; deinde etiam de professoribus omnium facultatum, quoties unusquisque proximis tribus mensibus cessaverit et quousque pervenerit in legendo, ne auditores defraudentur lectione librorum, quos expedit citius absolvi, inquirendum; tertio de studiosis in qualibet facultate, sintne plures negligentiores aut inquietiores solito, quarto de professoribus facultatis artium an studiosi habeant et audiant libros sibi necessarios ad cursum complendum.

5. Haec aliaque id genus bonum et utilitatem academiae concernentia in consultationem adducantur praesertim a decanis omniaque conscribantur et quae videbuntur necessaria, ad serenissimum electorem referantur, ut sic metus faciat etiam cautiores.

6. Concludat rector id, quod maior pars consilii consenserit, quod, si pares fuerint sententiae, eam amplectatur, quam ipse saniorem iudicaverit, eamque consilium totum strenue observare, et rector diligenter exequi debet.

7. Vocatus per rectorem consiliarius compareat, sicut in iuramento promisit, ac ad praescriptam horam sit praesto; contumax vero vel qui tardius iusto venerit, poena arbitraria mulctetur, nisi urgente causa vel venia prius a rectore petita et impetrata excusetur. Interdicimus postremo rectori sub poena arbitraria syndicatus, ne accersat consiliarios ad consilium sub iuramento aut obedientia debita excepto casu, si propter negotium arduum consilio aut ad minus decanis quatuor ita faciendum videatur.

Caput 3.
De rectoris electione.

1. Ne academia sit sine capite, rector eligendus, apud quem summa rerum sit in omnibus post plenum universitatis senatum causis camerae exceptis, quae stabiliter a senatu academico praeter res graviores etiam iuxta recessus serenissimi electoris Maximiliani ad totum senatum referendas commissae sunt et committi solent certis patribus academicis. Deligatur autem aliquis a senatu sive clericus sive uxoratus, dummodo ad hoc officium sit aptus, et clericus nullam religionis regulam professus; potest tamen universitatis consilium illustres scholasticos adhibito prorectore honorare, si tamen eligendus annum vicesimum aetatis suae excesserit et statum ac decentem rectoratus honestatem servare voluerit.

2. Ceterum ut tam onera quam honores rite distribuantur, bis in anno rectoris electionem constituimus celebrandam, nempe in die sancti Georgii martyris et divi Lucae evangelistae re divina prius de spiritu sancto peracta.

3. Ordo quoque per facultates servetur, nisi rationabilis causa aliud suadeat, propter quam transilire licet ad aliam facultatem.

4. Jurent quoque consiliarii rectorem eligentes ad manum eius, qui iam officium resignavit, quod penitus dolo et fraude posthabitis idoneum deligere velint, secundum quod ratio et conscientia suaserit, non prece odio sive muneribus corrupti.

5. Verum qui donis aut precibus aut alio prohibito modo occulte vel publice ad rectoratum aspiraverit et de eo constiterit, pro eo tempore non esse eligibilem et pro illo saltem tempore eligi non posse decernimus.

6. Electus vero unanimi senatus consensu officium atque administrationem intra spatium unius diei assumere debet sex aureorum nummorum poena proposita.

7. Designato ac proclamato publice academiae rectore iuret sic recens electus ad manum antecessoris sui, se serenissimi electoris nostri ac praeclari huius studii Ingolstadiensis utilitatem promoturum ac damna quaelibet emergentia pro viribus prohibiturum et officium rectoratus iuxta statutorum ac privilegiorum mentem diligenter administraturum.

8. Amplius decenti et honesto cultu vestitum esse volumus rectorem, ut et discrimine aliquo ab aliis discernatur; cappa consueta trium digitorum fimbria exornata utetur nec solus sine comite saltem uno incedat.

9. Statuimus quoque, ut rector defunctus officio intra triduum sigillum cum elencho studiosorum et omnibus literis, quas percepit, novo rectori reddat rationemque ponat accepti et expensi in praesentia novi rectoris et quatuor decanorum.

Caput 4.
De rectoris officio.

1. Volumus itaque, rectorem legitime electum in omnes studiosos huius gymnasii iurisdictionem ordinariam, quam ex diplomate apostolico et privilegiis ducalibus sortitur, exercere; iuxta eam definiat, ius dicat atque omnia pro utilitate academiae et subditorum disponat, consilium cogat, articulos proponat, suffragia singulorum colligat, rixosis silentium imponat et iuxta deliberata, ut supra statutum est, decernat.

2. Rector designatus statim post electionem suam publicum scriptum affigat sub mulcta arbitraria a consilio ipsi determinanda, quo studiosis severe prohibeat provocationes duella grassationes et clamores nocturnos aggressiones et offensiones vigilum pasquillos tam scriptos quam verbales (vulgo das haintzlspülen) saltationes publicas, nisi ad cohonestandas nuptias sint invitati, et alias id genus insolentias.

3. Interdicimus tamen serio nostrae academiae professoribus, ne sint faciles in exhibendis scriptis testimoniis, quae requirere solent otiosi cessatores, qui aut nunquam aut raro lectiones frequentant; in posterum etiam nulli detur testimonium nisi addita qualitate, quomodo se in moribus et studiis gesserit; quodsi praelectorum aliquis negligentibus gratum facturus testimonium dederit, rector ab eodem poenae nomine duos germanicos aureos exigere poterit.

4. Ad hoc si rector negotiorum gratia academia abire necesse habeat, certiores eius rei faciat quatuor decanos vicariumque rectorem surroget eum, qui proxime magistratum gessit scholasticum, eique committat libellos sigillum sceptra atque omnia, quae ad rectorem spectant, qui subire cogitur hanc provinciam sub poena duorum aureorum germanicorum; si tamen per biduum tantum aut triduum absens futurus sit rector, solus vicerectorem sibi substituere poterit.

5. Rector praeterea quilibet in fine officii sui ad theatrum collegii

amplissimum studiosos et sibi subditos omnes convocabit, ubi ad bonos mores praeclaras virtutes et literarum studia adolescentes adhortabitur; novus deinde rector proximo die commodo statuta huius universitatis per notarium recitari curabit, ne quis ignorantiae praetextu sese, ubi deliquerit, excusare pergat.

6. Ceterum rectorem talem aequitatem et iustitiam administrantem Christus salvator noster bonis omnibus affatim cumulabit coronaque iustitiae coronabit.

7. Cui addimus tertiam partem eius pecuniae, quam solvunt, qui albo studiosorum nomen suum tempore suae administrationis dabunt, nec non et medietatem mulctarum; de sigillis vero totam pecuniam sortiatur, sicut et arma digladiantibus adolescentibus adempta ei ex integro cedere volumus, pro singulis tamen solvet excubitoribus 6 kr., si per vigiles rectori allata fuerint.

8. Sententias et decreta senatus solus rector non mutet nec remittat, sed si omnino aliqua causa vel intercessio id suadere videatur, senatores universitatis praesentes (et non per schedam sine urgentissima causa) ea de re consulat et ex ipsorum arbitrio vel mutet vel remittat vel perseveret in executione.

Caput 5.

De sigillis universitatis.

1. Academia ex liberalitate serenissimi ducis Ludovici habet sigillum maius, minus et secretum; consultum autem est, ut maius et minus in archivo collegii veteris una cum privilegiis et diplomatibus asserventur, secretum autem una cum sceptris apud rectorem magistratum gerentem.

2. Usus quoque [*zu lesen* quippe] sigilli maioris sit in gravioribus, veluti privilegiis universitatis redditibus censibus et magnis contractibus obsignandis; verum iudicialia et testimoniorum scripta tam graduum alicuius facultatis adeptorum quam causarum minori, literae vero promotoriae epistolae et mandata rectoris et consilii secreto muniri debebunt.

3. Cum itaque odiosum fastidiosumque sit, rectorem toties inquietari ratione sigilli, constituimus, ut studiosus quivis literas testimonii nomine flagitans exponat pro sigillo imperialem, pro iudicialibus et intercessionalibus 30 kr., de literis telonii 6 kr., nisi magnitudo rerum aliud efflagitet.

Caput 6.

De quatuor facultatibus.

1. Etsi rerum summam penes rectorem tanquam supremum academiae caput esse volumus, quia tamen universale studium est, in quo bonae artes omnes et honestae disciplinae iuxta maximorum pontificum privilegia et concessiones doceantur et conserventur, ideo ordinamus etiam et statuimus, ut totum academiae corpus in quatuor secernatur ordines seu quas appellant facultates, theologorum sc., iurisperitorum, medicorum et philosophorum, quorum unaquaeque proprium habeat et collegium et decanum eaque sanciat omnia et statuat, quae ad eius facultatis bonum et incrementum spectare videbuntur, cum primis vero, quod ad docendi munus audiendique et promovendi rationes pertinet; curet quaeque facultas diligenter, ut pro studiosorum utilitate et academiae honore ea praecipue

praelegantur et doceantur, quae honesta sunt pudica et utilia, et ut in distribuendis honoribus singularis delectus adhibeatur, ne quibuslibet statim citra omne discrimen honorum gradus decornantur; sicut enim dignis merita laborum praemia sunt deferenda, ita indignis haud iniuria denegari possunt et debent.

2. Porro cuiusque facultatis decanus, qui iuxta illius facultatis statuta legitime ordinatus fuerit, non prius se officio abdicet suo, quam rector supremo magistratu defunctus fuerit, cui et ipse in consultando operam suam, qua potuerit fide et diligentia, locet fideliterque illis assistat, seu id exigat iudiciorum seu aliarum rerum agendarum necessitas. Tum autem officium suum se recte fecisse credat, si reipublicae bonum pro sua virili portione recte promoverit et curaverit.

3. Ita autem salva esse volumus et libera cuiusque facultatis iura et authoritatem, ut nulla aliam impediat in negotiis causis et tractationibus neve superior in inferioris detrimentum quidquam statuat; hoc etiam prudenter caveatur, ne quidquam facultas aliqua statuere tentet, quod in praeiudicium fuerit universitatis aut decretorum eius; id quodsi forte fecerit et a supremo magistratu admonita desistere noluerit, contumacia illius et protervia ad electorem deferri potest et debet.

4. Volumus denique, ut horum statutorum exemplar unaquaeque facultas penes se habeat, ad quod decanus quilibet, si opus fuerit, recurrere possit, quia durante suo decanatu rectori assidendo et consulendo assistere debet.

Caput 7.
De cultu divino.

1. Nihil docent literae sacrae diligentius et inculcant crebrius, quam cultum dei; nam quidquid vere bonum est, id ab authore bonorum omnium venit; quare ne et in nostra republica illum neglexisse videamur, principio statuimus et mandamus, ut quilibet rector ipso electionis die rem divinam de spiritu sancto pro felici futuri rectoris inauguratione fideliter fieri curet.

2. Rector post renovationem studiorum electus duo sacra peragenda instituat, alterum quidem pro iis defunctis, qui in nostra academia ex hac vita pie decesserunt, alterum vero in divae virginis matris Mariae laudem et honorem; quibus sacris ut omnes iurisdictioni nostrae subiecti, cuiuscunque ordinis et dignitatis fuerint, religiose intersint, sub poena arbitraria infligenda praecipiat.

3. Adhortetur etiam rector sacerdotes, si qui forte studiorum gratia hic fuerint, ut pro bono incremento et conservatione scholae nostrae, pro principibus item fundatoribus benefactoribus doctoribus magistris et toto studiosorum coetu simul et iis, qui deo sic volente ex hoc seculo egressi pie in Christo domino obdormierunt, orent.

4. Statuimus etiam et praecipimus, ut omnes digniores huius studii personae doctores licentiati magistri ac nobiles statis diebus festis maxime solemnibus oblationes suas iuxta sacrosanctae ecclesiae constitutiones ad altare religiose offerant, ne quisquam scilicet in conspectu dei vacuus appareat, in contemptores poena arbitraria animadversuri.

5. Volumus etiam, ut iuxta morem et consuetudinem aliarum aca- ɜmiarum certis diebus feriis orationes piae simul et doctae de rebus gra- .bus ad studiosam iuventutem habeantur.

6. Item si contigerit, aliquem ex illustri familia ortum doctorem centiatum magistrum aut insigni alioquin generis nobilitate clarum e vita iscedere, rector indictis feriis omnibus iurisdictioni nostrae subditis mandet, ; funeri deducendo intersint idque sua praesentia cohonestent, porro ad cequias proceres et qui dignitate aut generis nobilitate praestiterint per ədellum vocentur.

7. Si autem princeps noster serenissimus aut serenissima coniux illius, uod dei optimi maximi clementia diu prohibeat, naturae concesserit, rector ›nvocata tota scholastica multitudine exequias illius eo apparatu funebri , pompa peragi curet, quae principe digna.

8. Item ordinamus et volumus, ut ipso sanctissimi corporis Christi ·sto omnes nostri subditi, cuiuscunque ordinis et dignitatis fuerint, solemni rocessioni summa cum religione intersint et, quae tunc fieri solent, cum liis pie exequantur.

9. Jam etiam ut honorem dei optimi maximi cumprimis deinde etiam :ademiae nostrae promoveamus, volumus et statuimus, ut in praecipuis :clesiae festis rector una cum consiliariis et toto scholastico coetu sacris d divam virginem matrem Mariam intersit; ut autem solita pompa et ·equenti omnium subditorum comitatu eo deducatur, praecedenti die publico licto mandet, contemptores vero poena arbitraria puniat.

10. Festa autem praecipua, quibus hunc honorem et reverentiam a obis deferri volumus, haec esse declaramus: nativitatis, resurrectionis hristi, pentecostes, assumptionis Mariae et omnium sanctorum; sub eadem uoque poena severe praecipientes, ut omnes omnium ordinum et dignitatum ;udiosi in iam dictis feriis divina officia religiose audiant, auditis illis ›ctorem inde ad aedes suas honorifice comitentur et deducant.

11. Speciali quoque mandato serenissimus dux et elector Maximilianus ıepius cavit, ut omnes iurisdictioni subiecti, si catholicam fidem profitean- ır, non secus atque magistratuum aliorum subditi schedulas tempore ıschali sanctissimam eucharistiam sumentibus in utraque huius oppidi ıroecia dari solitas recipiant easdemque feriis finitis rectori universitatis ıt suo cuilibet parocho, in cuius parochia eo tempore habitat, per pe- əllum et unum vel alterum de subditis nostris ad eiusmodi schedas ›lligendas pedello adiungendum transmittant, quatenus ecclesiae praecepto ac in re satisfecisse noscantur.

Caput 8.
De professoribus et lectoribus ordinariis.

1. Ne quilibet docendi munus statim sibi usurpet, volumus summum aberi delectum non minus in professoribus ipsis quam libris et praelegen- ıs authoribus; ordinamus itaque et statuimus, ut nullus ad publice docen- um admittatur nisi prius coram toto senatu academico legitime se in ıdem professione insignibus exornatum manifestis et sufficientibus argu- ıentis docuerit.

2. Porro docendi muneri ita, ut diximus, legit [*fehlt* praefectus]

priusquam publice docere incipiat, praestito iuramento polliceatur, bona sese fide et diligentia, qua poterit, summa ea dumtaxat docturum, quae pro auditorum utilitate esse cognoverit, alienis negotiis se non involuturum, iis maxime, quibus a docendi officio impediri possit; qui si negligentiarum forte convictus fuerit, rectoris et totius senatus arbitrio poenam se subiturum promittat.

3. Ut autem poena, quae negligentiis debeatur quamque cessatoribus imponi volumus, neminem lateat, statuimus et decernimus, ut pro qualibet neglecta lectione iuxta cuiusque salarii numerum et quantitatem de centum aureis dimidius detrahatur; theologi autem, qui alternis dumtaxat vicibus legunt, eam mulctam duplicandam censuimus.

4. Porro rector statim ab initio administrationis suae omnes professores ordinarios ad se vocet eorumque negligentias praesente etiam camerario inquirat, quas ipsi, postquam bona fide, prout iuramento obstringuntur, deposuerint et assignarint, rector poenas praescriptas declaret eisque imponat, nisi forte graves alicui causae fuerint, cur senatui indemnis videri debeat ac possit; causas autem lectionum neglectarum legitimas ac rationabiles esse putamus et declaramus afflictam valetudinem, sanguinis diminutionem, cui biduum, medicam corporis curationem, cui unum diem concedimus et indulgemus, aut si forte quispiam propriis negotiis, quae neque sine suo malo negligi neque commode per literas aut procuratorem expediri possent, occuparetur; ad hoc accedere possunt serenissimi principis eiusque consiliariorum negotia aut etiam nuptiarum cohonestationes, quae tamen omnia et alia iis non minora senatus nostri consilio et prudentiae aestimanda relinquimus.

Caput 9.

De vacationibus atque feriis.

1. Ne autem perpetuus docendi labor professoribus paulo molestior videatur et ut interdum rebus quoque privatis et utilitati suae studere possint, ferias et vacationes maiores statuimus et decernimus in omnibus quatuor facultatibus a festo s. Bartholomaei usque ad festum s. Lucae, item a festo s. Thomae apostoli usque ad alterum immediate post trium regum diem, a sexagesima insuper usque ad proximum a dominica Invocavit diem; publicae etiam feriae habeantur a dominica palmarum usque ad dominicam Quasimodogeniti diem, per dies quoque rogationum et octavae corporis Christi solitas ferias concedimus et indulgemus.

2. Vacationes autem minores sequentibus diebus esse volumus et declaramus: Joannis Chrysostomi, Thomae Aquinatis, Gregorii Magni, Benedicti, Joannis ante portam latinam, Ivonis, Ignatii Lojolae, festum portiunculae, Rochi, Francisci Xaverii, Barbarae, Luciae, nec non iis omnibus, quibus iuxta sanctae matris ecclesiae constitutiones aut dioecesis Eystadianae consuetudinem receptam civitas haec Ingolstadiana ferias indictas agere et celebrare consuevit; die autem Jovis, quo extraordinarii legere solent, ordinarii non legant, iurium tamen professores mane ab hora 8 usque ad 10 more antiquo sua privata collegia habeant, quae etiam a medicis instituenda esse serenissimus elector Maximilianus sancivit; permittimus quoque

eos dies, quibus iurium et medicinarum professores aliquando ex certis camerae causis et negotiis occupantur.

3. Porro professori ordinario a principe docendi gratia huc accito, si forte rebus suis melius prospecturus et ad meliorem conditionem aspiraturus abire a nobis destinaverit, semestre constituimus, ut ante illud, priusquam hinc discedat, principem aut saltem consilium nostrum academicum de abitu suo certiorem reddat, quemadmodum et princeps noster vicissim sese hoc facturum, si aliquem forte dimittere voluerit, benigne pro suo favore et clementia promisit et constituit. Prohibemus etiam, ut non doctores et legitime non promoti in cathedras superiores, quae amplissimo dumtaxat doctorum ordini destinatae sunt, non conscendant, verum ii publice docendi potestate impetrata in inferioribus tantum subselliis consistant et sese contineant.

Caput 10.
De inscribendis et recipiendis in album academiae nostrae.

1. Volumus et sancimus, studiorum causa huc venientes ultra octiduum hic non morari, quin nomen albo universitatis nostrae tradant praestito rectori iuramento de serenissimi principis nostri et scholae nostrae commodis pro viribus promovendis, incommodis autem avertendis sub tali forma: Ego N. iuro, me serenissimi principis et domini domini Maximiliani comitis palatini Rheni superioris inferiorisque Bavariae ducis sacri romani imperii archidapiferi et electoris atque successorum suorum et scholae nostrae commoda promovere pro viribus, incommoda vero avertere neque suae serenitati sive universitati sive huic oppido unquam ullum damnum seu detrimentum adferre velle, quamdiu hic studens fuero atque academiae privilegiis gaudere voluero; quodsi vero damnum fecero, id ipsum resarciam iuxta ipsius universitatis dispositionem. Juro item, me observaturum statuta et statuenda ac laudabiles consuetudines huius academiae Ingolstadiensis, donec ibi studens permansero; quodsi non ero dicto audiens, poenam transgressoribus constitutam aut per rectorem aestimandam sustinebo. Juro praeterea, libertates et privilegia atque ea, quae bonum academiae respiciunt, citra cuiusquam iniuriam debito modo pro virili me promoturum. Juro quoque, obedientem me futurum atque obtemperaturum rectori universitatis et singulis rectoribus pro tempore eligendis in omnibus licitis et honestis, quibus una cum studii huius regentibus dignam exhibebo reverentiam et honorem, quemadmodum decet. Jus porro accipiam coram rectore in prima instantia in quibuscunque causis negotiis aut contractibus sub tempus studiorum meorum hic natis aut exortis ad forum gymnasii literarii pertinentibus, dum tamen salva sint mihi iuris remedia. Juro postremo, me non habiturum famulum, nisi qui in catalogum studiosorum sit relatus aut saltem mihi iuratus fuerit, serenissimi principis nostri atque academiae bonum et commodum se procuraturum, item et rectori obtemperaturum sine fraude et captione. Sic me deus adiuvet et haec sancta dei evangelia.

2. Omnes quoque scholae nostrae iurati eos, qui sub ficto scholarium titulo hic degunt, rectori indicare obligentur.

3. Qui autem praetextu studii huc veniens nomen suum albo scholae nostrae dare recusat, is tanquam academiae privilegiis indignus civico

magistratui tradatur et oppido expellatur decreto serenissimi principis Alberti senioris.

4—9. Numeret autem episcopus vel princeps pro inscriptione 3 fl., abbas praepositus et decanus ecclesiae cathedralis simul etiam comes et baro 2 fl., a scholari theologiae iuris medicinae accipiantur 64 nummi, artium scholaris rectori pro inscriptione persolvat 48 nummos, pauper nihil solvere cogatur, doctor licentiatus et magister ex aliis academiis huc veniens gratis inscribatur.

10. Et quia hactenus experti sumus, nonnullos non modo ex Ingolstadiensi verum etiam propinquis gymnasiis nullo suo bono, sed plerumque in praeceptorum suorum contemptum intempestive publicis lectionibus academicis se ingerere, ideo deinceps nemo admittatur ad ullas superiorum facultatum lectiones, qui idoneo gymnasii, in quo literis operam dedit, testimonio non probaverit, se per annum rhetoricam audivisse, nisi iudicio senatus academici causa rationabilis aliud suadeat.

11. Quilibet porro hic studentium noverit, se saltem duorum professorum ordinarie profitentium lectiones publicas quotidie audire obligatum esse.

12. Cum denique multum rei literariae intersit, ut legitime constet, quas unusquisque studentium per annum lectiones et quam frequenter et constanter audierit, ideo quaelibet facultas quovis anno post renovationem studiorum publico affixo programmate auditores suos convocabit, ut partim nomina inscriptorum recognoscantur, partim vero ii, qui a proxima inscriptione ad academiam primum accesserunt, de novo inscribantur.

Caput 11.
De privilegiis et immunitatibus scholae nostrae et earum observatione.

1. Quia autem gratiae ac favores virtuti loco praemii esse solent, nostras immunitates libertates et privilegia non turpi otio deditis nec torpori aut desidiae addictis concessa volumus, verum eos illorum participes facimus, quorum opera in optimis studiis et vita excolenda consumitur et qui ad hoc gymnasium velut ad virtutis et doctrinae emporium veniunt; beneficium enim, ut recte et prudenter maiores nostri dixerunt, nonnisi propter officium conceditur; qui igitur vel nullis lectionibus intersunt vel oscitanter eas audiunt, praevia admonitione ab academia nostra removendos statuimus.

2. Sedulo quoque observandum statuimus mandatum a serenissimo principe Ludovico anno 1477 die 21 sept. praesentibus rectore iudice huius oppidi et utriusque magistratus senatoribus aliquot confirmatum et acceptatum per rectorem et senatum academicum, ne in prehendendis aut in vincula coniiciendis studiosis ratione captivitatis per apparitores aut vigiles a captis quicquam pecuniarum exigatur.

3. Nulli etiam apparitorum vigilum aut aliorum fas sit, contra consensionem et veniam rectoris et consilii aliquem scholarium ex cuiusquam aedibus vi educere eiicere aut alio quovis modo manus violentas iniicere.

4. Praefatus serenissimus princeps suo etiam decreto confirmavit, scholares omnes in accessu ac abitu a telonio ac vectigali immunes esse



atque etiam liberos ab iis exactionibus et steuris, ut vocant, quae alias oppido Ingolstadiensi penduntur, exceptis tamen iis, qui negotiationes aut similes contractus exercent, et iis, qui aedes vel praedium in districtu oppidi Ingolstadiensis emerint.

5. Rector quoque scripta scholaribus testimonia ad telonarios concedat, ut causa profectionis cognita a telonio immunes dimittantur.

6. Serenissimus quoque princeps Ludovicus permisit, laicos et idiotas fortuitos homicidas, non tamen malefactores, ex declaratione serenissimi ducis Alberti etiam tutum asylum habere in collegiis et aedibus iurisconsultorum; secus fit, si caesus sit scholaris.

7. Captum quoque studentem decrevit cum omnibus bonis suis sine mora tradi rectori; de quo autem incertum, an sit scholaris, in hunc captum nihil durius agatur atque in custodia honesta interim detineatur, quousque constet ex diligenti catalogi scholarium inquisitione, nomen ipsius in album nostrum non esse receptum; agnitus autem pro studioso rectoris potestati cum omnibus suis bonis concedatur.

8. Rector et consilium quotiescunque in reprimenda et frenanda ferocia scholarium praefecti oppidi iudicis aut consulis auxilio opus habuerit petieritque, concedatur illis illico et sine recusatione; statuente etiam sic rectore et consilio in publicas civium custodias pro delicti genere et qualitate duci poterunt.

9. Exclusus et privatus iustis de causis privilegiis universitatis et exclusione illius praefecto iudici et civium magistro significata a nominato iam magistratu oppidum illi intra spatium a senatu academico determinandum interdicatur nec unquam recipiatur nisi consulto et consentiente rectore et consilio universitatis.

10. De occisoribus scholarium serenissimus princeps decrevit standum iuri communi; qui autem eorum aliquem mutilaverit, illum graviter plectendum statuit sua serenitas, vult vero, scholares omnes a civibus et magistratu eorum foveri defendi eorumque violatores graviter puniri.

11. Nemo extra ordinem scholasticum libros scholaris cuiusquam vel emere vel pignoris loco accipere audeat sine rectoris permissione; transgressor amissione librorum puniatur.

12. Scholari ab intestato decedente rector tantum et consilium de bonis illius secundum ius et aequum disponendi et distribuendi potestatem habent, et non potestas secularis.

13. Serenissimus dux Albertus anno 1507 sancivit, omnes academiae doctores professores publicos nullas aedium, quas possident et incolunt, exactiones seu steuras, ut vocant, annuas solvere neque oneribus gravari publicis; sed si plures alias conducunt, pro illis pares cum aliis civibus contributiones pendere debebunt; hoc decretum serenissimus dux Wolfgangus voluit quoque extendi ad domum frumentariam academiae et granarium universitatis in Aychach.

14. Ordinavit etiam serenissimus princeps Albertus civium proclamationes mandata et sanctiones neutiquam constringere scholasticum ordinem; si tamen eo mandato conciliantur animi et ad concordiam aluntur, quidam ex senatu civico rectorem pro eiusdem observatione adeant, qui illud ex sententia dominorum de universitate, quia de bono publico est, et ut ex

dispari vita nulla odii aut dissidii seminaria nascantur, rector scholaribus etiam denuntiabit.

15. Celsitudo praefati serenissimi principis statuit, cives, curare debere, ut victus potus carnes pisces panes et huiusmodi tolerabili pretio vendantur et ut scholares facili pecunia necessaria vitae conquirere queant; sin autem caritas oriri videatur, rector et consilium universitatis tantum apud cives obtinere debent, ut ingens fori pretium imminuatur.

16. Studiosi nostri non graventur censu hospitiorum et habitationum a civibus; sin autem disceptatio inter locatorem et conductorem conclavis de causa oriretur, res per aequos dirempta arbitros componatur.

17. Et ne studiosi occasiones habeant negligendi bona studia, sancivit serenissimus princeps Albertus, nullos scholares citra honestas causas noctu in cauponum aedes recipi vel admitti debere ad potum crapulam aut lusum exercendum, multo minus arma et occasionem confligendi cives illis permittere debent; huius statuti neglectores pro qualitate delicti graviter puniantur a senatu civico.

18. Interdicimus etiam studiosis nostris, ne in publicis hospitiis, ubi peregrini hospitantur, habitent et ibi hypocausta vel cubicula conducant.

19. Munificentia quoque serenissimi principis Wolfgangi hoc privilegium scholae nostrae permissum est, quod omnium ordinum professores publici omnes collegiati cum regente novi collegii una cum quatuor magistris, quibus permissum fuerit a rectore ac senatu scholastico, cum personis illustribus et praelatis, si saltem quilibet eorum ultra unius mensae numerum commensales non alat, vina et cerevisiam pro se et suis sine ulla exactione coemere condere atque reponere queant.

20. Ultra 10 fl. iuxta serenissimi electoris domini Maximiliani 3 Apr. anno 1602 emissum decretum creditoribus non adiudicetur sumptibus quotidianis victus et aliis necessariis exceptis.

21. Sacerdotum quoque primitiae uno prandio absolvantur et numerus personarum reguletur iuxta statuta Bavarica.

22. Omnes etiam inutiles sumptus, qui hactenus in depositione, ut vocant, eorum, qui novitii musis initiantur, fieri solebant, penitus sublatos volumus, nec pauperes ultra 5 bazzos, ditiores vero ultra 1 fl. non exponant.

23. Nostros etiam subiectos volumus observare statuta civium in nuptialibus pompis, nobilibus et doctoribus in ea parte exceptis, quibus a rectore et decanis maiores solennitates permitti et concedi possunt.

24. Statuit quoque serenissimus princeps, praefectum civitatis vel locum tenentem et praetorem iuramento confirmaturos, se has immunitates et privilegia, si opus sit, executuros et vindicaturos.

Caput 12.

De abdicantibus et renuntiantibus se privilegiis academiae.

1. In scholaribus, qui privilegiis academiae nostrae se abdicare volunt, talis servetur ordo: Is, qui se exemptum cupit e numero studiosorum, animi huius sui sententiam apud rectorem et senatum academicum depromat et causas abdicationis proferat; quae si iustae et urgentes fuerint, admittatur renuntiatio; sin autem fucatae coloratae fictae et insufficientes exstiterint, accipiatur quidem renuntiatio, nihilominus sequens animadversio



illum exerceatur: 1. Qui se privilegio universitatis exuunt, stent cadant- : iudicio universitatis in delictis; quodsi rebelles sunt, gravius in eos madvertatur penes tenorem statutorem. 2. Nomina abdicantium matratui in oppido hoc significentur, ut exploratum illis sit, eos legibus olae nostrae exutos. 3. A lectionibus, quotquot renuntiant privilegiis, publicis et privatis arceantur. 4. Eorum iniusta renuntiatio aut parenıs aut patrono aut collegio ecclesiae vel episcopo, si de sacerdotio unt, nuntietur, ut, quod illis visum fuerit, de eo statuant neve ignoran- n praetendant. 5 Nomen renuntiantis iniustis modis ex albo scholarium ıungatur nec denuo recipiatur nisi venia impetrata factum a se imprnıter et indecenter testatus fuerit coram rectore et consilio, nec denuo cribatur, nisi 3 fl. cum pecunia, quae pro inscriptione alias dari convit, numeret.

Caput 13.
: moribus scholarium, eorum obedientia et vitae innocentia.

1. Cum sancta sit obedientia iis praecipue exhibita, quos deus optimus ximus et leges nobis proposuerunt, statuimus atque decernimus, scholares ıel vel a rectore vel a senatu academico per communem famulum voca- loco et tempore ipsis monstrato posthabitis ceteris omnibus comparere ıere et, quidquid rector aut senatus iusserint, sine omni recusatione ıire atque decentem et competentem dictis et factis praefato magistratui, periurii crimen non incurrant, honorem exhibere.

2. Quia ex veste habitum animi coniicere licet, volumus, vestitum :entem honestum et talem gestari, quo possunt studiosi decerni a militi- ; vel potius comicis; omnino prohibemus, ne studiosi in plateis sine lio eove non decenter tecti incedant vel armati ad lectiones publicas :edant.

3. Prohibemus quoque omnibus nobis subiectis, ne unquam animi ısa in templis deambulent; si quis contra fecerit, punietur.

4. Personatus quoque et velatus facie, ut cognosci non queat, nemo ımnorum scholae aut ingrediatur oppidum aut egrediatur quoque sub ına carceris a rectore certo infligenda; qui mos velandi faciem cum nos ıtis quam hominibus reddat similiores, tempore etiam dierum, ut vocant, :chanalium in universum evitari debet; nam ut caedes et alia mala ırima sub his vestimentorum involucris et exuviis patrari possunt; quodsi s expressum mandatum observare non volet, a vigilibus deprehensus et nitus ad rectorem, si scholaris est, ducatur et arbitrarie puniatur.

5. De excubiis nocturnis ratum ac firmum hoc esto, quod hac in re tuit serenissimus princeps Albertus, arma tamen studiosis iustis ex causis ınta non vigilibus, sed rectori cedant, qui excubitoribus pro singulis ıdiis 6 kr. numerare teneatur.

6. Et quia magna pars studii causa huc venientium aut sub praeceptori- ; aut praefectis degit, ideo iubemus quemlibet, cui munus regendi iuventu- ı commissum est, suos discipulos non solos relinquere, sed eis adesse et :enter comitari, inquirere etiam, ne extra habitationem sibi delegatam quis- ım pernoctet, arma etiam moderatores huius aetatis ad se recipiant et, si ıd improbe aut illicite ab illis agi compererint, in eos animadvertant; modera-

tores autem iuventutis officii sui neglectores rector et senatus poena arbitraria afficiat, collegia etiam a suis gubernatoribus ad pulsum excubiarum (vulgo hossauss) diligenter claudantur.

7. Decernimus etiam atque sancimus, nullum scholarium tempore incendii seditionis conclamationis aut invasionis bellicae et hostilis noctu et interdiu ex sua habitatione excurrere debere aut incendium aut tumultum restinguendi causa, nisi studentis socii domus igne sit correpta aut ab aliquo, cuius potestati reluctari nefas, evocetur.

8. Ne quis alumnorum scholae nostrae huiusmodi vel cantum clamorem vel tumultum in suo conclavi excitet, quo vicini aut alii turbari possent: multo minus cuique liceat praesertim de nocte bombardam seu sclopum in civitate displodere sub gravi admodum poena.

9. Similiter ab ignium missilium proiectione aut pilarum ignitarum eiaculatione in oppido unusquisque abstinere debet; severe etiam prohibemus, ne studiosi feras ullo modo tam maiores quam minores iaculentur vel cum bombardis extra portam egrediantur, nisi forte ad ordinariam tantum metam iaculandi causa, sub poena ademptionis bombardae atque alia arbitraria a rectore imponenda.

Caput 14.
De iudicialibus.

1. Quandoquidem in frequentia et multitudine scholasticorum saepe controversiae oriuntur, ut iure sit agendum, de hac etiam parte, quae ad iudicia pertinet, diligenter est praecipiendum. In primis ergo statuimus, ut quicunque ex universitatis nostrae subiectis adversus alium pariter albo scholae nostrae inscriptum agere voluerit, eum coram rectore conveniat nec ad alium iudicem evocare aut pertrahere praesumat; mulcta 2 fl. transgredienti infligatur.

2. Sic etiam eos, qui citantur, volumus, rectoris parere imperio: quodsi detrectaverint et contumaces fuerint, pro qualitate contumaciae puniantur.

3. Quodsi quis rectori executionem paranti obtemperare noluerit et in ea contumacia perstiterit, moneatur primum literis publice affixis in locis solitis, deinde in toto consilio proponatur eius perversa mens et contumacia: decernant postea domini in consilio et, si visum fuerit, contumacem tanquam membrum vitiatum rescindant et excludant; plenius autem habetur in articulis superioribus de illis, qui renuntiant, quomodo contra illos sit procedendum.

4. Permittimus etiam, ut studiosus quilibet negotium suum et causam per se proponat seque de simplici et plano, ut loquuntur, defendat; ibi tamen statuit serenissimus Maximilianus elector, ut talis vulgari lingua in iudicio utens non audiatur, sed latino idiomate coram academico magistratu suas causas, quoad fieri potest, proponere ac persequi teneatur.

5. Cum leges omnes ad tollendas controversias properare iubeant et maxime detestentur protractiones litium, nos praecipue indignum iudicamus, ut rector et assessores litigiis nimium protrahendis defatigentur et partes diutius vexentur; quare hoc procuratoribus interdictum volumus et sic statuimus, ut quaelibet causa civilis, quae non transcendit 20 fl. summaria,

simpliciter et de plano absolvatur et determinetur; sin causa, quae vertitur, 20 fl. valorem superet aut statum hominis sive iniuriam aliquam attingat, libellus scriptus offeratur, quem tabellio ad acta referat, et sic in causa solenniter procedatur, tamen semper frivolae et impertinentes dilationes amputentur; copiam quoque parti adversae exhibeat notarius soluto pretio.

6. Si fuerint ex nostris constituti procuratores, extranei non admittantur, et cum ultro citroque scribuntur acta, id fiat sermone latino, nisi rectoris permissione aliud concedatur.

7. Si quem rector abire aut res suas asportare prohibuerit per arrestationem atque sine rectoris partiumve consensu recesserit, propter contumaciam illam abeundi 10 fl. mulctetur; quodsi arduum fuerit negotium, maior etiam mulcta irrogabitur, imo etiam ad poenam exclusionis potest procedi; hocque statutum rector particulariter debet tueri et custodire eius observationem, ut nequaquam iurisdictio universitatis vilescat et a quovis contemnatur.

8. A mandatis vel praeceptis rectoris qui appellare voluerit, poterit licite ad plenum consilium universitatis causam suam referre, sed tamen e vestigio deponere debet 1 fl. ad manus rectoris; si bene appellavisse fuerit probatus, restituatur ipsi florenus depositus; sin perperam fecit in appellando aut non prosecutus fuerit, florenum amittat in poenam temeritatis; floreno autem non deposito appellationi minime deferatur, quod etiam in appellationibus a consilio observari volumus. Hoc etiam non negligendum, cum, qui a sententia tam interlocutoria quam definitiva a consilio prolata appellat, cuius appellantis protervia et temeritas si fuerit probata, gravius ab eodem consilio puniatur.

Caput 15.
De poenis et mulctis ob delicta studiosorum infligendis.

1. Quandoquidem subditi ditionis rectoris nonnunquam bene monentibus non auscultant, proinde ubi quid contra decorum designaverint et illud facinus carceris poenam commeruerit, permittimus cuivis studioso, ut in vulgaribus delictis unius diei carcerem redimere possit uno aureo, ni ita grave flagitium fuerit, quod videatur dominis maiori supplicio dignum.

2. Serio etiam iuxta serenissimi electoris Maximiliani decretum clementissimum praecipimus, ut nullus deinceps studiosorum vesperi amplius post horam noctis nonam in hyeme aut post decimam in aestate sine gravissima causa ac singulari et inevitabili necessitate, et quidem ne tum absque lumine aut lucerna ardente, in plateis compareat vel incedat.

3. Gravi quoque poenae obnoxii sunt, qui tam infra quam post praedictas horas noctu mutatis vestibus et capuciis vulgo nebelkappen dictis obvelati incedunt, ut dignosci non queant, et qui vociferantur aut inhonestis et intempestivis cantilenis per vicos et plateas utuntur vel strictis gladiis sine clamoribus et cantilenis incedunt, iis lapides petunt, obvium quemvis iniuriosis verbis lacessunt aut provocant vel etiam caedunt, fenestras proiectione lapidum aut similium rerum frangunt, vigiles provocant invadunt, eos catervatim circumstant aut quoquo modo laedunt vel denique quascunque petulantias et insolentias committunt; contra huiusmodi enim pro qualitate delicti saepe nominatus serenissimus elector Maximilianus ad poenam

perpetuae relegationis usque absque omni personarum respectu procedi posse et debere die 14 Oct. anno 1643 denuo mandavit (*letzterer Satz von* contra huiusmodi *an ist offenbar später eingefügt*); quodsi quieti publicae aliter prospici ac refractarii aliter compesci non possent, praefectus oppidi vel locum tenens et consules a rectore ac senatu academico requisiti operam seriam et sufficientem ferre ab ipsomet serenissimo electore specialiter iussi sunt; videatur supra cap. 4, n. 2 et cap. 11, n. 8.

4. Ordinamus etiam, ut aleator quivis vel lucro vinarias tabernas crebro frequentans puniatur arbitrio rectoris pro qualitate delicti; si incorrigibilis pergat in hoc scelere, custodiae gymnasii publicae mandetur ad 10 dies continuos.

5. Quicunque alium studiosum privatum laeserit, absque tamen effusione sanguinis et citra membri cuiuspiam mutilationem, 1 fl. puniatur, qui si solvendo non sit, detineatur in carcere; si vero laesus non sit privatus, sed constitutus in dignitate aut in officio academiae vel serenissimi electoris vel huius oppidi, aut pars corporis sit mutila facta, tum reus praeter satisfactionem laesae parti poena arbitraria afficiatur, nisi quis in rectorem aut assessores ultionem paraverit aut proprio marte aut alterius viribus nixus, quoniam tunc ad relegationem facinerosi hominis vel ad eius exclusionem vel maiorem poenam pro qualitate delicti properandum erit.

6. Qui convicia alteri dixerit aut talia scripserit, quae famam et honorem alterius laedant, etsi tamen suum nomen is author adscripserit, poena arbitraria mulctetur pro iniuriae illatae magnitudine.

7. Praeterea nihil affigatur publice exceptis chartulis lectionum et disputationum, quae saepius publicare necesse est.

8. Cautum est insuper, ut nemo studiosorum loca inhonesta et suspecta adeat, et si in aliquo huiusmodi commoretur, inde statim, ut monitus fuerit, migret, in quo ni paruerit, exclusionis poenam a rectore illico experietur; moneri quoque debent alii magistratus, si suspecta sub ipsis loca vel personas esse innotescit, ut illa e medio tollant ac purgent, istas vero tanquam scandala offensionis oppido expellant; idem fieri oportet, cum in vicinia scorta, ad quae iuventus excurrere solet, se detinent, ut nempe magistratus cuiusque loci debite requisitus ea non tolleret.

9. Quisquis vero concubinam fovebit pro studioso, ab academia non agnoscatur et nullo modo defendatur, exutus denique omni commodo privilegiorum atque immunitatum nostrarum proclametur; simplices quoque fornicarios gravius se puniendos quam hactenus ex serenissimi electoris Maximiliani mandato norint.

10. Quoniam vero concordia res parvae crescunt, serio statuimus, ut nemo doctorum aut professorum auditorumque unius facultatis ullo modo calumnietur aut detrahat alicui alii facultati; equidem si maledicendo talis monitus nihilominus pergat contra rectoris inhibitionem, posset a consilio doctorum et magistrorum cum senatus scholastici consensu penitus excludi; interdicimus itidem sub poena arbitraria per rectorem et decanos, ut in disputationibus modestia servetur, vitentur convicia et rixae immodestae, nemo temerarius et protervus alium contumeliis et calumniis exagitet, nisi velit poenam condignam praepropere experiri.

11. Conspirationes seditiones nullo modo fieri permittimus neque concedimus, ut unquam catervatim studiosi confluant, coniurationes facere praesumant sive attentent; potissimum vero omni sunt coercendi severitate, qui conspirationes machinantur adversus magistratus; conspirationis author seu sollicitator per mensem in carcere detentus postea relegetur vel etiam duriori supplicio, si videbitur consilio nostro, afficiatur, conscii vero facinoris repellantur a dignitatibus et publicis honorum titulis, nisi prius poenam luant debitam et reconciliati in gratiam cum maioribus redeant.

12. Cavemus praeterea, ut in delictis gravioribus ad exclusionem delinquentis mature procedatur, exclusi autem aut relegati nomen consuli et iudici huius oppidi significetur, certioresque reddantur, quod iuxta serenissimorum principum ordinationem praevaricatorem talem ultra dies octo, nisi rectori et consilio academico aliud videatur, intra moenia Ingolstadiensis urbis tolerare non debeant; neque illi tantum, qui graviter delinquunt, ab academia dimittendi sunt, verum etiam isti, qui, licet apud professores inscripti sint, nullas tamen vel omnino nonnisi rarissime ac valde negligenter lectiones frequentant atque adeo otiosi hic solummodo delitescunt et inutiliter pecunias consumunt.

13. Ad haec in omnibus delictis actionibus negotiis et contractibus rectorem competentem iudicem esse decernimus non modo quoad civiles, verum etiam quoad causas criminales, unam vel alteram criminalem ex serenissimi electoris Maximiliani speciali rescripto anno 1605 evulgato suae serenitati ad se avocandi potestate reservata; praecipit vero serenissimus elector Maximilianus, ut in causis criminalibus via iuris absque ullo respectu procedatur et talis semper sententia feratur, quae delicto proportionata sit, in quo negotio praefectus oppidi requirente rectore iuxta ordinationem serenissimi principis Ludovici auxilium et operam suam praestare tenetur.

14. Volumus etiam, quod nullus studiosorum domicilium cuiuspiam civis ingrediatur ipso nolente et prohibente poena 1/2 fl. transgressoribus huius mandati infligenda; ceterum quisquis in eadem re petulantius se gesserit, pro arbitrio nostro gravius puniatur.

15. Ut porro abusus noxius provocandi alios ad pugnandum et promptitudo parendi provocantibus ac congredientibus penitus caveatur, senatus academicus iam dudum decrevit, ut sive re ipsa sive verbis alium provocans mulcta 6 imperialium puniatur; ad provocationem vero comparens et congrediens 3 imperiales solvat, illi insuper, qui alios ad provocandum et comparendum provocanti instigant, quoad hanc mulctam provocantibus aequiparentur et singuli pariter in 6 imperiales condemnentur; si quis in praedictis delictorum generibus saepius redeat, poena pro qualitate delicti duplicabitur vel triplicabitur, aut denique tanquam incorrigibilis ab academia dimittetur. Qui supradictam pecuniam solvere nequit, secundum tenorem horum statutorum hoc cap. 15 n. 1 pro unoquoque aureo unius diei incarcerationem sustineat. Gladium porro gestandi passim licentiam personae tantum illustres et qui per biennium iuri studuerunt ex indulto serenissimi electoris Maximiliani anno 1598 dato habent.

16. Saltationes publicas accedere sub poena arbitraria prohibitum sit, nisi forsitan aliquis ad cohonestandas nuptias fuerit vocatus vel per nuptiales pro more ad saltandum invitatus; attamen etiam tunc modestiae

memor ab impudicis circumagitationibus et immodestis discursationibus abstineat neque cum aliis virginibus aut ancillis choreas ducat, quam quae nuptiis intersunt, aut quavis alia ratione nuptialibus personis molestus sit; multo minus in loco chorearum gladium aut pugionem stringat sub poena 6 imperialium irremissibiliter infligenda, ad quam ille quoque obligabitur, qui alium pugnis vel quocunque teli genere in eodem loco laeserit aut verbis ad pugnam provocaverit..

17. Tandem statuimus et ordinamus, ut rector singula, quae hactenus mandata sunt, diligenter exequatur, querelas sine affectu audiat patienter, transgressores constitutionum iuxta ipsarum tenorem et decanorum consilium puniat, mores corruptos etiam, de quibus statuta speciatim non cavent, corrigat, poenas exigat per pedellum, notarius condemnationis sententiam in acta referat, qui mulctam sibi constitutam non statim numeraverit, illico pignus sufficiens exhibeat aut coniiciatur in carcerem.

Caput 16.
De promovendis.

1. Non mediocris sit cura professoribus omnibus, ut ad honorum gradus doctos tantum atque eruditos et bonis moribus commendatos admittant; inde enim tum ipsis tum academiae nostrae fama celebris et perennis gloria ab omnibus exspectanda.

2. Fiet autem hoc, si ea diligenter observentur, quae serenissimus elector Maximilianus die 26 Martii anno 1642 circa promovendos observari praecepit: Si nullus ad licentiam vel doctoratum in theologia admittatur, qui non praeter scholasticam toto et completo quadriennio auditam etiam ceterorum professorum theologiae omnium ac singulorum, videlicet sacrae scripturae, controversiae et casuum conscientiae, lectiones per biennium iuxta theologicae facultatis statuta audierit. Si in iuridica facultate similiter nullus ad licentiam aut doctoratum admittatur, qui non unum saltem hebdomadarium collegium feriis quintis haberi solitum se frequentasse comprobaverit quique quinquennium in audiendis lectionibus ac studio iuris non absolverit, nisi singularis causa aliud suaserit, qui item biennio philosophiam non audierit; quod ultimum etiam medicis erit observandum. In nulla praeterea facultate post examen eodem statim die gradus amplius conferatur, quique in examine pro altiore gradu non satisfecerunt praesertim iurium candidati, baccalaurei creari possunt, si autem neque hoc honoris titulo digni iudicentur, omnino reiiciantur.

3. Multas hactenus expensas inutiles fieri solitas in promovendis cuiusvis facultatis omnes excepto frugali et mediocri prandio professoribus exhibendo volumus esse abolitas.

4. Edicimus postremum, ne quis studiosorum publicum testimonium doctrinae suae ab aliquo magistro aut doctore in catalogum academiae non inscripto vel exautorato et ab actibus scholasticis suspenso accipiat, sub poena perpetuae exclusionis.

Caput 17.
De reparatione fabricae collegii et usu sedilium.

1. Merito augustum collegium sumptuose a serenissimo fundatore



gymnasii exstructum expensis camerae in structuris necessariis debet conservari.

2. Singuli tamen promovendi in sublimioribus tribus facultatibus singulos numerent medios aureos et magistri artium 2 kr. pro resarciendis collapsis structuris et ut sarta integra reservari possint.

Caput 18.
De pedellis.

1. Praecipimus et ordinamus, per consilium universitatis pedellos suscipi, quorum opera omnes facultates uti poterunt.

2. Emolumentum vero, quod illis iure debetur, percipere nemo impediat, neque vero ulla facultas proprium pedellum assumere audeat absque senatus universitatis consensu.

3. Famulorum autem universitatis officium est, ut quotidie rectorem bis conveniant, alias requisiti semper adsint, eumque in civitate comitentur, eius quoque mandata fideliter et diligenter exequantur, accersant, quos iubet vocari, iussi mature. Auditoria statis temporibus everrant et interdum etiam plateam circa academiam purgari procurent, fenestras suo tempore, ne ventorum impetu collidantur ac frangantur, diligenter iterum claudant, rectorem ad aedem sacram deducant, sceptrum eidem praeferant die natalis domini, paschae, pentecostes, assumptionis Mariae, disputationes et alios actus collegii templi foribus praefigant, theses distribuant et in distribuendis suum compendium non quaerant, nullas sibi reservent neque defendentes ad id adstringant, ut, quibus ipsi benevolunt et de consuetudine non debentur, praesertim compactas offerant; studiosos ante suum ad rectorem vel consilium ingressum moneant, ut latine sua proponant, feminas maritatas tanquam suorum maritorum procuratrices ad rectorem non admittant, sed viros et maritos ipsos, nisi legitime impeditos, adesse iubeant, arrestum, nisi periculum in mora sit, sine rectoris iussu non indicent atque officium magistratus sibi non arrogent, schedas in orbem circumferendas nemini ostendant aut ipsi legant, secreta, quae interdum audiunt et resciunt, nulli pandant, incarcerandos illico vel tempore per magistratum academicum sibi designando includant, ianuas utrasque carceris bene claudant, nihil praeter victum et potum ordinarium, quibus uti in convictibus suis consueverunt, horis prandii et coenae, aliis omnino nihil, nisi aliud a magistratu academico statutum fuerit, nullumque socium absque facultate, nocte excepta et quidem tunc etiamnum nisi unum, nullum denique musicum instrumentum aut aliquid aliud ludicrum sive alias prohibitum illis admittant, qua de causa accedentes et adferentes victum lectum lignum ac alia diligenter perlustrent, lectos praesertim absolutos aperiant ac introspiciant et, si quem potum vel quodcunque aliud prohibitum deprehenderint, potulenta et esculenta tanquam caduca ad se recipiant et ipsis cedant, reliqua vero rectori cessura tradant; moneant etiam incarcerandos, ut clamores cantus ac alias petulantias, per quas professores in lectionibus et vicinia inquietantur, devitent, alioqui ex carcere ipsos recta et sine omni spe veniae ab academia dimittendos, nec quemquam insuper ad eos, praesertim feminas quascunque, intromittant, dimissos ex carcere statim et non post intervallum ad rectorem [*fehlt* ducant] pro iuramento solito faciendo de se non vindicando,

post dimissionem carcerem visitent et, an nihil turpe et absonum ibi scripserint vel pinxerint, inquirant, pictores vel scribas rectori denuntient et scripturas vel picturas fideliter dealbari ac obliterari rursus procurent.

4. In collationibus licentiatorum ac bonis novis accipere ad se possunt, quae tam in esculentis quam potulentis fortuito restant, nullam tamen fraudem adhibere debent, ut aliquid vel plus remaneat, quam sors ipsa datura est, multo minus ab hospite pro se vinum antecedenti vel subsequenti tempore accipiant ac eius pretium rationibus promovendorum vel promotorum pro libitu inseri curent; similiter exigendo ultra taxam sibi a statutis academicis vel quatuor facultatibus praescriptam promovendos aut alios quoscunque non gravent neque in quibuscunque collationibus aliisque occupationibus et functionibus academicis in stuba academica vel alibi celebrari solitis feminas famulari ac ad mensam inservire permittant. Ceterum in omnibus ita se gerant, prout fideles ministros facere decet et convenit, atque praescripta omnia absque omni fraude et dolo illibate custodiant.

5. Iuramentum pedellorum singulis annis circa festum sanctae Luciae in senatu angariae celebrando praestandum sit tale: Ego N. iuro, quod magnifico domino rectori atque omnibus rectoribus, qui successuri sunt, ac almae huius universitatis consilio obedientiam et fidelitatem praestabo, et quod secreta rectoris universitatis et consilii eiusdem non revelabo commodumque serenissimi electoris successorumque dominorum huius oppidi et universitatis diligenter promovebo et damna pro virili impedire conabor, omnia item ex officio mihi incumbentia ac hisce statutis praescripta absque dolo et fraude fideliter observabo. Iuro etiam, quod, si a dominis meis aliquando ab hoc officio removerer, nolim propterea dominis consiliariis obloqui aut ultionem instituere. Sic me deus adiuvet et haec sancta dei evangelia.

6. Cura sit pedellorum, ut quotidie paulo ante lectionem quorumlibet professorum, qui eadem hora non concurrunt, campanam in collegio pulsent; hora autem congrua observanda est deinceps secundum horologium divae virginis; idem quoque observetur in citationibus et convocationibus rectoris qualibuscunque.

7. Sit autem praeter pedellos notarius universitatis iuratus, qui a omnibus iudicialibus praesto sit et decisa per rectorem vel consilium diligenter inscribat.

8. Pedellorum porro stipendium esto, ut exigant a scholasticis singulis angariis 10 kr. a singulis, a nobili 15 kr., illustrium autem et praelatorum committimus munificentiae et liberalitati, ut pro dignitate sua pedellos remunerent. Hortamur item quatuor facultatum decanos, ut in conferendis insignibus pedellorum etiam habeant rationem; in mulctis vero et poenis ab intitulatis aut inscriptis soluta sexta pars ipsis cedat.

9. Edicimus insuper, ne notarius et pedellus perpetuum diem aut solidam noctem exeat urbem, nisi rectori significaverit et eius consensum impetraverit.

10. Quodsi integra septimana urgentibus negotiis voluerit abesse, opus habeat hoc ipsum consequi nonnisi a rectore et quatuor decanis consentientibus, qua in re nisi audiens dicto fuerit, officio suo exuatur.

Caput 19.

Epilogus.

Paterna autem benevolentia ducti decernimus, neminem statutorum transgressorem incurrere periurium, nisi edictum violatum expressis verbis hoc in se contineat aut rector transgressori nominatim sub iuramento mandet et praecipiat, non obstante, quod in catalogum studentium inscribendus iuret, se observaturum statuta et statuenda.

Porro reservamus nobis et posteritati nostrae et iis, quicunque consilio praeficiuntur, authoritatem, cum consensu serenissimi nostri electoris condendi insuper alia edicta, de integro etiam comprehensa immutandi addendi et emendandi, quoties id utilitas et necessitas reipublicae literariae efflagitaverit; ante omnia vero salva sit potestas serenissimo electori et omnibus successoribus eius, statuta haec in posterum immutandi, et rogamus insuper serenitatem eius, ut constitutiones has universas approbare et confirmare dignetur, ne quis improbus contrarium facere deprehensus exceptione frivola se tueri aut easdem ullo modo possit cavillari.

Iuramentum eius, qui e carcere dimittitur [*gehört wohl Cap. 18, am Schlusse von Nr. 3*].

Ego N. iuro, quod incarcerationem mihi per dominum rectorem meum ob excessus meos nuper impositam iam liberatus neque per me ipsum aut alium quemvis subornatum directe vel indirecte verbis vel factis aut alio modo extra iuris remedia vindicabo, serenissimis dominis principibus Bavariae, Ingolstadiensi universitati et universo consilio aut quibuscunque aliis etiam adversariis meis huic incarcerationi causam vel occasionem dantibus ob eandem nihil molestiae iniuriarum incommodi vel ultionis moliar faciam aut fieri procurabo. Sic me deus adiuvet et haec sancta dei evangelia. [1])

Die weil dann dise zuvor geschribne reformierte und verbesserte statuta zue aufnamb unserer hohen schuel und dess ganzen studenten wesens geraicht, demnach thuen wir alls landtsfürst hiemit solche allerdings confirmiren und bestettigen, also das sich unsere universitet deren nun füran gebrauchen khünde und solle, darbey wir sie auch genedigst hallten schüzen und schirmen auch handthaben wöllen; gebietten hierauf allen und jeden unsern hoffmaistern vicedomb statthaltern pflegern richtern castnern zollnern mauttnern ungeltern auch burgermaistern rhäten und gemain unserer statt Ingolstatt und allen anderen gegenwertigen und khönfftigen unsern ambtleuthen derselben verwesern und undterthonen in was würden wesen oder standt die seyen und wie die genannt sollen oder mögen werden, so die sach betrifft, ernstlich und vestiglich, die mehrbemellt unser universitet und derselben facultäten glider und scholaren zu Ingolstatt bey voran gezaigten statutis ungeirrt und ohngehindert verbleiben zulassen, auch sie von unsertwegen darbey handtzuhaben und zuschüzen, als lieb einem und jedem ist, unser ungenad und straff zuvermeiden; jedoch wann ins khönfftig etwan auch dise jetzt verbesserte statuta oder

[1]) *Eine deutsche Uebersetzung dieses Eides für jene, welche nicht latein können, s. Arch. d. Univ. B, I, Nr. 49.*

theils deren puncten sollten oder müesten geändert werden, so wür uns und unsern erben regirenten fürsten hiemit vorbehallten, in disen vorgeschribenen auch anderen statutis decretis und ordnungen nach gestallt der leuff und zeiten besserung mährung und änderung vorzunemmen, damit gemainer universitet und derselben glider und scholaren aufnemmen ehr wolfarth und notturfft allzeit mit gnaden bedacht und befürdert werde. Jedoch so vil die patres societatis Jesu betrifft, soll es bey dem jenigen, was ihrentwegen vor disem absonderlich verordnet und befolchen worden, sein ungeändertes verbleiben haben. Dessen alles zu wahrer uhrkhundt haben wür unser secret an dises libell gehangen. Geschehen zu München den 20 Augusti Anno 1642. **Maximilian.**

Nr. 136.

(S. Bd. I, S. 400.)

Reichs-Archiv, Ingolstadt, Ger. Nr. 25.

Hochwolgeborne, woledle, gestrenge und vesste, genedige herrn.

E. g. u. h. haben vorhero guete wissenschaft, welcher massen unss in ao 1642 wegen unser und gemainer universitet verderbten güettern jerlichen 2000 fl. hilfgelter, halb von der löbl. curfrl. hofcammer undt halb von gemainer löbl. landtschafft gnedigst und gütig verwilligt worden seindt.

Ob unss nun wol dise bedriebte jar hero solche bewilligte hilf gnedigst und gütig aussgevolgt worden, weiln bey disen kriegsjaren unsere arme gilt underthonen zue Schambhaupten, dann in der Pfalz Neuburg, sowoln auch im gericht Aichach, wenig zum aufnemmen khommen, das sie uns und dem camerariat ambt etwas geben oder bestendig raichen mögen, so seindt si doch an jezt an allen diesen orth wie auch in diser refier, wie offenbar und bekhandt, nit allein verntigess, sondern auch heuriges jar auf ein neues also in grundt verderbt, den merern thails auch von hauss und hof verjagt worden, do gar oder doch wenig hofnung, das sie unss heür, undt zuebesorgen, in etliche jarn die schuldigkhait nit geben noch die gietter widerumben werden aufbringen khinden. Derowegen felt unss umb sovil desto beschwerlicher, das wir hören und vernemen miessen, das unss uneracht diser wahren undt landtkhindigen beschaffenhait nit allain die gnedigst verwilligte hilfgelter vom vergangenen jar nur zum halben thail, sonder noch über das unsere verfallene zinssgelter bey dem landtschaffts zallambt wider verhoffen sowoln vom vergangenen als jezigen jar aufgehalten und nit völlig bezalt werden wöllen, welches dann verursachet, das wir dergestalt unsern schuldigen undt bestimbten underhalt zu quartaln vom cammerariat ambt alhie nit haben, sondern daran abstandt undt noth leiden müssen.

Wann dann bey diser beschaffenheit zuebesorgen, die universitet, weiln den professoren ihre notwendige underhalt nit geraicht wirdt, möchte nach und nach in grossen abgang khommen, und aber E. gn. u. hn. wol bewust, wievil nit allein dem landt in Bayrn, sondern auch dem ganzen Römischen



Reich daran geben, das dise fast nun mehr allain der orthen in flore stehende universitet ferner und continuirlich conservirt werde. Alss gelangt an dieselben unser gehorsames und verhoffentlich nit unbillichess bitten, die geruhen gnedigst zuverfüegen, das nit allein die alberaith verfallene zinss, sondern auch die verwilligte hilfgelter unverzogentlich aussgevolgt undt bezalt werden. Solches zue dem es obverstandener massen zu der universitet aufnemen und conservation geraichet, begern umb E. gn. u. hn. wir jeder zeit zuverdienen. Derselben unss alles vleiss befelchende

Datum Ingolstatt, den 18 May 1648.

Rector, camerer und rath gemainer
universitet alda.

Nr. 137.

(S. Bd. I, S. 439.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 46.

Liber statutorum facultatis artisticae Ingolstadii recognitus anno 1649.

Pars prima.

De personis ad facultatem artisticam pertinentibus.

Ad hanc facultatem pertinent rector collegii, officiales, professores, auditores, ministri. Officiales sunt uterque praefectus studiorum, decanus et praeter hunc alii tres senatus academici consiliarii, reliqui item professores superiores usque ad rhetoricam inclusive, qui tametsi non sint de consilio academici senatus, sunt tamen consultores facultatis. Professores sunt metaphysicus, physicus, logicus, ethicus, mathematicus, linguae hebraicae, rhetoricae, humanitatis et quatuor grammatices praeceptores. Auditores, qui ad hanc facultatem pertinent, sunt omnes illi, qui modo dictas lectiones ex instituto audiunt. In ministris numerantur notarius, pedellus, famulus gymnasii.

Cap. 1. De officio patris rectoris.

1. Officium rectoris universim est, omnia illa, quae in hac facultate a quibuscunque geruntur, consilio et opera dirigere sic, ut nihil alicuius momenti inscio ipso fiat, dabitque imprimis operam, ut omnia accomodate, quantum res feret, ad societatis constitutiones et rationem studiorum peragantur.

2. Litteras originales, quibus facultatis privilegia et translatio ad societatem continetur, ipse asservabit in certo archivi loco, exemplar etiam libri statutorum facultatis penes se habebit uti et libri consuetudinum, quo iis in tempore utatur ad sui aliorumque directionem; opus etiam erit ad iura facultatis cognoscenda non perfunctorie inspexisse libros controversiarum atque actorum facultatis.

3. Consultationes cum professoribus philosophiae aliquoties per annum

instituet praesente vel non praesente praefecto studiorum, prout res tractandae videbuntur postulare.

4. De exercitationibus atque actibus scholasticis sive publicis sive privatis omnibus mature cognoscat statuetque, impedimenta praevertet aut amolietur, dubia occurrentia expediet, designabit dies idoneos disputationibus promotionibus atque examinibus etiam horas, quamque diligenter, quae constituta sunt, executioni mandentur, observabit circa lectiones circulos repetitiones academicas etc.

5. Intererit non tantum examinibus nostrorum philosophiae studiosorum, verum etiam disputationibus illorum domesticis, quin etiam ad menstruas eorum disputationes accedet, quando commode potest, sive ante sive post prandium.

6. Quando examinandi erunt magisterii vel baccalaureatus candidati, proprio candidatorum professori ad id negotium adiunget ethicae et mathematicae professores; finito examine suffragia examinatorum colliget atque ex his ordinem candidatorum in catalogo publice proponendum constituet modo infra iudicando p. 2, c. 14, membr. 1: tempestive item promotores designabit auditis consultoribus facultatis, si forte proprius professor impediatur.

7. Instante examine metaphysicorum nostrorum designabit unum ex patribus, qui quintum de illorum doctrina suffragium ferat; ante examina physicorum et logicorum nostrorum distribuet mature examinatores et examinandos, ut quisque examinatorum sciat in tempore, quosnam ipse debeat examinare; ceterum quando inchoandum sit examen metaphysicorum ac physicorum nostrorum, statuet ex multitudine vel paucitate istorum.

8. Finitis nostrorum scholasticorum examinibus iudicia de illorum profectu inscribet in librum ad id destinatum, tum ad patrem provincialem mittet una cum nominibus eorum, qui pro magno actu habendo fuerint designati, quorum itidem nomina inscribet in eundem librum, ubi a patre provinciali potestas illis facta fuerit disputandi, de qua illos etiam mature admonebit.

9. Ex professoribus, qui sunt de consilio facultatis, tempestive designabit aliquem pro senatu academico, si quis in alterius alio missi locum substituendus sit, qua in designatione fere poterit ordinem quempiam sequi aut etiam sorti rem aliquando in dubio committere.

10. Quo tempore nullus e nostris theologiae decanus fuerit, mittet cum decano philosophiae ad decanorum consilium evocato unum e theologiae professoribus nostris, fere eum, qui proxime decanus theologiae fuit, qui et ipse in eo conventu sententiam suam dicit, si, ut fere fit, interrogetur.

11. Pridie deductionum rectoris magnifici designabit, qui ex professoribus nostris ad eas cohonestandas adeant, habita ratione templi nostri atque in eo sacrorum faciendorum et confessionum audiendarum necessitate considerata; non tamen pauciores quam duos ex quaque facultate eo mittet, quos per decanum moneri curabit.

12. Singulis semestribus statis diebus decanum et reliquos consultores facultatis convocabit, ut de actis ac rationibus pecuniariis praecedentis semestris iudicent aliaque, quae ex re facultatis sunt, consultent, denique novum decanum quatuor illi, qui academici senatus adeundi ius habent,

eligant ad plura suffragia, quorum si quando paria erunt suffragia, ipse addito suo suffragio pendentem expediet electionem.

13. Curet rector, ut cum academiae nomine aliquo evocantur aut invitantur professores a pedello, ianitor collegii id ipsi primum significet atque ab ipso demum intelligat, quid denuntiare professoribus debeat.

14. Invigilabit, ne pecunia facultatis nimis prodige ac profuse neque in alios usus, quam societas pridem recepit, expendatur, nihil in collegii aut nostrorum usus inde convertatur, nisi quod ad oblationes in publicis officiis divinis faciendas a nostris peti inde pecunia possit veteri more.

15. Curam sacelli sanctae Catharinae demandabit uni ex nostris professoribus, qui eam quam utilissime gestare videbitur, auditis super ea re, si videbitur, et consiliariis facultatis.

16. Nostros ad rhetoricam vel superiores lectiones docendas huc missos ad magisterii gradum promovendos curabit prius examinatos reverendo patre provinciali per litteras, si absit, ante appellato ea de re.

17. Stipendia, quae habet facultas in collegio Georgiano, conferet pater rector per decanum iis, quos auditis consiliariis facultatis dignos iudicaverit, simulque ut eos decanus regenti illius collegii praesentet, curabit.

18. Ad funera academiae, quibus vel professores vel studiosi cuiuscunque facultatis efferuntur, mittet omnes nostros philosophiae professores et studiosos; ad professorum etiam celebriorum exequias, quae 7 vel 30 die cum oratione praecipue funebri instituuntur, iudicet, an eosdem expediat vel omnes vel aliquos accedere, salvis semper, quantum fieri poterit, publicis lectionibus nostrorum. Quando cognati atque etiam filiae professorum externorum efferentur, satis erit, mitti eos ex professoribus nostris, qui tum non occupantur in academia; in aliis funeribus quamquam nobilioribus, non academicis tamen, maiorem etiam publicarum lectionum rationem habebit, quamquam ad funera summorum urbis praefectorum, ducalium administratorum, consulum ac praetorum etc. fere solent nostri studiosi ac professores adire; de cetero attendendum in loco ad varias circumstantias atque etiam exemplum aliorum academicorum publicamque aut privatam offensionem.

19. Non sinat nostros professores angarialibus conciliis aut alias quacunque occasione rationem reddere senatui academico aut cuicunque magistratui de rebus ad officium illorum pertinentibus, curetque, ut tam nostris quam reliquis academicis persuasum sit, eam rem pertinere ad superiores societatis, qui subditorum suorum vice ac loco sint responsuri rationemque reddituri, ubi id necessarium iudicaverint; longe minus ferat, ut nostri in senatu academico sententiam dicant, quae praeiudicet iuri aut libertati superiorum societatis.

20. Etsi negandum academicis petentibus non est, ut nostri professores habeant quandoque orationes funebres, curet tamen rector, ne ex hac permissione sensim onus aliquod nostris accrescat velut ex debito habendi id genus orationes.

Cap. 2. De officio praefecti studiorum superiorum.

1. Habebit apud se librum statutorum facultatis artisticae atque item librum consuetudinum eiusdem, dabitque operam, ut ad praescriptum illorum

et comprimis rationem studiorum omnia administrentur; ubi quidpiam se obtulerit, quod declarationem aut dispensationem requirere videatur, rem ad patrem rectorem referat aut referri curabit.

2. Aderit disputationibus non domesticis tantum, sed et menstruis in academia a principio usque ad finem, argumentantes respondentesque diriget, argumentis, si forte nimium protraherentur, finem imponet, curabit, ut ex quovis argumento aliquid utilitatis auditores percipiant.

3. In disputationibus solemnibus, quae habentur thesibus impressis, nunquam interponet suas partes ut praefectus, sed praesidi totum ius disputationem moderandi relinquat.

4. Ipsius erit, nisi hoc officium alteri pro tempore commendatum sit, non tantum publicas declamationes magistrorum gymnasii et nostrorum scholasticorum in refectorio recitandas, sed etiam eas orationes, quae initio cursus a professoribus philosophicis et in promotionibus publice recitantur, legere et censere, nihilque permittet de loco superiori dici, quod non sit accuratum beneque latinum.

5. Theses etiam sive domi sive publice disputandas, sive imprimantur sive non imprimantur, videbit nec quidquam in thesibus poni patiatur, quod sit vel paradoxum vel communi philosophorum sensui contrarium aut cum studiorum ratione quovis modo pugnans; imprimendas quidem theses, priusquam praesidi restituat, suam de iis sententiam patri rectori indicabit, quem etiam admonebit, si theses non sint, quales infra c. 6 n. 10 huius partis petuntur.

6. Post examen baccalaureorum et magistrorum aderit patri rectori eumque in constituendo ex suffragiis examinatorum ordine candidatorum adiuvabit, atque ut hunc ordinem audiant, examinatores ipsos eodem advocabit; instantibus metaphysicorum nostrorum examinibus admonebit patrem rectorem, ut quintum iudicem constituat.

Cap. 3. De officio decani.

1. Festis apostolorum Philippi et Jacobi atque iterum Simonis et Judae constituitur decanus novus a consiliariis facultatis (in quibus sit etiam decanus decedens) ad plura suffragia voce expressa, nisi quis morbo aut alio impedimento abstineatur a conventu illo facultatis, hic enim scriptum suffragium submittere posset; eligitur autem fere, quem ordo contingit, nisi graves rationes aliud suadeant.

2. Officium eius semestre erit agetque personam praefecti ratione studiosorum externorum, qui in classibus supra rhetoricam versantur, ceterum ipse decanus uti et reliqui professores supra rhetoricam subsunt praefecto maiorum studiorum quoad lectiones et reliquas exercitationes scholasticas.

3. Habebit decanus matriculam, in quam studiosos philosophiae refert, qua in re fungetur munere secretarii, quem constitutiones nostrae requirunt, et quamquam gymnasii discipuli sua nomina praefecto gymnasii inscribant, eosdem tamen, cum ad philosophiam deinde accesserint, decanus ascribet, nec quidquam pro inscriptione solvent.

4. Diligenter annotabit in charta ad id destinata, quae in facultate artistica quotidie geruntur, ut sunt promotiones, disputationes, mutationes

professorum, solemnia principia, decreta in conventibus facultatis, superiorum iussa ac statuta et id generis alia ad facultatem peculiariter pertinentia, quae deinde in conventu semestri eorum, qui de facultatis consilio sunt, coram patre rectore leget et, quae ex eis approbata fuerint, in librum inscribet, quo facultatis acta continentur; habeat praeterea decanus peculiarem libellum, quo consuetudines receptae comprehendantur, ut, quid quoque tempore agendum quove ordine, commode resciri possit; alium praeterea libellum, in quem relata habeat nomina eorum, qui facultati debent.

5. Litterae instrumenta et documenta, quae facultatem concernunt, penes decanum asservabuntur, ubi et inventaria rerum aulae ac vestiarii comici; rerum mathematicarum duplex inventarium erit, cuius alterum exemplar professor matheseos alterum decanus aut, si mathematicus decanus sit, senior facultatis penes se habebunt, atque in visitatione collegii singula instrumenta et alia dicto inventario comprehensa ostendent socio patris provincialis.

6. Hunc item librum statutorum facultatis penes se habebit decanus, saepius leget non tantum ea, quae ad suum officium, sed etiam ea, quae ad examina promotiones et ad alios actus academicos spectant; et quando examen instat, prius examinatores convocet eisque statuta examinatorum et alia, quae ad examen illud spectant, praelegat.

7. De omnibus illis, quae ad lectiones disputationes repetitiones consilia examina promotiones horumque actuum designationem et frequentationem spectant, mature admonebit decanus patrem rectorem, ut ex eius praescripto singula deinceps in tempore ordinet et exequatur.

8. Eiusdem erit, professores ad imminentes academicos actus, quibus ex officio interesse debent, vocare, monebitque praefectum templi, ut ordinem sacrorum et confessarios eorum vicem suppleturos ita instituat, ut professores ab eiusmodi conventibus non impediantur.

9. Singulis annis sub renovationem studiorum citabit decanus publico mandato eos, qui logicam physicam et metaphysicam eo anno audire volent, constituto die; descendet decanus cum professoribus excepto rhetore ad academiam; ibi metaphysici primum, deinde reliqui ordine intromittuntur in hypocaustum academicum; quaeritur nomen cognomen simulque, quam tertiam lectionem audire debeant, significatur; qui autem logicam incipere volunt, examinantur, num per annum rhetoricam audiverint, atque eius rei testimonium fide dignum exhibere debent; eadem occasione praeleget decanus studiosis philosophiae statuta facultatis, h. e. regulas auditorum philosophiae infra c. 8 huius partis comprehensas.

10. Qui post hanc primam inscriptionem demum ad lectiones philosophicas accesserint, ii se decano statim sistent atque ab hoc intelligent, quas lectiones audire debeant; tum fere Januario mense convocabuntur a decano ad hypocaustum academicum, ubi eadem illis proponentur et commendabuntur, quae prima inscriptione diximus.

11. Valde necessarium est, ut decanus re ipsa attendat atque investiget, quam diligenter auditores philosophiae frequentent, ad quas inscripti fuerint, lectiones, praecipue mathematicam et ethicam, eosque ubi defecisse animadverterint, vocet atque officii sui admoneat; et proderit, occasione secundae inscriptionis aut etiam alias evocari facultatis auditores, qui,

quam prima inscriptione adituros se lectionem promiserant, deprehensi postea fuerint non aut nonnisi raro adiisse.

12. Neminem ex auditoribus philosophiae sinat primo anno aliam tertiam lectionem audire quam mathematicam et secundo quam ethicam, nisi qui aut graves in contrarium rationes attulerint aut fide dignis testimoniis ostenderint, parentes aut curatores illorum velle, ut aliam tertiam sive theologicam sive iuridicam sive medicam lectionem audiant; cum his enim dispensabit, siquidem gradus e philosophia non petant; nam qui mathematicam aut ethicam non audiverint, ii ad gradum baccalaureatus vel magisterii non admittentur; vel si illis ob rationabilem causam facienda gratia videatur, detrudentur ad inferiorem locum, id quod illis antea mature significabitur a decano.

13. Si quis ex auditoribus philosophiae ad aliam facultatem transire volet atque idoneis testimoniis fidem fecerit, ita fieri velle parentes aut curatores suos, eum decanus ne retineat; ceterum nemini auditorum philosophiae permittet, ut horis lectioni philosophicae destinatis aliam cuiuscunque facultatis lectionem audiat.

14. Praeter pecuniam, quae facultati ex baccalaureorum et magistrorum promotionibus provenit, accipiet decanus a camerario ex camera academica quotannis 80 fl., singulis sc. trimestribus 20 fl., ea pecunia asservabitur in peculiari arca apud procuratorem collegii sub duplici clave, quarum unam decanus penes se habebit alteram procurator; plures autem ob causas consultius est, expensas facultatis nomine faciendas a procuratore fieri, qui proinde librum habebit, in quem acceptam expensamque pecuniam referat atque inde confectas rationes administratae pecuniae decano sub finem officii exhibebit, qui eas in conventu semestri apud patrem rectorem recitatas iudicio consiliariorum facultatis subiiciet tempore dein visitationis collegii etiam patri provinciali ostendendas; ceterum hanc administrationem ita procuratori decanus permittet, ut de expensis tamen faciendis in tempore inter se conferant, praesertim extraordinariis.

15. Ex dicto facultatis peculio decanus praefecto studiorum inferiorum pro munusculis scholasticis post renovationem studiorum dabit, quantum numerus discipulorum varius et temporum diversa ratio requiret iudicio facultatis et superiorum, nunquam tamen plus 16 fl., praeterea patri regenti collegii Ignatii martyris 1. Jan. tradentur 60 fl., quibus ille necessaria in cultum divinum et musicam per annum ineuntem in aula gymnasii procuret atque disponat; maiores vel extraordinarias expensas in paramenta instrumenta musica et similia pater regens et facultas ex aequo sustinebunt; sarta tecta gymnasii aulae et scholarum ex eodem aerario conservabuntur ac reparabuntur, praemia annua comparabuntur, merces gymnasii famulo persolvetur, sumptus comoediis publicis suppeditabuntur.

16. Non permittet decanus mathematicae professori ullos sumptus pro se vel aliis ex facultatis aerario sine speciali patris rectoris consensu, neque in pia munuscula ultra 5 fl. annue expendi sinet eaque in externos professorum discipulos; nulli vero ex nostris inde donabitur, tametsi aliqua servitia in facultatis emolumenta praestiterint.

17. Tempestive constituet quempiam e magistris vel ceteris gravioribus studiosis, si fieri possit, qui pridie sanctae Catharinae sub finem

vesperarum in templo divae virginis orationem habeat, cui deinde munusculi quidpiam, quod tamen $1/2$ fl. pretium non superet, impensis aerarii facultatis offerre poterit.

18. Eadem diligentia singulis annis die Mercurii, in quem quatuor tempora quadragesimae incidunt, anniversarias exequias eorum, qui ex facultate decesserunt, in templo divae virginis celebrandas curabit convocatis edicto prius affixo omnibus ad facultatem artisticam pertinentibus studiosis.

19. Iis diebus, quibus adeunda nostris professoribus divina officia sunt, mature illis nummos offerat ad oblationes publicas; plures diebus festis, quibus trullae ad eleemosynas colligendas circumferuntur per templum; hanc pecuniam accipiet decanus ex aerario facultatis.

20. Ad lites inter nostros cavendas atque alia arcenda incommoda pro servitiis externorum in comoedia aut alias praestitis esculenta et potulenta non accipiet decanus e collegio nostro, sed vel e civitate vel convictorio.

21. Vestiarii comici curam decanus habebit eamque administrabit per aliquem ex magistris gymnasii a patre rectore petitum; quae pretiosiora sunt, ea bene clausa ut sint, curabit et clavim ipse penes se habebit, nihil ut nisi conscio ipso eximi inde possit.

22. Professores novos artium facultatis inscribendos rectori academico uti et regenti collegii Georgiani eos, quibus facultatis stipendia conferuntur, recipiendos praesentabit decanus; idem, cum quis ex facultatis professoribus recens in senatum academicum adsciscendus erit, illum senatui sistet curabitque, ut iuramentum, quod nostri solent, ibi faciat.

23. Cum quis e nostris philosophiae cursum auspicabitur, decanus mature diem constituat de consensu rectoris academici, quo solemne principium ab illo habeatur, atque in eum diem affigi ad fores academiae programma curabit a notario, quo ad id academici invitentur nominata hora et loco, ac tum, ne, qui solemne principium habiturus est, iuramentum faciat, quod alii professores solent, curabit.

24. Ad concilia, quae trimestribus indicuntur ac fere angarialia vocantur, curabit, ut omnes professores superiores excepto rhetore adeant non quidem suarum lectionum ac diligentiae rationem reddituri, sed tamen de moribus frequentiaque auditorum suorum edocturi senatum academiae.

25. Disputationes philosophicas imprimendas carmina epistolas dedicatorias et alia ad linguas atque omnino litteras humaniores spectantia leget censebit nec nisi a se subscripta imprimi a typographis sinet nec patietur speciales illas laudes, quas interdum nonnulli poetae in suis carminibus nostris professoribus tribuunt; theses quidem imprimendas non restituet praesidi, priusquam patri rectori, quid de iis sentiat, indicaverit, ac tum demum approbationem suam academico more subscribet; quodsi ipse sit praeses, praestanda haec a seniore facultatis curabit.

26. Ad facultatis artisticae providentiam iurisdictionemque pertinent depositiones, quibus studiosi ad academiam recens accedentes veteri more initiantur; quique illis praeest depositor, quem hic vulgo quintum vocant, hunc decanus ex gravioribus studiosis ac fere gradu philosophico insignibus delectum constituet mittetque ad rectorem academicum, ut huic indicet, collatum sibi a facultate artium id officii esse; eundemque deinde admonebit et coarguet, si quid compererit minus recte ab illo factum, prae-

sertim si saevior videatur, nec sinet abusus quosdam irrepere in consuetudinem cum honestate vel temperantia pugnantes.

27. Administrationem atque inspectionem bibliothecae academicae cum reliquarum facultatum decanis et procancellario communem habet decanus artisticae facultatis; eius visitatio instituenda est sabbato post Martini.

28. Cum camerarius academiae rationes reddit, iis cum uno e nostris theologiae professoribus interesse debet et subscribere.

29. Habebit penes se decanus clavim ad saccum coriaceum, in quo litterae quandoque atque alia scripta a rectore academico ad facultates mittuntur, atque ubi ad facultatem artisticam missus is fuerit, decanus aperiet et quod exemerit, si ita imperatum fuerit, suis etiam collegis, qui senatum academicum adeunt, communicabit; tum demum perfectis omnibus saccum denuo claudet ac rectori academico restituendum curabit.

30. Curabit, ut contumaces discipuli meritas luant poenas opera et arbitrio rectoris academici.

31. Ad comoediam curet ut sit, qui invitet professores academicos, nam ipsum decanum aut alios professores vix decet ad ista descendere, item alius, qui invitet ducales ac civiles magistratus, nobiles item cum coniugibus, atque hi deinde etiam locandi officium in se recipient ex arbitrio patris rectoris collegii.

32. Tametsi absentes creari magistros vel baccalaureos nihil sit novi, non tamen hoc fieri sinet decanus sine gravibus causis iudicio concilii facultatis, in magisterio tamen ob licentiam conferendam ea de re cum procancellario tempestive transiget.

33. Ne extraordinarius iuris professor nostros, qui de facultatis consilio sunt, in publicis actibus praecedat, decani erit attendere, qui ubi quidpiam contra antiquam consuetudinem peccari animadverterit, ea de re rectorem academicum admonebit de consensu patris rectoris collegii; potestatem quidem in auditorio canonistarum considendi inter collegas suos iam olim illi facultas fecit.

34. Testimonia minus solemnia, i. e. privata, v. g. ad parentes curatores vel mecaenates destinata dare poterit decanus, quin etiam alii professores absque opera notarii academici; solemnia autem et quae testificantur de vita sub disciplina facultatis transacta vel de annis in studiis consumptis, praesertim absoluto cursu vel gradu suscepto opera notarii conficientur; qualiacunque autem istiusmodi testimonia dentur, ea multas ob causas expedit non collegii, sed facultatis sigillo muniri.

35. Non deponat officium suum decanus, antequam rector academiae, qui proxime fuit, rationes excepti atque expensi reddiderit novo rectori, nam iis rationibus adesse ipsum quoque oportet cum aliis decanis iisdemque post hos subscribere sua manu.

Cap. 4. De consiliariis senatus academici.

1. Quatuor ex facultate erunt in senatu academico iuxta constitutionem serenissimi principis Alberti et litteras serenissimi principis Guilielmi, et quamvis hoc ita sit, non est tamen necesse, ut omnes eant, nisi vocentur omnes.

2. Cum in senatum nostri admittuntur, praestabunt senatoribus iuramentum his verbis a serenissimo Alberto comprehensum 16 Dec. 1572 et



a reverendo patre nostro Everardo Mercuriano societatis tunc temporis generali permissum et approbatum: Ego N. promitto ac iuro, quod ad singula, quae in senatu consiliove proposita fuerint, deliberabo fideliter et, quantum meum fert iudicium, respondebo nulla amoris odii pretii privatique affectus ratione habita, sed quam iustam arbitratus fuero sententiam dicam pro publico commodo academiae, secretaque universitatis et consilii ac earum etiam rerum, quas celare iubebor et quae in praeiudicium vel academiae vel singularum eius personarum vergere videbuntur, non efferam ad alios neque publicabo; sic me deus adiuvet etc.

3. A reliquis iuramentis, quae academici praestare solent, excepit nostros idem princeps eodem anno et die.

4. Admissi in senatum nihil antiquius habeant commodis et bono statu academiae et ad hunc finem omnia sua consilia et deliberationes referant, nihil tamen in senatu ultro et sponte sua proponent, quod ad novam ordinationem vel reformationem pertineat, nisi prius rem cum patre rectore communicaverint.

5. In dicendis sententiis sint graves breves perspicui modesti, aliorum sententias nunquam interrumpant nec confutent sine iusta causa; quodsi confutanda sit alterius sententia, id quam modestissime fiat, suam vero quisque suo loco, quantum rei necessitas postulabit, confirmet; non pudeat interdum suam sententiam mutare, si intelligant, alios rectius sentire; si viderint, se nihil melius afferre posse quam alii attulerint, qui ante dixerunt, paucis verbis illorum sententiam sibi probari, honeste dicent.

6. Academicos reverenter et cum honoris significatione compellent, in illis interrogandis rari sint et modesti, speciem omnem iubentium subterfugiant rogantibus propiores.

7. Non respondeant praepropere nimiumque secure aut resolute vel etiam arroganter nec utantur facile superlativis neque iactent, rem plane esse facilem vel impossibilem, sed sua proferant sancta quadam verecundia et humilitate neque cuiquam temere contradicant; quodsi quis tamen ex officio monendus esset, id fiat admodum submisse et molliter veluti rogando potius quam reprehendendo.

8. Denique in rebus omnibus directe vel indirecte ad societatem vel ad eius personas pertinentibus meminerint, honorem et bonum nomen societatis amicitiae et gratiae academicorum esse proferendum.

9. Praesentari atque adlegi in senatum, sententiam dicere ac rectorem academiae eligere possunt nostri etiam ante habitum solemne principium.

10. Qui impediuntur morbo aut alia legitima ratione, quominus die electionis rectoris academici in senatum veniant, ii scriptum suum suffragium mittere eo possunt, et expedit, obsignatum mitti.

Cap. 5. De consiliariis facultatis.

1. Consiliarii facultatis sunt omnes professores superiores facultatis usque ad professorem rhetoricae inclusive.

2. Hi ius habent admittendi vel non admittendi ad lectiones philosophicas ad gradus seu promotiones, iudi[illegible]di de ac[illegible] semestribus ac rationibus pecuniariis, approbandi vel impr[illegible]di c[illegible]a novorum sumptuum faciendorum et si quae alia sunt l[illegible].

3. Cum igitur quidpiam inciderit, quod a consensu istorum pendere videatur, decanus illis rem proponet atque ex plurium sententia vel ipse statuet vel ad patrem rectorem rem sententiamque illorum ac suam (nam et ipse in hoc concilio sententiam dicit) referet, ubi opus esse videbitur.

4. Si res postulet, pater rector ipse proponet iis convocatis, quae in deliberationem veniunt, atque ex ipsorum sententiis, quae consultivae sunt solum, non decisivae, statuet, quod videbitur in domino.

5. Non habent ius eligendi decanum nisi qui ex illis academici senatus adeundi ius habent, passivum tamen suffragium in ea electione omnes habent; quodsi quis decanus eligatur, qui de consilio academiae non sit, tum, qui postremus e facultate ad senatum academicum accessit, huic locum cedet, quamdiu decani officio fungetur.

6. In publicis actibus praecedunt alii alios, prout serius aut citius ad docendi munus accesserunt; si simul adveniant, praecedit, qui concilia academica adit, eum, qui non adit; hebraicae linguae professor praeit rhetorem, si cum hoc simul incipiat docere, nam rhetor cedit omnibus in academia docentibus, qui quidem una cum ipso adveniunt; qui iam antea hic fuit, occupat locum, quem discedens reliquit, etiam post multos annos, ac si semper hic fuisset; in disputationibus tamen non solemnibus, cuiusmodi sunt domesticae et menstruae, non servatur hic ordo, sed considet ante alios, cuius theses prius defenduntur.

7. Actus publici, quibus interesse debent, sunt disputationes promotiones deductiones rectorum exequiae supplicationes funera et si qui sunt hoc genus, quibus adesse soleant professores externi; excipitur rhetoricae professor, qui non comparet in omnibus hisce actibus, ut cap. sequ. nr. 12 dicetur.

Cap. 6. De professoribus facultatis.

1. Qui ad docendi munus sive in academia sive in gymnasio recens accedunt, ii apud rectorem academicum omnes in album academiae inscribuntur nihilque solvunt pro inscriptione, idque observatur cum iis etiam, qui iam antea inscripti semel fuerint sive ut discipuli sive magistri aut professores.

2. Qui gradibus indigent, ii a decano privatim creantur accepta prius a procancellario licentia gradus conferendi et cum consensu superiorum societatis.

3. Solemne principium in auditorio canonistarum solum ii tres habent, qui cursum triennalem philosophicum auspicantur, neque tamen faciunt iuramentum, quod externi professores ante solemne principium solent; ethicae et mathematicae professores possunt illud, si velint, privatim habere in suis quisque auditoriis.

4. Qui cursum triennalem docent, ii neque confessionibus audiendis neque habendis concionibus aut exhortationibus sive ullo alio extraordinario officii genere occupantur, et accedere iis licet ad secundam mensam redimendi temporis causa.

5. Omnes quotidie docent praeter professorem linguae hebraicae, qui legit tantum die sabbati hora 12 non impedita (impeditur autem semper per quadragesimam et alios ieiuniorum dies) habetque statos auditores e

nostris theologos primi anni, quibus praelegit tum grammaticam tum e psalmis Davidicis quidpiam, et quidem in auditorio theologorum, de cathedra tamen inferiore.

6. Mathematicus et ethicus docent quotidie semel tantum hora 1 extra quadragesimam quidem, nam per hanc incipiunt docere hora 2., producant autem suas lectiones non ultra tres quadrantes; qui cursum triennalem peragunt, ii duas per diem horas docent ab 8 matutina ad 9 atque a 2 pomeridiana ad 3 extra quadragesimam, nam in quadragesima docent a 3 ad 4; rhetor per 4 horas docet quotidie, magistri rhetore inferiores per 5, nisi quod diebus sabbatinis et pervigiliis festorum per 2 horas aut etiam unam ta num in gymnasio docetur.

7. Qui dictando lectiones suas auditoribus tradunt, ii post primam semihoram insistunt atque explicant fere per quadrantem, tum ad dictandi laborem redeunt, nisi quibus tertio quadrante finienda est, hi enim tantum per dimidiam horam dictant.

8. Cursus triennalis sic traditur: Anno primo praelegenda manuductio Philippi du Trieu usque ad festum Catharinae vel initium decembris, inde usque ad festum apostolorum Philippi et Jacobi agendum imprimis, quodnam sit obiectum logicae, quotuplex haec sit et quam necessaria ad alias scientias et artes, omissis aliis, quae plerumque in prolegomenis tractari solebant; deinde praeteritis universalibus et praedicamentis libri perihermenias et analytici tam priores quam posteriores atque in horum fine diligenter agendum de habitibus et deducenda tamquam corollaria, quae in prolegomenis tam logicis quam physicis tractabuntur. Ab initio Maii usque ad finem anni explicato breviter obiecto physicae praelegendi duo libri priores physicorum, in quibus nihil de primo cognito, substantia et existentia materiae et similibus, breviter de natura et arte, diligenter de principiis et causis earumque causalitatibus; sex libri posteriores reiiciendi in annum tertium. Secundo anno explicabuntur libri de coelo iuxta praeceptum rationis studiorum, de generatione et corruptione, de meteoris et de anima. Tertio anno de obiecto metaphysicae, conceptu et analogia entis, proprietatibus entis, ente reali et rationis, universalibus in communi et particulari, praedicamentis in genere et in specie, essentia et existentia, de subsistentia, individuatione, deo et potissimum de eius potentia, ubi agi poterit de infinito, de possibilitate creaturae ab aeterno, de eiusdem potentia obedientiali et similibus, de angelis, quae pure philosophica sunt, quantum per tempus licebit [*Uebrigens ist in der Handschrift dieser ganze Absatz Nr. 8 von späterer Hand durchstrichen und durch die Worte ersetzt:* Cursus triennalis traditur secundum praescriptum rationis studiorum in reg. profess. philos. 9. 10. 11.]

9. Absoluto cursu philosophico canitur „Te deum laudamus" in sacello s. Catharinae additis pro gratiarum actione collectis de sanctissima trinitate, de beata virgine, s. Catharina et s. Francisco Xaverio, sacrificio item missae, si mane absolvatur.

10. Quilibet professor intra triennium suum habet ius instituendi sex disputationes solemnes thesibus impressis, quae quidem habere debent formam conclusionum seu propositionum sine citationibus probationibus et refutationibus aut solutionibus argumentorum neque excedere possunt duos

quaterniones in expanso et folio. Quodsi quid extraordinarium personae alicui illustri concedendum videatur, a superioribus petetur, quid fieri expediat. Extra numerum quidem sex disputationum reputantur eae, quae ab illustribus instituuntur uti et eae, quae cum nostris defendentibus habentur.

11. Optatur, ut ethicae ac mathematicae professores etiam ipsi nonnunquam theses e praelo in disputationem producant.

12. Professores, qui in gymnasio docent, procurabunt suas scholas ex praescripto rationis studiorum atque omnino ex more in aliis societatis gymnasiis recepto, etiam rhetor, qui publicos actus cum reliquis superiorum facultatum professoribus non adibit, nisi forte cum illi incident in horas diversas ab iis, quae ipsi ad docendum in gymnasio constitutae sunt; solum excipiuntur examina morum, bona nova, promotiones philosophicae et eae exequiae, ad quas totum gymnasium mittitur; itaque quando habentur disputationes solemnes impressis thesibus aut inscriptiones annuae a philosophis instituuntur aut festa vel exequiae aliarum facultatum celebrantur, semper docet rhetor toto tempore.

13. Cętera, quae ad praeceptores gymnasii eorumque vacationes lectiones atque alias consuetudines pertinent, seorsim conscripta habentur apud praefectum studiorum inferiorum.

Cap. 7. De officio praefecti studiorum inferiorum.

1. Curabit diligenter observari in gymnasio ordinem, quem in suis scholis gubernandis societas ex praescripto rationis studiorum in sex classibus gymnasii tenere solet; habębit penes se consuetudines gymnasii ordinis dierum et mensium conscriptas, unde intelligat, quid quibusque temporibus faciendum sit aut cavendum.

2. Nec minus sedulo advigilabit, ut, quae in adiumentis studiorum humaniorum copiose traduntur, executionem per omnes classes habeant, praesertim quae quotannis legenda sunt in primo conventu magistrorum gymnasii.

3. Inscribet in catalogum, quotquot ad scholas gymnasii lectionum nostrarum audiendarum gratia accesserint, iisdem abire alio volentibus dabit testimonia vitae et doctrinae, audito tamen praeceptore eius, qui testimonium petit, ut intelligat, an aliquam et quam commendationem mereatur; praeceptores cum consensu patris rectoris dare possunt minus solemnes commendationes ad parentes vel mecaenates.

4. Si quid gravius a discipulis gymnasii peccatum fuerit, quod ordinariis scholarum nostrarum poenis castigari non possit aut exempli quandam pravitatem adiunctam habeat, de ea re referat ad patrem rectorem atque ab hoc intelliget, quid ipsi sit faciendum et quomodo in tota re se gerere debeat.

5. In administratione scholarum gymnasii atque universae iuventutis nobis commissae tractatione studiose cavebit, ne aut agendi aut loquendi ratione aliqua magnificum dominum rectorem aut alios academicos offendat, praecipue cum de aliquo e scholis nostris dimittendo aut ab iisdem excludendo agitur.

6. Ad excitandam fovendamque iuventutis in | tis et [illegible]



studio alacritatem singulis annis a facultate certam pecuniae summam accipiet, quam coemendis imaginibus aliisque piis munusculis in magistros eorumque discipulos postea dispertiendis applicabit.

7. Alium nullum pro gymnasio sumptum sive in fabricam sive in alios usus faciet aut faciendum quidquam locabit nisi praemonito et consentiente decano.

8. Habebit curam earum actionum, quae sub finem anni scholastici ad distributionem praemiorum exhiberi solent ac proinde tempestive de argumento et chorago constituendo patrem rectorem admonebit; sedulo item curabit, ne, dum actores exercentur, theatrum et scenae apparantur, choragus et socius in procurandis liberius haustibus vel merendis facultatem artium gravent et paupertatis religiosae obliviscantur; proinde eosdem monebit, talia sine speciali patris rectoris licentia non licere externis differre neque, ubi licuerit, e collegio nostro propter multa incommoda accipere; periochas curet imprimi sumptibus facultatis pluribus vel paucioribus exemplaribus pro temporis ratione, nunquam tamen pluribus quam 400.

9. Sub finem anni scholastici petet a patre rectore adiutores, qui scriptiones in scholis pro praemio atque ascensu dictent disciplulis, item qui in his examinandis operam ei navent.

Cap. 8. De auditoribus.

1. Omnes studiosi huius facultatis postquam in album academiae apud magnificum dominum rectorem relati fuerint, dabunt sua nomina itidem inscribenda decano quidem, qui philosophiae, praefecto inferiorum studiorum, qui rhetoricae vel hac inferioribus litteris vacant; hi tamen ipsi, si ad philosophiam ascenderint, rursus a decano inscribentur sine iuramento aut pretio.

2. Tres lectiones singuli quotidie audient; logici mathematicam, physici ethicam, metaphysici quam volent arbitratu suo in quacunque facultate extra horas quidem, quibus philosophicas lectiones obire debent.

3. Qui gradum baccalaureatus petent, ii praeter logicam respondebunt etiam ex mathematica; qui vero gradum magisterii, ex mathematica et ethica.

4. Si eorum, qui gradus e philosophia non petunt, parentes vel curatores volent aliam ab illis primo vel secundo philosophiae anno, quam praescriptum est, tertiam lectionem sive intra sive extra facultatem audiri, ii decano huius illorum voluntatis dignum fide testimonium offerent, siquidem dispensare cum ipsis hunc velint.

5. Nullus ex auditoribus gymnasii ad academicas ullas lectiones admitti potest, qui per annum rhetoricam non audiverit, nisi forte graves aliquando aut rationabiles causae aliud suadeant, neque ab una lectione ad aliam transire cuiquam licet, nisi praemonito atque annuente decano, cuius consensum qui impetratum volet, is fidem ei idoneis testimoniis faciet, ita parentes aut curatores ipsius fieri velle.

6. Lectiones sibi assignatas item repetitiones disputationes et similes litterarias exercitationes diligenter frequentent, in scholis audita domi relegant et praevideant et, si quid dubii occurrat, magistros suos adeant, moniti disputent repetant defendant.

7. Statuta academica, seu quae ad cultum divinum seu quae ad diligentiam et doctrinam pertinent, studiose observent.

8. Valde conveniens et ad magnos in studiis progressus faciendos utile est, ut confiteantur et communicent saltem potioribus anni festis.

9. Festo s. Catharinae primis vesperis et officio divino omnes intersint, oblationes suas ad altare offerant, decanum ad templum beatae virginis ducant et reducant.

10. Cum facultas anniversarium defunctorum in quadragesima agit, omnes convenient in beatae virginis templo sacrumque missae officium pie pro salute mortuorum audient atque itidem suas ad altare oblationes offerent.

11. Denique singuli huius facultatis studiosi decano et professoribus, suis praecipue praeceptoribus, debitum honorem habeant eisque omnibus in rebus, quae ad litteras spectant, obtemperent.

Cap. 9. De notario.

1. Sicut aliis facultatibus in academia sic artium quoque facultati praesto est notarius in testimoniis et mandatis scribendis iisque affigendis, in iuramentis a candidatis exigendis aliisque academicis obsequiis, ut in procuratione convivii magistralis, invitatione hospitum etc.

2. Pro testimonio nomine facultatis dando notarius non habet constitutam mercedem, sed solvitur ipsi pro testimonii ratione ac magnitudine laboris in eo scribendo atque expediendo sumendi.

Cap. 10. De pedello.

1. Quae aliis facultatibus, eadem obsequia pedellus artisticae navat, mandata facultatis aut decani defert ad studiosos, advocat hos quandoque ad decanum, tempore examinum tempestive aperit ianuam hypocausti academici.

2. In festo s. Catharinae decano atque in promotionibus eidem et promotori praefert sceptrum una cum aedituo alterum sceptrum ferente: utrumque petet pedellus a rectore academico, in cuius aedibus asservatur illud etiam, quod ad artisticam facultatem spectat.

3. Pulsu campanae in academia signum dat ad philosophicas lectiones omnes item promotiones disputationes solemnes ac menstruas; ad disputationes solemnes apparat auditorium canonistarum cathedris ac subselliis eminentioribus tapetum ornatu instratis, pro quo labore accipit a defendentibus mercedem; e collegio quidem nostro pro singulis huiusmodi defendentium nostrorum actibus datur illi $1/2$ fl.

4. Ad menstruas disputationes apparat aulam Albertinam eodem fere modo, nisi quod supremam cathedram non insternat tapete; sed pro hoc labore nihil accipit mercedis.

Cap. 11. De famulo gymnasii.

Hic vulgo pulsator vocatur; eius officium est pulsare ad scholas et rem divinam, purgat scopis gymnasii scholas ambulacra aulam, gymnasium scholas et fenestras tempestive aperit et opportune claudit, hyeme calefacit fornaces scholarum, claves ad gymnasium spectantes e collegio petit atque

eodem restituit; accipit a decano facultatis salarium statum in annos singulos 12 fl., nihil a discipulis gymnasii.

Pars secunda.

De rebus ad artisticam facultatem pertinentibus.

Hae sunt vacationes lectiones circuli repetitiones disputationes sabbatinae domesticae menstruae solemnes problemata mathematica academia graeca lectiones in refectorio examina nostrorum examina externorum promotiones funera sacellum et aerarium s. Catharinae stipendii collegii Georgiani.

Cap. 1. De ordinariis vacationibus philosophorum.

1. Vacationes a lectionibus longiores sunt: a festo Thomae apostoli usque ad epiphaniam domini, a die Jovis ante quinquagesimam usque ad diem Jovis sequentem, a dominica palmarum usque ad dominicam in albis, a festo Bartholomaei usque ad solemnem renovationem studiorum.

2. Per unum integrum diem ordinarie vacatur a lectionibus praeter dies festos omnibus diebus Jovis per annum, 4. Maii propter nundinas, feria 4 rogationum, pridie dominicae pentecostes, quibus diebus solemnes disputationes theologicae philosophicae aut medicae habentur thesibus impressis, non item, quibus iuridicae; quo die philosophiae professores primam annuam suorum auditorum inscriptionem instituunt; quibus item diebus publice baccalaurei aut magistri philosophiae sive aliarum facultatum doctores creantur, uti etiam cum privatim creantur magistri philosophiae; quo die instituitur supplicatio publica ad salvatorem remotum, quod ordinarie fit postridie dominicae primae post pentecosten, diebus Ignatii et Xaverii, item diebus Martis a 13 inclusive die Julii usque ad 10 Augusti, quibus quidem hebdomadis non occurrit dies festus extra diem Jovis.

3. Per dimidium diem a lectionibus ordinarie vacant philosophi post meridiem quidem pridie festorum purificationis annuntiationis beatae virginis, palmarum, corporis Christi, Petri et Pauli, Ignatii, assumptionis, omnium sanctorum, Catharinae, conceptionis, item cum post meridiem leguntur statuta academica, cum professores novi habent solemnia principia, cum habentur vesperiae theologici doctoratus, cum philosophi a prandio habent examen morum aut bona nova aut intra annum secundam inscriptionem instituunt aut privatim baccalaureum philosophiae creant, cum mathematicum problema proponitur.

4. Ante prandium solum vacant die commemorationis fidelium defunctorum, in festo Marci, duobus prioribus diebus rogationum, cum in templo beatae virginis celebrantur exequiae anniversariae academiae generales, philosophicae facultatis et Knöringianae, siquidem cum his postremis coniungatur professio fidei in academia facienda a professoribus, denique cum quis capitali supplicio afficiendus sit, nisi intra breve tempus valde frequenter hoc fieret.

Cap. 2. De lectionibus publicis.

1. Sub renovationem studiorum lectiones in [illegible]
metaphysicae professoribus 20 Oct. seu proximo [illegible]

spiritu in aula gymnasii habitum die; mathematicus atque ethicus peracta prima inscriptione philosophorum, omnesque (etiam ethicus) producunt suas lectiones usque ad ipsas vacationes autumnales excepto metaphysico, qui suum cursum finit mense Julio, non tamen ante 13 istius diem.

2. Ceterum ob nullum extraordinarium impedimentum omittitur lectio, nisi id incidat in primam semihoram illius horae, quae lectioni destinata est, atque alioqui implenda, nisi legitima causa iudicio superioris aliud videretur postulare.

Cap. 3. De circulis.

1. Instituuntur hi ex praescripto reg. 16 profess. philos. in singulis philosophorum auditoriis post lectionem matutinam ab hora nona ad mediam decimae.

2. Excipiuntur ab obligatione circulos hos instituendi omnes dies sabbati per annum et pervigilia sequentium (non aliorum) festorum: purificationis et annuntiationis, corporis Christi, Petri et Pauli, Ignatii, assumptionis, omnium sanctorum, Catharinae, conceptionis; intermittuntur etiam primo die (non autem 2. vel 3., si primo quacunque de causa non fuissent habiti) post longiores vacationes per annum, post vacationes autumnales seu renovationem studiorum, 1. et 2. die modo explicato tempore collectionis triduanae philosophorum; quibus diebus medici instituunt anatomias ea hora, qua circuli haberentur, et quibus iuridicae disputationes solemnes in academia habentur; item quibus exequiae aut festa aliarum facultatum in templo beatae virginis ea hora celebrantur, ad quae academici omnes affixo programmate sunt invitati; item quibus nostri ex obligatione accedunt ad communionem, quo die in templo patrum franciscanorum festum beatae Mariae de portiuncula celebratur cum plenariis indulgentiis.

3. Non intermittuntur circuli, quo die novi professores solemne principium habent a prandio, neque metaphysici desinunt hoc circulorum exercitium ante absolutionem cursus sui.

Cap. 4. De repetitione.

1. Habetur a media quarta ad medium quintae vespertinae, in quadragesima a quadrante post quartam vespertinam usque ad quadrantem post quintam: praesunt ac moderantur professores philosophiae defendentesque nominant nullo certo ordine servato; alternis hebdomadibus die Veneris unam repetitionem ethicam cum metaphysicis discipulis suis instituit ethices professor loco illius, quam cum iisdem alioqui metaphysicae professor haberet.

2. Omittitur repetitio quotidiana tempore vacationum longiorum, 1. et 2 die (non autem 3, si 1. vel 2 die quacunque ex causa non fuisset habita), quibus docetur post vacationes autumnales; quibus diebus publicae promotiones solemnia principia mathematica problemata disputationes solemnes aut menstruae, quibus nostri philosophiae studiosi tenentur interesse, habentur, quo die supplicatum itur ad remotum salvatorem, tempore item collectionis triduanae uti et annui examinis philosophorum nostrorum, diebus festis confessionis et communionis ex praescripto obeundae et recreationis, item quo die sepelitur aliquis ex nostris defunctis.

3. Non omittitur post examen annuum philosophorum nostrorum etiam

metaphysicorum neque quando ex alia causa professor aliquis aut etiam omnes impediuntur a publica lectione, nisi huiusmodi impedimentum producatur in ipsa hora repetitionis.

4. Post renovationem studiorum, quamdiu opus erit, materia pro his repetitionibus petetur ex dictatis ante vacationes, quod idem observandum in disputationibus. . . . .

Cap. 5. De disputationibus sabbatinis.

1. Die sabbati disputatur in auditoriis philosophorum per duas horas antemeridianas, ab 8 scil. usque ad 10, nisi praeter diem vacationis alio die integro alicuius hebdomadae, sive id festo sive alia legitima causa fiat, fuerint impeditae. . . . .

2. Quodsi vero pluribus hebdomadibus valde enormis paucitas lectionum incidat, patris rectoris cum praefecto erit statuere, quota hebdomade sabbatina disputatio sit habenda.

3. Conclusiones in his disputationibus non proponuntur plures quam 8 vel 9 eaeque breves.

Cap. 6. De disputationibus domesticis.

1. Habentur hae singulis hebdomadis die Mercurii loco repetitionis quotidianae. . . . . .

2. Ne in his quidem disputationibus plures quam 8 vel 9 conclusiones proponendae sunt eaeque nonnisi breves.

3. Defendit unus tantum, argumentantur tres per horam dimidiam, nisi quando ultimam semihoram in metaphysicorum disputationibus inter se physicus atque ethicus argumentans partiuntur.

4. Si defendens sit metaphysicus, tum is praeter metaphysicas theses proponit unam etiam thesin physicam atque unam ethicam, argumentanturque contra illum primo loco theologus, secundo metaphysicus, tertio physicus, quarto ethicus per quadrantem. Si defendens sit physicus, tum is praeter physicas conclusiones proponit unam etiam conclusionem logicam. . . . . .

5. Si denique logicus sit defendens, meras is e logica conclusiones proponit, ... defendunt autem logici dictata solum, non summulas.

6. Intersunt his disputationibus a principio usque ad finem pater rector et praefectus studiorum cum omnibus professoribus illarum facultatum, ex quibus depromuntur conclusiones. . . . . .

7. Omittuntur hae disputationes inclusive a 18 Julii usque ad renovationem studiorum. . . . . .

Cap. 7. De menstruis disputationibus,

1. Disputationes menstruae habentur sex in anno a philosophis nulla quoad hunc numerum ratione habita disputationum solemnium.

2. Prima instituitur mense Decembri, postrema mense Maio; quodsi qua priorum mensium aliquo praetermissa fuisset, ea commensabitur post mensem Maium; nec longe post initium cuiusque mensis ut haec disputatio habeatur, curandum est.

3. In his disputationibus proponuntur conclusiones non plures quam

12 vel 15 e dictatis quatuor professorum metaphysici physici logici et ethici. . . . . .

4. Disputatur in aula Albertina mane a media 8. usque ad 10. et post meridiem a media 2. usque ad 4. . . . . .

5. Quodsi quando ethica conclusio nulla proponatur, tum logicus contra logicum post meridiem atque item physicus contra logicum mane argumentantur per tres quadrantes. . . . . .

6. In his disputationibus logici nullam neque proponunt neque propugnant conclusionem, dum summulae illis explicantur. . . . . .

7. Quodsi ob causam aliquam ethica nulla conclusio propugnaretur, tum haec disputatio inciperet hora 8. et 2. . . . . .

8. Ad has disputationes signum datur pulsu campanae academicae per quadrantem, et intersunt iis a principio usque ad finem praefectus studiorum cum omnibus professoribus illarum facultatum, ex quibus conclusiones propositae sunt; accedit etiam pater rector, quando commode potest, vel mane vel a prandio.

Cap. 8. De disputationibus solemnibus.

1. Disputatur in auditorio iuristarum mane a media 8. usque ad 10., vesperi a media 2. usque ad 4., signum datur in academia pulsu campanae per dimidiam horam. . . . . .

2. Conclusiones typis excusae proponuntur ordinarie in folio expanso neque eae plures quam 50.

3. Intersunt his disputationibus omnes professores philosophicae facultatis, qui in academia docent. . . . . .

4. Argumentantes designantur prius, monenturque, quo ordine et quando dicere debeant, quo quidem in ordine professores ad philosophicam facultatem spectantes praeponi possunt quibuslibet aliis professoribus.

Cap. 9. De problematis mathematicis.

1. Professor mathematicae praeter menstruam repetitionem, quam illi regula ipsius imperat, aliquoties intra annum illustre aliquod problema proponit in aula Albertina media 2., in quadragesima media 3. publice enodandum ab aliquo auditorum suorum inferiorem cathedram occupante praesentibus omnibus philosophis ac, si velint, etiam theologis; ipse de superiore cathedra, quam conscendit, moderatur.

2. Ceterum danda opera est, eiusmodi ut argumentum problematis deligatur, quod impugnari ratiocinatione possit; constituentur autem argumentantes duo e mathematicis auditoribus, quorum argumenta professores, qui ipsi quoque aderunt cum praefecto studiorum, prosequi deinde possint, sic tamen, ut non ultra horam cum dimidia tota haec exercitatio protrahatur.

Cap. 10. De academia graeca.

1. Habetur toto anno diebus dominicis a 1. quadrante post horam 5. usque ad quadrantem post 6.

2. Primo quadrante repetitur ab uno vel pluribus proxima lectio, tum

va praelectio sequentibus tribus quadrantibus explicatur, nisi aliquando ıceat, ultimum quadrantem repetitioni novae praelectionis dare.

3. Omittitur haec academia tempore longiorum vacationum, triduanae llectionis, quadragesimae, item quibus diebus vesperae solemnes sunt in stro templo vel in aula gymnasii, quibus omnes nostri philosophiae stu›si interesse debeant.

Cap. 11. De lectionibus in refectorio.

Post renovationem studiorum privatae in refectorio super mensam hantur e logica physica et mathematica lectiones ab aliquot istarum audi:ibus a professore suo sub initium vacationum autumnalium designatis ıue admonitis; ceterum ne confertim cumulentur hae lectiones, eae ita ;tribuuntur, ut fere inter prandendum habeantur diebus festis et vaca·nis iudicio patris rectoris et praefecti studiorum.

Cap. 12. De examinibus nostrorum.

1. Metaphysicorum examen inchoatur, si illorum multitudo ita exigat, quadragesima; si pauci sint, statim post pascha; examinantur singuli r horam integram a quatuor examinatoribus, praefecto sc. studiorum et bus philosophiae professoribus, praeter quos constituitur alius e professo›us reliquis, qui cum quatuor nominatis suffragium ferat; huiusmodi exana summum bis per hebdomadem instituuntur, die Lunae et Mercurii, ibus quidem alioqui repetitio habenda a philosophis esset, in quadragena quidem ab hora 6. vespertina ad 7..... Examini praesidet pater :tor intersuntque illi omnes philosophiae studiosi et quicunque e dosticis ceteri volunt; singuli examinandi defendunt logicam ac physicam ;am et ex metaphysica quidquid scripserint in scholis ante examen.

2. Physici examinantur mense Augusto post theologos singuli per nihoram a duobus examinatoribus; assident universim quatuor examina·es iidem, qui supra nominati, atque hi omnes de singulis examinatis ffragium ferunt; huiusmodi examinandi actus habentur iis solum diebus, ibus alioqui repetitio philosophica habenda domi erit; nullus durat ultra as horas, quandoque horam cum dimidia aut etiam tantum horam, de o iudicare est patris rectoris et praefecti studiorum; huic quoque examini ıesidet pater rector intersuntque eidem omnes condiscipuli, neque alii mestici, qui adesse volunt, prohibendi sunt; singuli examinandi defendunt idquid ab initio physicae ante examinis huius initium fuerit materiae in ıolis dictando absolutum.

3. Logici examinantur post physicos omnino eodem ritu, quo de phyis modo est explicatum.

4. Ad initium cuiusque horum examinum datur signum campana ıolastica.

5. Finito examine omnium iudices scripto sua iudicia dant patri :tori sic, ut tres classes examinatorum designent: 1) eorum, qui superant mediocritatem, 2) eorum, qui tantum mediocres visi sunt, 3) eorum, i infra mediocritatem constiterunt. Atque haec ratio scribendi iudicia ·vatur non tantum post metaphysicorum, sed etiam physicorum et logirum examina.

Cap. 13. De examinibus externorum.

1. Duo sunt quotannis examina externorum, alterum eorum, qui primam lauream, alterum eorum, qui magisterium petunt; quia pleraque utrique examini communia sunt, eadem opera utrumque exequemur.

2. Quoniam vero in quovis examine haec continentur: examinatores, candidati, examen morum et examen eruditionis, de singulis ordine dicemus.

3. Examinatores tantum erunt tres, sc. professor proprius candidatorum, professor ethices et matheseos; ceteri professores in suis quisque lectionibus consueto more pergent.

4. Antequam detur initium examini, materias, in quibus examen versabitur, inter se distribuant, in quibus non, quae valde abstrusa sunt et rara vel inaudita, sed communia et familiaria consectentur.

5. Prius etiam, quam examen incipiant, de omnibus et singulis candidatis iudicium quoddam generale a praeceptore ipsorum in scripto accipient, quos videlicet ipse in summo, quos in medio, quos in infimo ordine constituat.

6. Tempus aequaliter inter se distribuant examinatores atque id exacte ad clepsydram observare conentur. .....

7. Interea dum unus examinator suo munere fungitur, alii neque ei neque candidato impedimento sint vel importuna confabulatione vel nimia discursatione.

8. Nullo modo committendum est, ut examen non tam examen, quam vehemens disputatio videri posset, quod fieret, si examinatores privatas suas opiniones contra respondentes acriter astruere et prorsus vincere velle viderentur.

9. Qui examinant, sophistas ne agant, ne detur locus querelis, nisi quando in ipsa logices parte, quae de sophismatis tractat, versantur.

10. Quisque examinatorum apud se statuat de respondentibus nihil cum aliis conferendo nec ullo signo foris ostendendo, quod vel vilipendat vel magni faciat cuiusquam responsa, ut sic alii liberius et sincerius iudicare possint.

11. Examinatorum quisque non solum ex responsis, quae sibi interroganti, sed etiam quae aliis suis collegis dabuntur, iudicium de examinatis ferat, primum, num is, qui respondet, ad talem gradum admittendus videatur, deinde quot partibus superet alios suos competitores quove ab aliis superetur, quod iudicium numeris exprimet.....

12. Non facile autem quem praeceptor in primo ordine posuerat, eum ipsi in secundum vel tertium ordinem reiiciant.....

13. Qui pro prima in philosophia laurea examen subeunt, praecipue ex summulis examinentur, quaestiones tamen logicae a professore traditae non negligantur.

14. Qui ex summulis mediocriter respondet, etsi in logicis quaestionibus non admodum versatus sit, a baccalaureatu excludi non debet.

15. Ad magisterii gradum non est admittendus, qui tametsi communes et tritas ab Aristotele et professore traditas definitiones divisiones et conclusiones recitare quidem possit, nullo tamen indicio ostendet, se eas intelligere, ut, si ne mediocriter quidem illas explicare aut rationem earum red-

dere possit nec ad leviculas obiectiones.... respondere. Contra repellendus a gradu non est, qui aliquo horum specimine ostendit, se definitiones et conclusiones non tantum memoriter didicisse, sed etiam intelligere..... Atque eadem in baccalaureis admittendis reiiciendisque ratio sequenda. nisi quod in his minor etiam promptitudo in dictis speciminibus dandis sufficere possit.

16. Examinatores in ferendis suffragiis rationem doctrinae habeant non spectata vel dignitate vel probitate personae; .. . si tamen horum aliquando videatur ratio habenda, patrem rectorem tempestive moneant.

17. Non idcirco statim aliquis alteri praeferendus est, si ingenio polleat meliori, nisi etiam melius responderit, neque is, qui multa memoriter recitare noverit, nisi etiam de rebus propositis eius intelligendi et iudicandi solertia et acumen maius perspiciatur.

18. Absoluto examine examinatores sua quisque iudicia in charta descripta patri rectori tradant primo quoque tempore ita composita, ut, quos admittendos censuerint, inter eos ordinem quendam constituant, eo loco ac numero quemque collocantes, quem deberi responsis illius existimaverint.

19. Tempore examinis candidati deducent examinatores ad academiam eosdemque reducent, quare necessarium est, ut semper mane ante tempus examinis initio constitutum in collegio societatis et paulo post ante horam eius finiendi in academia praesto sint.....

20. Candidatus magisterii unius horae examen subibit, baccalaureus trium horae quadrantium; hi ex logica, illi ex physica et metaphysica examinantur, neque omittentur ethicae et mathematicae quaestiones, sed magistris futuris ex utraque scientia, baccalaureis vero ex mathematica tantum quaestiones aliquae proponentur.

21. Qui magisterium petit, 21. annum compleverit necesse est, atque idem tribus annis philosophiam more iam consueto audiverit; in priore tamen conditione poterit facultas dispensare.

22. Qui gradum in philosophia petunt, vocantur (candidati quidem baccalaureatus mense Octobri vel Novembri, magisterii vero mense Julio) mandato publice in academia affixo; nominabitur in edicto certus dies, quo competitores sua nomina decano tradant; decanus sistentibus sese candidatis significabit tempus et locum, quo se ad examen morum praesentare debeant.

23. Hora praestituta candidati professores inque his etiam rhetorem e collegio ad academiam deducunt; ingressis in hypocaustum academicum professoribus quaerit ex his decanus, num admittendos iudicent in eundem locum candidatos ad petitionem gradus; annuentibus illis ingrediuntur atque eorum unus brevi oratione a collegio philosophico et suo et competitorum nomine gradum baccalaureatus vel magisterii petit.

24. Quo facto iubentur a decano secedere, dum professores, num petitioni illorum satisfaciendum sit, deliberent; absoluta deliberatione vocantur denuo omnes candidati; dicit decanus, petitionem illorum fuisse visam iustam collegio philosophico, prius tamen, quam ad ullos gradus provehantur, eorum et in moribus et in litteris progressus accuratius explorandos esse, simulque mandat, ut haec sequentia promittant: 1) se loco ab examinatoribus assignato contentos fore et in actu comparituros, tametsi

in postremis essent locum habituri; 2) si repulsam ferant, se non vindicaturos, sub poena iudicio facultatis decernenda; 3) se nemini enuntiaturos ea, quae fient et proponentur in examine; 4) pecuniam pro gradu suscipiendo necessariam in promptu habituros; 5) ut examinatores ad examen, prout moniti fuerint, comitentur et finito examine reducant; 6) monentur, ut afferant sua scripta ad examen secum, et baccalaurei quidem scripta etiam mathematica, magistri autem insuper ethica.

25. Tum aliis egredi iussis unus examen morum init, cuius haec est ratio: quaerit decanus ex candidato primo nomen cognomen patriam aetatem, quae 21 annorum erit pro magisterio; num sit legitime natus, sin minus, utrum litteras legitimationis habeat, simulque ut eos ostendat, mandabit decanus, item an honestis parentibus natus, si dubitetur; num sit depositus, an item sit in matriculam academiae et facultatis inscriptus; num audiverit quotidie tertiam lectionem; .... quam diligenter interfuerit publicis lectionibus ac repetitionibus, num aliquando et quoties abfuerit a disputationibus publicis solemnibus menstruis ac sabbatinis, quoties defenderit vel argumentatus fuerit in menstruis vel sabbatinis; num totam logicam audiverit, si baccalaureatum, et num totum cursum triennalem confecerit, si magisterium petat; num magnifico domino rectori decano et aliis professoribus facultatis artium fuerit aliquando rebellis et num paratus sit in posterum quoque illorum monitis obsequi; quoties in carcere fuerit et quoties accusatus apud senatum academicum; num suppetant sumptus necessarii ad gradum, quem petit.

26. Singulorum vero responsa, quae notabilem defectum indicaverint, aliquis ex professoribus scripto excipiet; alioqui sufficiet, a tali candidato legitime ad quaestiones responsum esse et eundem in requisita compromisisse.

27. Uno iam examinato alter intromittitur, ... omnibus examinatis introeunt simul omnes, decanus eos ad examen doctrinae admittit idque postero statim die futurum significat.

28. Si qui reperti fuerint, qui propter supradictas conditiones difficulter aut prorsus non admittendi viderentur, ii poterunt huius rei separatim admoneri, ne iterum compareant.

29. Necesse porro non est, ut omnes praedictae quaestiones iisdem denuo proponantur, cum magisterium petunt ....

30. Perfecto examine morum candidati sortiuntur ordinem, quo adire debeant examen eruditionis ..... Numerus uno die examinandorum desumetur ex multitudine vel paucitate candidatorum eundem gradum petentium iudicio patris rectoris et praefecti; illud ratum est, non pauciores uno die baccalaureos examinandos esse quam 6, magistros quam 4, neque plures magistros quam 6, baccalaureos quam 8.

Cap. 14. De promotionibus.

Membr. 1. Post examen baccalaureorum usque ad promotionem agenda.

1. Primum examinatorum de candidatis iudicia pater rector praesente praefecto studiorum superiorum inspiciet atque ex omnibus inter se comparatis suum unicuique candidato locum assignabit, id quod hac ratione fiet:

adscribentur ad cuiusque nomen numeri, quos quisque in ordine ab examinatoribus singulis constituto tulerit, tum quis cuique numerus ex omnibus suffragiis confletur, observabitur. . . . . .

3. His peractis praefectus examinatores vocat ad patrem rectorem, qui illis ordinem candidatorum significat; tum exponere iubet, si quid gravioris momenti ex examine morum aut aliunde petitum occurrat, propter quod ordo ex suffragiis constitutus videatur immutandus, quo loco habetur ratio etiam decreti anno 1613 7 Julii a concilio facultatis facti, sc. aliunde adventantibus studiosis aut alterius professoris discipulis non esse locum inter tres primos concedendum, si multi sint candidati; vel si sint pauci, ad primum saltem locum admittendum non esse huiusmodi externum seu alienum, uti declaratum anno 1638 1 Nov., ubi recte additum: si quis candidatus excellentis ac notae doctrinae se offerat, ei ante examen explicandam hanc consuetudinem esse, antequam subeat examen.

4. Constituto promovendorum ordine, si qui reiecti fuerint, eos privatim decanus admoneat, ne porro compareant; admissos in collegium convocat iisque comitantibus una cum professoribus reliquis philosophiae ac rhetoricae atque item notario ad academiam descendit; ibi candidati primum singuli in hypocaustum admissi pecuniam pro gradu requisitam numerant; tum introductis simul omnibus admissionem et locum cuiusque significat recitatis ordine singulorum nominibus atque addito numero, qui eorum nomini in catalogo adscriptus est; denique candidati singuli iubentur nomen suum cum patria atque aliis in catalogo addendis sua manu scripta decano tradere, quominus a typographo deinde erretur. Facultati numerat quilibet candidatus baccalaureatus 4 fl. notario 15 kr. et totidem pedello, aedituo 2, nihil pro fabrica.

5. Eodem tempore pecunia exigitur pro catalogis ex more imprimendis distribuendisque in actu et extra hunc inter externos et nostros; numerus autem imprimendorum aestimabitur ex multitudine seu paucitate academicorum atque aliarum circumstantiarum, quae fere mutantur, ratione; plures quidem 500 nunquam erunt; quodsi qui e candidatis plures catalogos, quam singulis eorum dari soleant, cupere se ostendat, pecuniam pro iis supra numerum parandis solvet.

6. Si quis e candidatis pecuniam praesentem facultati numerare se posse neget, ei indicetur, admittendum illum ad gradum non esse prius, quam pecuniam repraesentet; quodsi quando graves causae suadere videantur, ut mitius cum aliquo agatur, nunquam tamen acquiescat facultas in nuda cuiusquam promissione etiam certum diem atque horam solutionis nominantis nec facile contenta sit chirographo illius, quo de solutione caveat facultati, sed adducere fideiussorem iubeat; experientia enim longa constanter docuit, huiusmodi promissa etiam syngraphis firmata fallere denique. . . .

7. Quodsi cui e candidatis ob parentum merita in facultatem videatur aliquando condonanda pecunia, quae facultati debetur, v. g. filiis professorum pedelli etc., ii nihilominus solvent reliquam pecuniam, quae notario pedello etc. numeranda venit.

8. Quando alicui ob notam inopiam praecipue cum insigni profectu ac virtute coniunctam pecunia facultatis aut ex toto aut ex parte condonanda videbitur, fere proderit, pecuniam illam clam subministrari ex aerario

facultatis velut aliunde pro ipso emendicatam; sic enim exemp[illegible] non liberi.

9. Quodsi quando magis placeat aperte alicui condonare [illegible] facultatis, poterit addi conditio, ut, si ad pinguiorem aliquam [illegible] candidatus pervenerit, eam facultati meminerit rependere, quod [illegible] factum cum fructu.

10. Promotor, qui erit praeceptor candidatorum vel hoc in [illegible] arbitratu patris rectoris, monebit tempestive primum candidatum [illegible] tionem primam in actu creationis habeat, alium item, qui petitionem [illegible] laureatus, et alium, qui gratiarum actionem habeat, et unum [illegible] quaestionem tractet; diligenter singulorum compositiones prom[illegible] ne quid recitetur, quod vel offensioni vel contemptui esse possit, [illegible] vero una cum sua oratione dabit promotor praefecto studiorum [illegible] ad censuram.

11. Constituto die promotionis tempestive admonebitur pedel[illegible] illum et magnifico domino rectori indicabit atque pridie in acade[illegible] ad beatae virginis templum catalogum atque etiam carmina, si quae [illegible] tium candidatorum scripta fuerint, affiget; tum denique locum pro[illegible] ornabit.

Member. 2. Promotio baccalaureorum.

12. Die promotioni destinato candidati omnes hora 7 ad templum crucis conveniunt ibique sacrum de s. spiritu, quod decanus ve[illegible] professor faciet, audiunt.

13. Ad medium 8. datur signum in academia; ante horam [illegible] praesto sunt in collegio candidati, ut promotorem et professores philosophiae [illegible] rhetoricae ad academiam deducant; eo dein descenditur praelatis sceptris [illegible] quomodo ac pileo quadrato utuntur soli decanus et promotor; intra[illegible] curiam academicam aliarum facultatum professores salutat decanus [illegible] promotor.

14. Ubi convenerint, considetur; decanus promotor ac reliqui professores locum accipiunt in mensa rectoris ante reliquarum facultatum et [illegible] aliorum professores; tum candidati ingressi professionem fidei faciunt praesente notario.

15. Ascenditur deinde ad auditorium iuristarum; praeeunt decan[illegible] (atque [illegible] quidem fere honoratiore loco) et promotor, pedellus atque [illegible] tius sceptra praeferunt, subsequuntur candidati ultimus primo[illegible] ad promotum [illegible]

16. Promotor [illegible] ascendit cathedram; omnibus ingressis fa[illegible] [illegible] perorat primus candidatus, postea petit alius suo et competit[illegible] [illegible] baccalaureatum a promotore, quo facto habet promotor suam [illegible] [illegible] tamen commendat industriam et eruditionem candidat[illegible] [illegible] ad cursum litterarum porro prosequendum adhortatur, addit [illegible] paratum esse petitioni illorum satisfacere, si tamen prius in ea, quae [illegible] [illegible] praerogentur, veritate velint.

17. Tum adest pedellus cum sceptro et notarius, qui candidatis [illegible] [illegible] has verbis proponit: Doctissimi domini candidati, antequam primum in philosophia et artibus lauream consequamini, iurabitis sequentia:



1) quod reverentiam et honorem debitum domino decano et praeceptoribus facultatis artium exhibere velitis; 2) quod omnibus statutis et statuendis eiusdem facultatis fideliter parere velitis; 3) quod eiusdem facultatis emolumentum et commodum, ad quemcunque vitae gradum perveneritis, promovere velitis; 4) quod gradum baccalaureatus in nulla alia universitate repetere velitis; tum singuli ordine sceptrum tangunt.

18. Postquam iurarunt candidati, tum promotor stans in cathedra aperto capite creat illos baccalaureos hac verborum formula: Quod igitur felix faustum fortunatumque sit reipublicae christianae huicque academiae nostrae utile, ego N. societatis Jesu artium liberalium et philosophiae magister eiusdemque philosophiae in hac alma academia professor ordinarius potestate mihi ab inclyto collegio philosophico hac in parte data te N., te N. etc. et omnes reliquos, quorum in hoc catalogo nomina scripta sunt, artium et philosophiae baccalaureos creo constituo constitutosque in hoc doctissimorum hominum consessu publice pronuntio conferens vobis potestatem docendi disputandique et inferiorem cathedram conscendendi ceteraque iura et privilegia, quae huic gradui vel iure vel consuetudine concedi solent, in nomine sacrosanctae et individuae trinitatis etc.

19. Tum promotor iam antea constitutum certum candidatum monet, ut eruditionis suae specimen aliquod praebeat quaestione quapiam in utramque partem discussa ac definita.

20. Interea distribuit pedellus catalogos et professoribus quidem uti et comitibus ac baronibus elegantiores singulos, candidatis vero binos singulis impertit, alterum elegantiorem vulgaris formae alterum, ceteris, qui adsunt, singuli dantur vulgares; finita quaestione aguntur ab aliquo baccalaureo gratiae promotori primum ac facultati artisticae, tum rectori academico ac reliquis, qui adsunt.

21. Tum descenditur in aulam Albertinam eodem ordine, quo ascensum nisi quod decanus sequitur candidatos ordine catalogi praeeuntes; gratulantur professores comites barones promotori primum, tum candidatis ordine suo consistentibus ac denique etiam decano et professoribus facultatis, novi baccalaurei comitantur promotorem ad collegium medium inter duos primos baccalaureos euntem praelatis sceptris, quos reliqui facultatis professores cum decano sequuntur.

Membr. 3. Post examen magistrorum usque ad promotionem facienda.

22. Quod ad suffragia examinatorum ordinem candidatorum orationes petitionem quaestionem gratiarum actionem et catalogos attinet, eadem ante magisterium observanda sunt, quae ante baccalaureatum, nisi quod hic praeter ceteros monendus est unus, qui licentiam suo et competitorum nomine a procancellario petat.

23. Postquam constiterit, qui admissi quique reiecti, monet decanus reiectos privatim de repulsa; tempestive item monetur procancellarius de die bonorum novorum deque professione fidei a candidatis eo die facienda; quodsi procancellarius non adesset, Eystadium ad reverendissimum atque illustrissimum principem utpote cancellarium academiae tempestive scribendum erit nomine facultatis petendumque ab eodem, ut in actum futurum



dignetur alium suo loco procancellarium nominare; eae litterae maiore facultatis sigillo obsignandae.

24. Die bonis novis destinato post meridiem eunt professores philosophiae ac rhetoricae cum candidatis et notario ac pedello ad dominum procancellarium; ibi aliquis candidatorum brevi oratiuncula decanum rogat, ut pro se et competitoribus suis apud procancellarium intercedat, quo cancellariam aperiat et potestatem publici examinis subeundi faciat; decanus procancellarium rogat, ut honestissimae candidatorum petitioni satisfaciat, dignos esse, in quos beneficium conferatur; tum professionem fidei faciunt praesente notario votique sui a procancellario compotes facti ad academiam cum professoribus sese recipiunt et sine mora examen publicum ingrediuntur, cuius haec est ratio.

25. Omnibus canditatis simul considere in hypocausto academico iussis proponit primo decanus uni atque alteri varias quaestiones ex 7 artibus liberalibus petitas; eodem modo reliqui professores cum reliquis candidatis agunt suo quisque loco et ordine.

26. Examine finito adest notarius, candidati adnumerant pecunias quilibet pro facultate 8 fl., pro procancellario 1 fl. 30 kr., pro notario 30 kr. et totidem pro pedello, pro praefecto musices 3 kr., pro organoedo 3 kr., pro calcante 1 kr., pro aedituo 3 kr., pro socio aeditui 1 kr., pro eodem aedituo ratione sceptri praeferendi 3 kr., pro campana maxima pulsanda 4 kr. 1 dl. nigrum seu 15 nummos nigros, pro fabrica academiae 2 kr. Qui sequuntur sumptus ex circumstantiis variis aestimandi certam ac statam determinationem habere non possunt; solvet igitur praeterea quisque candidatus, quantum decanus et notarius re diligenter expensa constituerint, pro hospitibus ordinariis pro honorario hospitae in culinam pro fractis vitris pro eleemosyna pro tubicinibus candidatos comitantibus, pro tubicinibus e turri accinentibus pro catalogis pro invitatione pro merenda in bonis novis pro haustu etc. ante actum magisterii in hypocausto academico.

27. His peractis expectatur, donec invitati magnificus dominus rector procancellarius et reliquarum facultatum decani cum camerario academiae conveniant, atque interea, quae ad mensam merendae causa insternendam necessaria, afferuntur ex aedibus illius hospitis, cuius opera uti candidati in magistrali apparando convivio constitutum habent.

28. Praesentibus invitatis a decano brevi praemissa oratiuncula nomina candidatorum recitantur eo ordine, qui ex iudiciis examinatorum collatis antea constitutus fuit; tum digressis domum candidatis invitati merendam ordiuntur praesente e nostris decano et promotore; opera autem danda ita frugalis ea ut sit, ne plus aequo candidati sumptu faciendo graventur.

Membr. 4. Promotio magistrorum.

29. Pedellus monito tempestive magnifico domino rectore de die promotioni destinato pridie illius diei affigit ad templum b. virginis atque academiam catalogum et carmina .... ornatque locum promotioni destinatum.

30. Per eundem pedellum curabit promotor, ut libri duo maiores ipso promotionis die tempestive in cathedra auditorii iuristarum collocentur

itemque epomides et pilei pro candidatis; annulos ipsi candidati singulos afferant antea de iis comparandis admoniti.

31. Ipso promotionis die candidati ad medium 7. mane ad templum s. crucis veniunt, ... 7. pulsatur in academia, candidati philosophiae et rhetoricae professores epomidibus omnes et pileis quadratis instructos praelatis sceptris ad academiam procedentes comitantur, tubicines ex auditorio iuristarum venientibus accinunt.

32. Decanus, nisi sit promotor, tribus quatuorve candidatis comitatus abit ad procancellarium ad academiam illum deducturus; si decanus sit promotor, mittitur alius professor; ad rectorem academicum adducendum mittitur notarius cum duobus candidatis.

33. Professores et alii alicuius dignitatis viri intrant hypocaustum academicum, ingredientes promotor obvius salutat atque excipit; dum exspectatur, donec omnes conveniant, circumfertur haustus vini Malvatici aut Hispanici.

34. Assidet dein rector procancellarius decanus et promotor cum reliquis professoribus facultatis mensae primariae, notarius praelegit candidatis omnibus in hypocaustum advocatis iuramentum his verbis: Ego N. scholaris academiae Ingolstadiensis ab hac hora a christiana catholica fide non deficiam et omnia ac singula, quae bulla Pii IV., in quam nuper iuravi, continet, constanter usque ad extremum vitae spiritum me per dei gratiam servaturum promitto spondeo ac iuro; invictissimum item imperatorem nostrum N. et successorem eius quemlibet rite ad praescripta bullae aureae electum caput imperii agnoscam ab eoque non desciscam caveboque perquam diligenter in negotiis et causis omnibus, ut a laesae maiestatis crimine absim, legatos quoque utriusque tam ecclesiae quam imperii monarchae honorifice tractabo et decentem illis honorem impendam; non ero in consilio causa tractatu vel facto, ut vitam ac membrum perdant, neque persuaderi me patiar, ut cum imperii hostibus aut imperatoriae maiestati palam reclamantibus involvar. Quilibet ad manum rectoris dicat „Ego iuro".

35. His praedictis ad auditorium iuristarum ascenditur, praeit pedellus cum aedituo sceptrum ferens, hunc sequitur promotor et decanus, hos candidati ultimus primo et primus ultimo loco, tum reliqui professores, qui de facultate sunt, post hos rector academicus et alii suo ordine; symphoniaci ascendentes excipiunt.

36. Promotor recta cathedram ascendit; omnibus ingressis factoque silentio perorat primus candidatus.

37. Alius post orationem suo et competitorum nomine licentiam a procancellario petit; finita petitione descendit e cathedra promotor assidetque a capite subsellii iuris professorum; ascendit procancellarius, perorat, sub finem orationis monet candidatos, ut solitum iuramentum ante licentiam praestent.

38. Adest notarius et pedellus cum sceptro, notarius his verbis candidatos compellat: Doctissimi domini candidati, antequam artium et philosophiae licentiam consequamini, iurabitis sequentia: 1) quod 21 aetatis annum compleveritis, nisi super hoc per decanum et concilium facultatis vobiscum fuerit dispensatum; 2) quod in nulla alia universitate insignia in artibus recipietis; 3) si in materia orthodoxae fidei vos disputare contin-



gat, quod veritatem, non errorem, inducere velitis et partem tueri saniorem. quantum ingenii vestri se vires extendunt. Tum singuli tangunt ordine sceptrum.

39. Quo facto creat illos procancellarius conceptis verbis licentiatos.

40. Postea descendente procancellario ascendit denuo promotor cathedram, a quo alius ex candidatis pro se et competitoribus magisterium petit; mox promotor suam habet orationem, sub finem laudat virtutem et eruditionem candidatorum et ad imitationem eorum alios quoque excitat. addit, se candidatos libentissime magisterii honore ornaturum, si prius iuramentum consueto more praestent.

41. Adest iterum notarius cum pedello sceptrum tenente, et notarius sic alloquitur candidatos: Doctissimi domini licentiati, antequam supremam in artibus et philosophia lauream consequamini, iurabitis sequentia: 1) Quod bonum universitatis et facultatis artium promovere velitis, ad quemcunque statum contingat vos pervenire, 2) quod gradum magisterii in nulla alia academia resumetis. Singuli ordine sceptrum tangunt.

42. Mox promotor nudato capite magistros creat hac verborum formula: Quod igitur felix faustum fortunatumque sit et reipublicae christianae huicque nostrae academiae salutare, ego N. societatis Jesu artium et philosophiae magister et professor ordinarius potestate mihi ab inclyto collegio philosophico concessa te N., te N. etc. et omnes reliquos, quorum nomina in hoc catalogo comprehenduntur, iam antea optimarum artium et philosophiae baccalaureos et licentiatos earundem artium et philosophiae magistros atque doctores creo constituo constitutosque in hoc amplissimo doctissimorum hominum consessu palam pronuntio dans vobis potestatem philosophici doctoratus subsellia conscendendi, ex iis disciplinas ingenuas docendi et disputandi simulque omnes alias immunitates et privilegia vobis confero, quae vel de iure vel de consuetudine huic gradui concedi solent. In nomine etc.

43. Creatos magistros iubet promotor propius accedere, ut insignia magistralia iis conferat, singulisque conferendis brevem explicationem addit his vel similibus verbis: Postquam ego vos artium et philosophiae magistros renuntiavi, restat, ut parti honoris insignia vobis conferam. Et primo quidem has vobis epomidas doctorales gestandas praebeo, quo ornamento a vestrae dignitatis expertibus discernamini; pallio usos iam olim philosophos, non ignoratis; hos imitari istoc humerorum integumento gratum esse vobis ac iucundum debet; omnino convenit, quorum sequimini studia ac doctrinam, ab eorum ne vestitu quidem recedere. Proximum est, pileos ut capitibus vestris imponam, qui olim apud veteres libertatem significabant, vere enim hodierno die ad pileum vocati, i. e. liberi facti estis; caeruleus porro color quid aliud animis vestris subiiciat, quam vobis philosophis non terram, sed coelum, unde philosophia originem trahit, spectandum esse. Jam vero libros hos philosophicos primum quidem clausos vobis trado, ut intelligatis, eos, qui philosophi sibi nomen vendicant, ita instructos esse debere, ut de quaestionibus philosophicis etiam sine libro disputare possint; eosdem libros apertos vobis propono, quo vos monitos velim, ne contemptis libris nimium eruditioni vestrae fidatis, sed ut subinde hos doctores adeatis eorumque sententias de philosophiae arcanis

exquiratis. Annulos nunc digitis vestris insero, quibus philosophiam perpetuo et indissolubili nexu vobis despondeo propriamque dico; vos coniunctionis huius memores ita agite et vivite, ut et philosophia vos amet et vos philosophiam redametis. In signum vero amoris et benevolentiae mutuae vos amplector dexteramque fidei testem porrigo et vos novos philosophos plurimum salvere iubeo, tandemque industriae et laboris vestri praemia vos percepisse, mihi gaudeo vobisque ex animo gratulor. Ad extremum in hac virtutum et scientiarum sede amplissima vos una mecum considere volo eamque vobis virtute et eruditione studiose defendendam commendo.

44. Si multidudo creandorum propter loci angustias confusionem pariat, promotor moderatione utetur, quae magis decuerit, e. gr. ut aliqui tantum cathedram ascendant, ceteri maneant in subselliis inferioribus, pileos ipse pauculis imponat, reliquis pedellus aut alius porrigat, epomidum humeris imponendarum potestas sufficiet, similiter annulos quisque sibi inducet post primos a promotore receptos, praeterea porrectio ad proximos satis erit; sessio poterit practicari ab omnibus.

45. His peractis alloquitur promotor magistros hoc vel simili modo: Nunc superest, ornatissimi ac doctissimi domini magistri, ut, quoniam supremam philosophici doctoratus lauream vobis contuli, aliquis vestrum publicum aliquod eruditionis specimen praebeat in hoc clarissimorum virorum consessu, quo omnes intelligant, haec insignia honoris virtuti atque eruditioni vestrae iam pridem debita ac proinde immerentibus non fuisse collata.

46. Tum magister unus quaestionem in utramque partem disputat et breviter definit.

47. Interea distribuit pedellus catalogos, sicut in baccalaureatu.....

48. Aguntur dein ab aliquo e magistris gratiae deo vicecancellario promotori professoribus artium etc.

49. Pedellus dat campana academica signum aedituo beatae virginis, ut maiorem campanam pulset.

50. Descenditur ex academia ad templum b. virginis eo ordine, quo ascensum fuit, excepto, quod promotor inter duos primos magistros primus egreditur, post illos reliqui candidati ordine catalogi, denique decanus cum ceteris professoribus facultatis; primi omnium praecedunt tubicines; in templo decantatur „Te deum laudamus“ ubi ad versiculum illum „Te ergo quaesumus“ ventum, promotor ad venerabile sacramentum cum candidatis accedit, ubi orant paulisper, offerunt deinde in proximo altari suam quisque oblationem, sc. 3 kr., quos et promotor offert, quae oblatio pedello cedit; tum ordine consistunt in ipso templo et quidem promotor primo loco; adeunt professores et alii ac promotori magistris ac professoribus facultatis gratulantur; denique ad locum convivii pergunt praecinentibus tubicinibus ibidemque pileos et epomides deponunt.

Membr. 5. Convivium.

51. Convivii magistralis parandi cura est penes decanum et promotorem, qui re cum notario communicata praecipua, quae ad convivium spectant, decernunt, sc. ubi sit convivium instituendum, quanto ferculorum numero et quo pretio in singula capita.

52. Invitantur communi nomine omnes academici professores, gubernator urbis, duo consules, praetor seu iudex maior, parochus b. virginis, regens collegii Georgiani, etiam notarius et pedellus in hospitum numero veniunt; praeter hos fit potestas cuilibet candidato tres, quos visum erit, invitandi; plures non licet, nisi gravis aliqua causa intercedat.

53. Modus invitandi hic est: dicta a decano et promotore die notarius et duo candidati invitant communes hospites; invitantur autem non tantum ad epulas, sed nominatim et primario ad actum seu ipsam inaugurationem magistralem; et hoc fit plerumque duobus vel tribus diebus ante promotionem; ex communi massa candidatorum datur notario 1 fl. 30 kr., candidatis una invitantibus nihil.

54. Convivio intersunt ex nostris decanus et promotor, primum locum occupat rector academicus, alterum procancellarius, tertium promotor, quartum decanus; candidati quamvis eodem tempore assideant, surgunt tamen et honoris causa convivis ministrant.

55. Decanus et promotor dabunt operam, ne compotationes remotis mensis a stantibus instituantur, ac praemonebitur hospes, vinum, quod post epulas ebibitur, a candidatis non iri persolutum.

56. Obstabit notarius nostrorum hortatu, ne candidati postridie magisterii in hospitio novos sumptus faciant.

Membr. 6. De privatis promotionibus.

57. Quamquam facultas artistica peculiare ius habet magistros privatim creandi, ne tamen publicae ad gradus philosophicos promotiones detrimentum patiantur, privatim ii non conferentur, nisi quis ad publicam promotionem videretur non adigendus ob gravem aliquam et iustam causam iudicio consiliariorum facultatis a patre rectore approbato. Quodsi quis spe privatae promotionis obtinendae publicam promotionem subterfugerit, eo ipso gratia illi non fiet. Magisterium quidem instans non censetur iusta causa privatim conferendi gradum baccalaureatus ei, qui publicam promotionem neglexit.

58. Quibus privatae promotionis gratia facta fuerit, ii accurate examinabuntur, siquidem hic recenter studuerunt, ex totis suis scriptis, si vero aliunde advenerunt aut iam aliquo tempore a philosophia abfuerunt, ex thesibus neque his pauculis tantum et facilibus, sed graviores plerasque quaestiones complexis iudicio decani. Tempus, quo durent examina istaec erit idem, quod pro publica utraque promotione statutum est; sumptus.... iidem, qui in publicis promotionibus; in convivium minor pro singulis personis minimum quarta parte.

59. In privatis hisce promotionibus examen morum, examen eruditionis, denuntiatio admissionis, numeratio pecuniae, examen publicum seu artium liberalium ac petitio licentiae pro hoc instituendo obeuntur fere sine apparatu, quo in publicis promotionibus solent; .... examen morum eruditionis et publicum uno eodemque consessu peraguntur praesentibus quinque philosophiae professoribus; numeratio pecuniae vel tum quoque vel postea in collegio fit praesente decano et notario.

60. In actu privatarum huiusmodi promotionum non servantur ea omnia, quae in publicis solent. Et baccalaurei quidem creantur praesente



sola facultate cum notario et pedello vel in academia vel in collegio, idque hoc ritu: candidatus petit a decano, conferri sibi gradum baccalaureatus; decanus promittit, se hoc facturum post iuramenta praestita et fidei professionem factam; facit candidatus professionem fidei; recitat notarius, quae iuranda candidato, qui sub finem sceptrum tangit; decanus baccalaureatus gradum candidato confert; candidatus gratias agit.

61. Magisterii privati hic ritus est: Ad academiam professores philosophiae ac rhetoricae sine insignibus magisterii omnes cum candidato notario ac pedello descendunt; decanus cum candidato eunt ad procancellarium, notarius cum pedello ad rectorem academicum adducendos; conveniunt interea decani reliquarum facultatum uti et camerarius prius invitati; praesentibus omnibus considetur; qui de facultate sunt, locum primi occupant post rectorem academicum et procancellarium; candidatus stans petit a procancellario licentiam, quam hic promittit, si prius professionem fidei ediderit iuraritque candidatus ex more; candidatus facit professionem fidei et iuramenta, alia ad manus rectoris magnifici alia ad sceptrum; procancellarius licentiatum creat; licentiatus petit a decano gradum magisterii, quem decanus promittit post iuramenta conferendum; iurat licentiatus ad sceptrum; decanus magistrum creat; novus magister gratias agit; deducitur decanus et candidatus a nostris atque externis, qui adsunt, ad convivium praelatis sceptris; ei interest ex nostris decanus cum socio e facultate.

62. Quae omnia maiore minoreve apparatu peraguntur, prout numerus candidatorum atque aliae circumstantiae dictaverint, ... iudicio decani et consilii facultatis, in quorum etiam arbitrio erit, coniungere promotionem ad baccalaureatum cum promotione ad magisterium.

63. In nostrorum quidem promotionibus omnia brevius atque apparatu minore fient; creantur fere in aedibus procancellarii, non praeferuntur sceptra, non adest rector academicus, non aliarum facultatum decani; candidatus non petit licentiam nec gradum nec gratias agit conceptis verbis, non iurat, non praebetur convivium; adsunt tamen professores philosophiae et rhetorices, notarius cum pedello; candidatus considet cum aliis, facit professionem fidei; decanus petit pro illo licentiam a procancellario; hanc confert procancellarius uti et decanus gradum.

64. Ceterum privatim promoventur nostri omnes domi prius examinati ab omnibus professoribus philosophiae, solvunt singuli sicut alii quicunque notario pro baccalaureatu 15 kr., pedello totidem, pro magisterio 30 kr., procancellario pro licentia nihil solvunt neque alium praeterea sumptum faciunt aut in personas aut in convivium, quod nullum habetur.

65. Nostri in promotione sua nullum faciunt ex iis iuramentis, quae alii candidati sive baccalaureatus sive magisterii edunt, neque aliter aut ad manus magnifici rectoris aut ad sceptrum iurant, professionem tamen fidei edunt more aliorum candidatorum.

Membr. 7. Tabula sumptuum [*nur Zusammenstellung des Obigen*].

Cap. 15. De funeribus et exequiis.

1. Cum fu[illegible] philosophicarum auditores et pro[illegible] ad academiam

affixum severius imperaverit, etiam illi, qui in gymnasio versantur; quod postremum fit etiam in anniversario totius academiae et facultatis atque item in exequiis Knöringianis.

2. Ad funera non academica, nobiliora tamen, et ad quae academici affixo programmate invitantur, aut exequias cum his coniunctas an et qui accedere ex professoribus ac discipulis facultatis debeant, pendet ex iudicio patris rectoris.

Cap. 16. De sacello et aerario s. Catharinae.

Sacellum sanctae Catharinae fere demandatur alicui ex professoribus philosophiae, qui diutius ac rectius videatur eam administrationem gesturus. Is curabit, ut satis fiat fundationi illius..... Habebit penes se litteras instrumenta et documenta ad sacellum pertinentia.....

Cap. 17. De stipendiis collegii Georgiani ad facultatem artisticam pertinentibus.

Quatuor stipendia pertinent aliquo modo ad facultatem.... 1) Erasmi Wolfii, quod totum spectat ad facultatem artisticam..... 2) Joannis Widmanni, electores sunt tantum patres facultatis artisticae.... 3) Conradi Hoferi, electores sunt procancellarius, decanus theologiae, regens, decanus et senior facultatis artisticae.... 4) Georgii Schwebermayer, electores sunt facultas theologica et decanus facultatis artisticae....

Nr. 138.

(S. Bd. I, S. 451.)

Archiv Conserv., Fasc. 6, Nr. 5ª, 24. Oct. 1653, und Archiv d. Univ. R, I, 24. Oct. 1653.

Maria Anna etc.

Wür megen euch nit verhalten, dass von der römischen kayserlichen Majestät unserm gnedigisten herrn und herrn bruedern in dero negst alhiesigen anwesenheit unss gnedigist communicirt worden, dass in dero erbkönigreich und landen, insonderheit aber bey der universitet zu Wien yber die doctrin und mainung de immaculata conceptione beatissimā virginis ein solches statutum aufgericht und von deroselben confirmirt worden, mit dem gnedigisten ersuechen und erinderung, ob wür dergleichen andacht auch in landen dess churfürstenthumbs Bayrn, bevorab bey der universitet Ingolstatt und dem gymnasio alhier zu München anzestellen und jerlich halten zelassen beliebens tragen mechten.

Wann wür nun auss aignem antrieb und begern sowol alss zu secundirung höchstgedachter kayserlicher Majestät gnedigster erindrung dero lobwürdigem eiffer und devotion gegen der gewenedeuten jungfrau und muetter gottes Mariä ohnbefleckhter empfenchnuss gern nachvolgen und dergleichen solennitet und andacht wie in den österreichischen provincien albereit angestelt und in flore ist, auch in dem churfürstenthumb Bayrn zu wunderbarem trost und mererm schuz der undterthonen ebenfahls zu introduciren entschlossen, also haben wür euch ein solches hiemit gnedigst

zuwissen machen wellen mit dem bevelch, dass ir mit zueziehung aller faculteten reiflich yberlegen und unss eurn gesambten fürderlichen bericht und guettachten erstatten sollet, wie und wassgestalt bey der universitet daselbst oberwente devotion und solennitet (ausser wass von dem fasten und unser frauen statua, weil dergleichen zu Ingolstatt aufm plaz nit verhanden, im wienerischen statuto meldung beschicht) angestelt gehalten und jerlich continuirt werden mechte; communiciren euch hiebei auch, wass wür eben diser sachen halber an dess bischoven zu Aichstett freundtschaft alss cancellarium universitatis derentwegen gelangen lassen. Und seind euch dabei etc.

München den 24. Oct. 1653.

Nr. 139.

(S. Bd. I, S. 451.)

Ebend. in beiden Archiven 7. Nov. 1563.

Extractus prothocolli academici die 7 novembris anno 1653.

Puncta, quae ob festum beatissimae virginis Mariae sine macula conceptae iuxta serenissimae electricis voluntatem ab academia festive celebrandum in deliberationem veniunt, sunt sequentia:

1. quomodo et qua solemnitate festum hoc sit celebrandum,
2. cum non habeatur statua, utrum non alia aequivalens solemnitas institui debeat, licet non exigat serenissima ab universitate,
3. ubi, quando, quomodo et a quibus iuramentum emittendum sit.

Ad primum conclusum est, cum maior universitati honor et solemnitas non accedat, quam deductio magnifici domini rectoris, ut pridie seu in vigilia beatissimae virginis sine macula conceptae affligatur mandatum, quo universi studiosi et subditi pro more iubeantur deductioni diligenter interesse et insuper communioni, quae tamen cuique et patribus academicis libera sit, sive etiam in choro sub officio sive alibi aut alio tempore fiat, admoneantur; deinde ut eadem pervigilia post vesperas oratio latina, non quidem a quodam studioso, sed (saltem prima vice, si non semper) pro maiestate rei ab aliquo ex patribus academicis et forte theologo habeatur; sequenti vero die seu in ipso festo tam in choro quam in foro ab academia festive celebrando ut studiosi deductioni frequentiores intersint, ea ex academia ipsa, in qua vel ante quam studiosi comparere in mandato iubeantur, instituatur.

Ad secundum conclusum est, cum universitas litteris serenissimae electricis ea solemnitate, quae Viennae coram columna et imagine beatissimae virginis sine labe conceptae post vesperas peragitur, liberata sit, aliam aequivalentem non esse substituendam neque finitis vesperis lytanias beatae virginis decantandas, partim quod patres academici iterum togati deberent incedere, partim etiam quod in aliis quoque festivitatibus aut deductionibus hoc moris non sit, ut proinde sufficiat, si vesperis non togati intersint.

Ad tertium conclusum est, iuramentum eodem festo die, ne scilicet

devotio vilescat, si frequens et distinctis diebus instituatur, in templo beatissimae virginis sub sacro seu officio post symbolum emittendum esse ab omnibus et singulis patribus academicis, ita quidem, ut illud unus loco omnium recitet, ceteri vero appositis digitis, sicuti in aliis iuramentis fieri consuevit, dicant „ego N. idem iuro, voveo etc.“; doctores incorporatos quod attinet, universitas haec nullos habet praeter ipsos professores. Denique cum in promovendis, maxime vero in baccalaureandis et magistrandis, qui potissimum de statu adhuc deliberant, aliqua difficultas propterea oriri videretur, utrum videlicet iuramentum hoc commutetur in vota religionis necne, si quis religionem aliquam contrariam sententiam tenentem ingrediatur, ideo conclusum est, tales eo usque non obligandos esse, ita quidem, ut iuramentum hoc tantum usque ad edenda vota seu ingressum aut professionem talis religionis extendatur, ne difficultatem ullam in illis edendis sentiant aut impedimentum.

Nr. 140.

(S. Bd. I, S. 483.)

Arch. d. Univ. L, I, 3. Oct. 1654.

Von gottes genaden Maria Anna .... Wittib und Vormünderin.

Unsern gruess zuvor, würdige hochgelehrte liebe getreue. Es ist nunmehr vil jahr bei unserm hoffrhat observirt und wargenommen worden, dass die studenten, welche nach absolvirten studio juridico sich alhie umb dienst bewerben und probrelationes ablegen, sogar in corpore juris unerfahren sein, das sie auch khein cognitionem titulorum haben und die leges canones capitula nit aufsuechen khönnen, noch weniger aber sein sie in den büechern versirt und belösen und haben sogar die jenige, welche sonsten in jure wol proficirt, von den materien, so täglich in foro et in judiciis vorfallen, khein wissenschaft; welches dem gemeinen nuzen wenig vorträglich und dahero die hohe notturfft ist, auf mitl zu gedenckhen, wie das studium juridicum mit frucht des gemainen wesens und der studirenden jugent besser anzuordnen und zu bestellen. Wür haben derowegen die sach reifflich überlegen lassen und befunden, das sowol in modo docendi publice als in privatis exercitiis et collegiis etliche miteinlauffende inconvenientien abzustellen und zuverbessern sein möchten. Und zwar sovil erstlich den modum docendi betrifft, khombt vor, das sowol der professor canonum als codicis et digestorum sich in den titulis et materiis, welche sie zulesen vor die handt nemmen, gar zu weitleiffig aufhalten und bisweiln in einem ganzen oder wol zwai jahrn nit mit einer materi fertig werden, daraus dan erfolgt, das die studiosi juris khein universalem cognitionem in jure bekhommen noch die sedes materiarum in corpore juris ihnen bekhandt und familiar machen. Wür weren derowegen dess gnedigisten vorhabens zuverordnen, das ins khonfftig die jura sowol canonica als civilia nit mehr also weitleiffig, sondern compendiose per modum paratitlorum als wie etwan der Vallensis in jure canonico und der Wesenbecius in jure civili geschriben docirt würden; dieweiln aber das jus civile sehr weitschichtig, khöndte zwischen den codicisten und digestisten ein solche

austheillung der titulorum gemacht werden, das beede nit zugleich auf ein matery eintreffen und man also in drei oder lengstens vier jahren das ganze jus oder wenigist die nottwendige materias absolvirn, die studenten aber ein universal wissenschafft und instruction bekhommen möchten; der ander professor digestorum khönte ein materiam practicam als etwan processum judiciarium, criminalem, feudalem oder ein andere dergleichen vor die handt nemmen und selbige gleichfahls methodice et compendiose als wie etwan der Rosbach, Vultejus tractiren, damit sich die studenten in zeit ihres studii algemach ad praxim forensem qualificirn möchten. Wass aber die institutiones juris belangt, halten wir für guet, das dieselbige gleichfals nit mehr so weitleiffig in die feder dictirt, sondern mehrern theils mündtlich interpretirt werden, also das man aufs wenigist im jahr ainmahl darmit zu ende khommen khöndte, welches alles ihr doch collegialiter zuüberlegen und, was man ins gesambt guet befinden würdt, uns auf das fürderlichist gehorsambst zuüberschreiben habt, darbei einem jeden bevorstehet, wann er etwas nüzliches zuerinnern hette, mit welchem sich andere nit vergleichen wolten, uns dasselbige absonderlich zueröffnen.

Sonsten ist bishero die lectio institutionum von 12 bis 1 uhr gehalten worden, dieweiln aber selbige stundt wegen der grösten mittag hüz im sommer, dann des geleutts in der oberen pfarr gar unbequem und die jugent gleich nach dem mittag essen mehr schlefferig als attent und aufmerckhsam ist, alss habt ihr euch einer andern und solchen stundt zuvergleichen, dardurch den andern professoribus khein hinterung geschehe.

Seitemahln auch die studiosi philosophiä dem vorkhommen nach die lectionem institutionum besuechen und auf solche weis gemainclich kheinem studio recht abwartten, sondern beede negligiren, alss ist unser befelch, das ihr ins khonfftig kheinen, so die philosophi hören will, zugleich ad institutiones admittiren und einschreiben, sonder gleichwol zu dem studio ethicä oder mathematicä anweisen, auch wan einer deme zuwider handlen und die institutiones neben der philosophi nichts destoweniger besuechen würde, ihme solche zeit bei ertheilung des gradus doctoralis oder licentiä nicht computirn sollt.

Belangent die privata exercitia, so man collegia nennt, ist vorkhomen, das die studiosi mit den honorariis ybernomen, die arme und unvermögliche eintweders gar nit zuegelassen oder, biss sye dess anhaltens mied werden, abgewisen und aufgezogen, die vermögliche aber in so grosser anzall, das sye in der stuben, wo sye zesammen kommen, nit alle süzen khünden, und zwar nit nur zu einem, sonder zwei drei und noch mehr collegiis admittirt und aufgenommen, hingegen allezeit nur das alte repetirt, die studenten weder uf die leges noch authores gewisen, sonder allein mit etlichen singularibus casibus et quästionibus, zu weilln auch methaphysicis, so niemalln geschechen sein noch geschechen künden, exercirt werden, welche hinnach die studiosi villmalss unrecht und auch zu solcher zeit einschreiben und zusammentragen, da sye die publicas lectiones frequentiren oder villmehr sich in einem und dem andern classico authore, welchen sye in praxi nüzlich gebrauchen und allegiren khönden, informirt machen sollten.

Obwolln wür nun solche privat exercitia für nüzlich und guett halten,

so sein doch iztgemelte excess und mössbreuch abzestellen; damit ... halben besserer nuz und frucht in solchen privat exercitiis geschaffet ... beobachtet werde, befünden wür nach reiffer überlögung des werk..., welcher der jugent so vil gelegen ist, sonderbar guet zesein, da... künfftig ein jeder professor neben den vor disem angeordneten p... collegiis et repetitionibus ein jar einmall dergleichen collegia privata, ... ein jeder allein auss dem jenigen, wass er profitirt, als nemblich der canonist ex jure canonico, der codicist ex jure codicis, der digest... ex jure digestorum, der professor alicuius materiä auss derselbigen mate... und der institutionist auss den institutionibus juris halte, das er einen gewissen authorem vor sich neme, damit die studenten vermittls dergleichen exercitien auf die büecher gezogen, und wann iztverstandtner masser die ausstheillung geschicht, in cognitionem universi juris gefiehrt werden, ... bei man aber die arme sowol als die reiche und zwar gratis zu admittiren, die reiche aber nit ze ybernemmen und keiner dem andern durch verächtliche reden seine discipulos zu entziechen, auch dises exercitium ... solcher stundt anzustöllen hat, damit kein student von den publicis lectionibus verhündert und abgehalten werde, darzue vielleicht die stundt von 5 bis 6 uhr nachmittag die füeglichiste sein khündte, weiln ohne daselbige ein gar bequeme zeit zum studirn ist und sonsten von den studenten durch das alzufrhie nachtessen verabsaumet und unnüzlich verzehrt würdt. Wollen doch in einem und andern, wie vorhero vermelt, ... mainung und zwar inerhalb 14 tagen vernemmen und verbleiben ... dabei mit gnaden. Datum München d. 3. Oct. 1654. Maria Anna.

Nr. 141.

S. Bd. I., S. 477.

Archiv d. Univ. B. I. Nr. 18. S. 45:

Quis ordo inter professores sacrae theologiae in publicis promotionibus servandus.

Anno 1657 13 Augusti in concilio facultatis conclusum, ut deinceps ordo promotionum doctoralium in facultate sequens servaretur: 1) ut necesset ille ordo, qui solet esse in reliquis duabus superioribus facultatibus, ut nullus creet, qui non prius omnes collegas se priores viderit promovere; sic enim collegae religiosi vix unquam promoverent ob crebras mutationes. 2) nec semper ille promoveat, quem ordo tangeret ex ... qui nunquam promoverunt, quia alias collegae seculares, postquam semel promovissent, non facile redirent, cum frequenter novi et novi religiosi succedant. Ideo 3) statutum, ut nullus ad promovendum admittatur nisi qui iam semel in facultatis decanum sit electus. 4) ut, qui semel promovit, ultra quatuor promotiones non differatur, sed quinta promotio iterum illum tangat; sic fiet, ut post duos promotores seculares tres religiosi intercedant, nisi aliquis eorum nondum fuisset decanus, cum ... illum tangeret; tunc enim hoc praetermisso secularis unus ante hunc

creabit, quod etiam fiet, si aliquis ex antiquis promotoribus iam quatuor aliorum promotiones post suam vidisset; tunc enim quinta iterum ad ipsum spectabit, quamvis ultimus de facultate iam fuisset decanus.

Nr. 142.

(S. Bd. I, S. 477.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 48, S. 1.

Statuta et consuetudines, quas inclyta facultas theologica Ingolstadiensis servare ut plurimum solet in conferendis gradibus, excerpta tum ex antiquis statutis tum ex ipsis actis et praxi iussu et auctoritate ipsius collegii theologici. 18. Oct. 1657.

De baccalaureatu theologico.

1. Ad baccalaureatum ordinarie non admittuntur plures simul quam duo; si tamen tertius non facile alium socium esset habiturus, ex gratia adiungitur duobus, quod etiam in licentiatu fieri potest.

2. Nemo ad hunc gradum promovetur nisi biennio audita scholastica et sacra scriptura quique sit magister philosophiae, nisi facultas iudicaverit dispensandum, et qui lectioni controversiarum et moralis theologiae vel satisfecerit vel sit satisfacturus.

3. Cum se offerent candidati ad hunc gradum, decanus vel collegialiter, si ceteroquin conveniendi sit occasio, vel per literas referat ad facultatem eamque tum ipse informet tum collegarum iudicium exspectet de sequentibus punctis: 1) quas et qua diligentia ac frequentia tempore studii theologici adiverint lectiones, praesertim an pro biblico baccalaureatu biennio scripturam audiverint, 2) an et qua laude susceperint gradum magisterii, 3) an et utrum tanto profectu tam publica quam privata studiorum theologicorum exercitia frequentarint, ut ad examen tuto admitti posse videantur, et si hoc ita inveniatur, inquirat 4) quo die et hora ad examen sint vocandi et, si satisfecerint, creandi. His constitutis iubeat idem decanus eos ex duorum annorum materia quinque theses facere et quamlibet in totidem membra distribuere curetque, hospiti diem et horam promotionis numerumque personarum sive per se sive per notarium aut pedellum significari taxamque, si forte ab infra describenda mutanda esset, indicari.

4. Die constituto candidati cum notario ac pedello decanum ad academiam circa horam examini destinatam deducunt, quo alii collegae ultro conveniunt, et ante examen notario quilibet 18 fl. numerent sic distribuendos: 13 fl. inter professores dividuntur cuilibet 2 fl. 36 kr., 2 fl. facultatis aerario cedunt, 1 fl. 30 kr. notario, 1 fl. 30 kr. pedello.

5. Sequitur examen singulorum per horam, et post examen rogat decanus sententias collegarum circa responsa eaque statim praesente notario candidatis significat, nisi quid consultandum interveniat, tum enim exspectare iubentur; et quidem si omnibus spes ad licentiam fieri potest, id publice dicit; si vero tantum uni, id fit privatim; alter monetur, ut hoc

baccalaureatus honore contentus maneat vel certe se deinceps magis idoneum reddat.

6. Deinde praemissa fidei professione et iuramento in verba notarii facto sine omni petitionis praeludio decanus eos creat sequente fere formula: Quod igitur felix faustum fortunatumque sit ecclesiae catholicae huicque nostrae electorali academiae ac inprimis facultati theologicae utile et honorificum, ego N. sacrae theologiae doctor et professor ordinarius eiusdemque facultatis nunc decanus potestate mihi ab inclyto collegio theologico concessa te N. et te N. iam antea artium et philosophiae magistros sacrae theologiae baccalaureos biblicos et formatos creo constituo constitutosque in hoc amplissimorum virorum consessu publico pronuntio conferens vobis potestatem inferiorem theologicam cathedram conscendendi et ex ea docendi ac disputandi ceteraque iura ac privilegia, quae huic gradui vel iure vel consuetudine concessa sunt et concedi solent, in nomine patris et filii et spiritus sancti, amen.

7. Nulla sequitur gratiarum actio, sed statim gratulatione per manuum porrectionem facta ad merendam abitur, ad quam nemo praeter collegas promotos notarium ac bidellum admittitur imperiali in singula capita pro symbola constituto, nisi pro ratione temporis facultati aliud videatur.

8. Si plures sint candidati, sumptus convivii inter se partiuntur; si vero unicus, habebit se ipso adnumerato 8 convivas, proinde ordinarie incumbet ipsi sequens sumptus: facultati aliisque iuxta nr. 4 18 fl., hospiti pro merenda 12 fl., summa 30 fl.

De licentiatu theologico.

1. Hunc gradum suscepturus debet quadriennium utramque scholasticae lectionem aut certe totum theologiae cursum, sicubi breviore tempore absolvitur, reliquas vero lectiones biennium audivisse, nisi facultas ex iusta causa velit dispensare; eaque de re decanus ad facultatem referat: 1) quas et qua diligentia ac frequentia tempore studii theologici adiverit lectiones, praesertim an quadriennium utramque scholasticae lectionem aut certe totum theologiae cursum, sicubi breviore tempore absolvitur, reliquas vero lectiones biennium audiverit, 2) an et qua laude susceperit gradum baccalaureatus theologici, 3) an et utrum tanto profectu tam publica quam privata studiorum theologicorum exercitia frequentarit, ut ad examen tuto admitti posse videatur, et si hoc ita inveniatur, inquirat 4) quo die et hora ad examen sit vocandus et, si satisfecerit, creandus.

2. Ante examen convivium non indicitur hospiti absolute, sed tantum in conventum, si admittantur per examen, quod triduo circiter ante actum instituendum est.

3. Materia examinis 24 horis utilibus ante examen apud decanum deligitur ex tota theologia iuxta elenchum in 5 partes distributum, qui in totidem vasculorum sortilegio a decano asservatur, ex cuius quolibet scrinio una scheda extrahitur eaque in 5 membra sive conclusiones distribuitur; quae theses descriptae, quantum brevitas temporis patitur, mature examinatoribus traduntur.

4. Die examinis constituto mane in templo academico sacrum legitur hora, qua facultati videbitur; erit autem fere alia, si unus, alia, si duo

sint examinandi; quodsi tertius quandoque accesserit, is consultius in pomeridianum tempus iudicio facultatis differretur, et hic pomeridianus loco dulcis vini, de quo nr. 6, necaricum aliudve ordinarium dabit; pro praedicto sacro candidati omnes simul bidello imperialem numerent, de quo expenduntur in sacrum 30 kr., in oblationes 5 professorum notarii ac bidelli 42 kr., aedituo 12 kr., aeditui famulo 6 kr.

5. Post sacrum itur in academiam, ubi candidatorum quilibet notario numerat 32 fl. 30 kr., quos deinde decanus sic dividit: domino procancellario pro licentia 4 fl., pro taxa facultatis 18 fl., ex quibus 3 fl. cassae inferuntur, reliqui inter professores distribuuntur, pro saccharo 5 fl. (cuilibet professori libra sive 1 fl.), notario 2 fl. 30 kr., bidello 2 fl. 30 kr., pro fabrica 30 kr.

6. Examen durat ultra horam, sub quo quilibet candidatorum dat mensuram vini Hispanici cum bellariis; postea (sicut in baccalaureatu dictum est) rogantur dicuntur et coram notario, si sunt admissi, promulgantur sententiae de admissione ad licentiam et hospiti dies et numerus convivarum absolute indicitur, et simul candidati coram decano conveniunt, quis petitionem, quis gratiarum actionem in actu habiturus est.

7. Pridie ante licentiam invitant candidati cum notario gratis id praestante magnificum rectorem reliquarum facultatum decanos et camerarium et quos ipsi candidati voluerint, quibus permittitur alios invitare convivas, quorum tamen numerus hospiti mature indicendus; in eorum singulos 2 fl. sunt constituendi, nisi iudicio decani et collegarum sumptus mutandus videatur; facultatis nostrae professores in hoc actu non solent invitari, cum ipsi invitent alios; eos tamen pridie monere convenit, actum tempore constituto processurum.

8. Die licentiae circa medium decimae vel serius praesertim in quadragesima candidati decanum in academiam deducunt et inde cum notario procancellarium advocant, non tamen rectorem, qui cum reliquis invitatis sponte venit.

9. Huius promotionis initium facit unus candidatorum a brevi petitione licentiae, quam dominus procancellarius excipit oratiuncula eaque finita iubet professionem fidei facere et in verba notarii iurare; utrumque mox praestatur eosque procancellarius licentiatos pronunciat in sequentem formam: Quod igitur deus optimus maximus bene vertat et ad inclytae facultatis theologicae incrementum et ornamentum cedat, nomine et auctoritate reverendissimi et illustrissimi sacri romani imperii principis ac domini N. episcopi Eystadiani tanquam celeberrimae et electoralis universitatis huius Ingolstadianae cancellarii perpetui et dignissimi ego N. sacrae theologiae doctor et professor ordinarius etc. et in hac alma universitate procancellarius etc. in hoc publico amplissimorum virorum consessu tibi reverendo ornatissimo et doctissimo domino N. iam ante artium liberalium magistro et sacrae theologiae baccalaureo petitam theologici doctoratus petendi et capessendi licentiam plenam imp[illegible]io do et concedo faciens te participem omnium privilegiorum praerogativ[illegible] et immunitatum, quib[illegible]unque sive de iure sive de consuetudine haec [illegible] ia [illegible], idque in [illegible]ae sanctissimae et individuae trinitatis [illegible] filii [illegible].

10. Deinde alter candidato [illegible]

tulatione facta praelatis sceptris recta ad hospitium itur applaudentibus ex turri tubicinibus; praecedit procancellarius et tota facultas quam sequuntur candidati, et tunc primum rector (nisi sit ex facultate), decani aliarum facultatum et reliqui hospites; in et post convivium cum proportione eadem fiunt, quae in doctoratu infra notantur.

11. Summa omnium sumptuum, si unicus sit candidatus nec habeat hospites praeter necessarios, quorum annumerato ipsomet candidato sunt 13, erit sequens: pro missa 1 fl. 30 kr., pro vino dulci et bellariis circiter 1 fl. 30 kr., notario numerandi iuxta nr. 4 32 fl. 30 kr., hospiti pro convivio 2 fl. in singulos 26 fl., tubicinibus 45 kr., aedituo sceptrum portanti 15 kr., summa 62 fl. 30 kr.

Instructio pro doctoratu theologico.

De praeliminaribus.

1. Postquam unus aut alter candidatus absolute doctoratum petierit, decani erit ad consilium theologicum tribus circiter mensibus ante referre, ut dies aliqua aut saltem mensis certus constituatur et promotor nominetur; quis autem et quo ordine sit nominandus, petendum est ex actis facultatis nostrae 13 Aug. 1657 et infra habentur.

2. Post haec statim monebit decanus alios dominos theologiae candidatos, quos putaverit doctoratum ambire, praesentes quidem coram, absentes vero per literas, ut ita mature numerus doctorandorum habeatur.

3. Uno circiter mense ante doctoratum designetur hospes, apud quem sit convivium instituendum, isque obiter moneatur, ut provideat; item prospiciat decanus de chirotecis de facibus cerae albae duabus saltem, si unicus est doctor, vel pluribus pro numero doctorum et voluntate facultatis, item, ut fiant carmina ab ephebis in actu recitanda, constituantur etiam per occasionem tubicines et alii musici, si sint adhibendi, oportet enim cum iis ante convenire de pretio; item rogetur aliquis professor philosophiae, ut quaestionem a novo doctore habendam breviter decidat; promotor interim prospiciet de thesibus inter vesperias disputandis, orationibus etc.

4. Si notabilis sit numerus promovendorum, poterit decanus cum facultate agere, annon expediens videatur, ut vinum Hispanicum pro vesperiis pro haustu promulsidario ante actum et pro ipso convivio Augustae comparetur in vasculo obsignato; sic enim minore sumptu, honore autem facultatis maiore haustus ille comparabitur.

5. Octo circiter diebus ante actum promotor decanus candidatus cum notario et bidello hospitem convenient cum eoque transigent circa locum et symbolam convivii, nunquam tamen 3 fl. in singula capita excedent annumeratis etiam bellariis, nisi annonae caritas vel aliae etiam circumstantiae aliud suadeant; convenient etiam cum eo, quantum vini bellariorumque tam pro vesperiis quam pro conclavi senatorio ante actum velit ab hospite suppeditari, item quid tubicinibus, quid dominorum professorum famulis velint ab hospite dari, illis enim communiter frugale prandium, posterioribus media mensura vini in singula capita permittitur; poterit etiam decidi, quantum hospitae pro honorario et in culina pro bibali sit solven-

dum; haec enim fere pro circumstantiis variari solent; numerus deinde hospitum, missuum honorariorum (bschaidtspen) vel iam vel saltem paulo post est indicandus; rebus sic conventis hospes praedictis conventoribus aliquam merendulam solet dare rationibus deinde doctoralibus inferendam.

6. Biduo circiter ante actum duo candidati cum notario invitant omnes hospites tam ad vesperias quam ad actum et convivium indicato tempore; sunt autem sequentes necessario invitandi; 1) omnes professores academici, etiam nostrae facultatis, 2) duo ex senatu civico, 3) praetor urbis, physicus civitatis et regens collegii Georgiani, 4) olim etiam invitabantur praefectus urbis et duo ex consilio electorali et duo ex patribus franciscanis, sed priores tres ob varios respectus nunc fere dissimulantur, posterioribus pro libitu aliquid mittitur ordinarie tantum, quantum in duos convivas expenderetur, idque hospes facit et in rationes infert; pro ipsa hac invitatione notarius in hoc actu accipit imperialem.

7. Die vesperiarum ante disputationem candidati notario numerant quilibet 67 fl. 15 kr., qui sic dividuntur: facultati theologicae 36 fl., ex his 4 in arcam inferuntur, reliqui inter professores dividuntur, promotori pro taxa 4 fl., pro saccharo 5 fl. (nemque cuilibet professori libra una), pro biretis 10 fl. (nisi quidem professores malint ipsa bireta), pro chirothecis professorum theologiae 3 fl. 45 kr., notario et pidello 7 fl., quos ipsi ex aequo divident, pro pauperibus 30 kr., denique pro insignibus doctoralibus conservandis peculiari aerariolo inferendum dabit 1 fl.

Vesperiae.

1. Pridie actus doctoralis hora 2 pomeridiana communiter inchoantur vel citius, si magnus esset numerus inaugurandorum.

2. Media fere hora ante candidatorum aliqui cum notario et bidello deducunt promotorem in stubam academicam sine sceptris, alii decanum, nisi cum promotore habitet; rector academiae et procancellarius hodie non deducuntur; conveniunt tamen omnes tam professores quam honorarii hospites in stuba academica; omnes theologicae facultatis professores hodie ferunt pileos violaceos cum epomidibus, non tamen togas doctorales.

3. Ad auditorium canonistarum ascendit primo promotor et tota facultas et post eam candidatus, deinde rector academiae ceterique professores et hospites.

4. Sedet primus rector in suo loco ordinario, tum facultas theologica, postea primum illustres et alii, candidatus sedet in loco promovendorum ad januam.

5. Disputationi praeludit promotor oratione habita tum invitat ad disputandum quemque ex facultatis professoribus ordine, quo sedent; ipsi tamen disputantes non servant ordinem candidatorum, si plures sunt, sed quisque, contra quem voluerit, disputat; rectius tamen ante convenitur, quem quisque impugnandum sibi deligat.

6. Ubi decanus indicaverit, pr ... ar ... ai ... deb ... in finem vergere, domino notario signum ... r m ... , quo facto notarius primum poculum ... d rectori, tum pr ... mento et alteru

illustres, professores et honorarios hospites; quoad potum et bellaria pro hoc die nihil potest fixum statui, cum varietur numerus; si tamen tantum unus et alter fuerit promovendus nec multi extraordinarii hospites, sufficiunt 4 mensurae Hispanici, 15 vini vulgaris, libra una bellariorum ex saccharo item una amygdalorum, 6 liba parva cum pane; quae omnia ut fidelius dispensentur, proderit ab ipso hospite hominem fidelem submitti, qui ea curet ne alio subducantur.

7. Finita disputatione promotor actis breviter gratiis invitat auditores in sequentem diem hora indicata, deinde abitur ordine, quo intratum est.

De actu doctorali.

1. Media octava ordinarie signum datur in academia eoque tempore promotor a candidatorum maiore parte et notario deducitur ex suis aedibus ad academiam praelatis sceptris, aliqui deducunt decanum; si unicus candidatus sit, hic promotorem, notarius decanum deducit, nisi simul habitent; quos tubicines ex academia salutant sicut et alios professores et hospites.

2. Ex academia deinde pars candidatorum cum notario procancellarium, pars cum bidello (vel contra iudicio decani) magnificum rectorem deducunt, quos promotor et decanus porrectis dexteris salutant sicut et reliquos professores et hospites paulatim affluentes; quodsi unicus sit promovendus, decanus constituet, quis rectorem, quis procancellarium advocet.

3. Ubi rector et procancellarius adfuerint, incipitur haustus candidatis ad medium circiter tempus etiam advocatis, in quo haustu fere eadem quantitas sufficit, quae in vesperiis, nisi quod vinum necaricum penitus omittatur; poterit tamen, si videatur, una aut altera mensura vini Hispanici adiici, ubi decani erit, curare, ne qui professores et hospites penitus praetereantur.

4. Cum decanus intellexerit, vinum paulatim deficere, curabit per notarium, ut ad mensas consideatur ad accipiendum iuramentum a candidato.

5. Hinc ascenditur ad auditorium ordine pridiano, nisi quod candidatus cum ipso promotore praecedat; considetur eadem plane serie qua heri.

6. Consessu facto tubicines brevi, sed elegantiore clangore praeludunt; tum candidatus primam orationem habeat, in qua post rectorem ante alios appellet promotorem et reliquos de facultate; oratione finita vel idem vel alius petat gradum a promotore, sed breviter.

7. Succedit oratio promotoris, qui itidem facultatem post rectorem primo compellat, in cuius fine candidatos commendat et ad faciendam fidei professionem hortatur.

8. Ad quam invitationem ingrediuntur facigeri et sex ephebi cum insignibus doctoratus, sc. laurea libro pileo epomide annulo baltheo, quos ipsi inaugurandi sequuntur ex suis locis ad oratoriolum iuxta cathedram paratum; dum haec fiant, tubicines modeste accinant.

9. Finito clangore unus candidatorum praeit professionem fidei cum promissione immaculatae conceptionis defendendae adstante notario in hanc formam [*s. dieselbe oben Urk. Nr. 81, nur kommt hier folgender Beisatz hinzu:*] Item spondeo voveo ac iuro, me iuxta summorum pontificum Pauli V. et Gregorii XV. publice ac privatim velle pie tenere et asserere,

beatissimam virginem Mariam dei genitricem absque originalis peccati macula conceptam esse, donec aliter a sede apostolica definitum fuerit.

Deinde applicitis ad sequentia verba „In principio erat verbum et verbum erat apud deum etc.“ duobus digitis pergit: Sic me deus adiuvet et haec sancta dei evangelia. Reliqui vero candidati successive ad idem oratoriolum flectunt et attactis iisdem verbis iurant: Ego N. idem spondeo voveo ac iuro; sic me deus adiuvet et haec sancta dei evangelia.

10. Postea redeunt ad subsellia consueta et peracto in notarii verba iuramento ad sceptrum creantur doctores in sequentem formulam: Quod igitur felix faustum fortunatumque sit ad maiorem omnipotentis dei immaculatae dei genitricis totiusque curiae coelestis gloriam, ad ecclesiae romanae propagationem plurimorumque Christi fidelium salutem, ad inclytae facultatis nostrae theologicae incrementum ac ornamentum cedat, ex eiusdem collegii theologici unanimi consensu et decreto ego N. sacrae theologiae doctor et professor ordinarius in hoc publico frequentissimoque maximorum virorum consessu te admodum reverendum nobilem et clarissimum dominum N. iam ante philosophiae magistrum ac sacrae theologiae licentiatum eiusdem sacrae theologiae doctorem creo et constituo creatumque et constitutum pronuntio et proclamo dans tibi potestatem, altiorem cathedram conscendendi ex eaque publice docendi disputandi et interpretandi, aliaque privilegia omnia immunitates et praerogativas, quibuscunque sive de iure sive de consuetudine doctores aliarum universitatum approbatarum, praesertim Bononiensis Salmantiensis et matris nostrae Viennensis, fruuntur et gaudent, idque omne in nomine sanctae et individuae trinitatis patris et filii et spiritus sancti, amen. Verba promotoris excipiunt tubae gratulatoriae, tubas invitatio ad cathedrae doctoralis conscensum, salutatio, insignium traditio: libri clausi et mox aperti epomidis pilei annuli balthei facis. Sequitur amplexus et consessus.

11. Considentem salutant ephebi suis carminibus, nisi aliqua ratio suadeat, ut prius faciant, et tum recepta novi doctoris face discedunt.

12. Mox promotor invitat novum doctorem ad dandum specimen, quod maxime commendabit brevitas, in quo quaestionem aliquam in utramque partem disputet ac uni philosophiae professori decidendam relinquat. Interim bidellus chirothecas et si qua alia habentur distribuit; chirothecae autem praeter professores illustres candidatos et hospites ad convivium invitatos dantur etiam notario bidello eiusque substituto, item duorum secularium collegarum famulis; expedit insuper aliquot paria habere in parato, ut si qui honoratiores ad actum insperato superveniant, ii etiam chirothecis honorari possint.

13. Absoluta quaestione eiusque decisione novus doctor gratias agit brevissime; tum academica campanula leviter percussa tubae et maior campana beatae virginis insonant, et abitur.

14. In itu ad templum academicum praecedunt tubicines, sequuntur sceptra ephebi et facigeri promotor cum promotis facultas theologica rector illustres professores hospites.

15. Ad hymnum Ambrosianum ephebi et facigeri stant bini et bini ante summam aram; post „Te ergo quaesumus“ disceditur priore ordine; promoti ad aram lateralem deponunt oblationem bidello proficuam; inter

gratulationem, quae intra templum ad portam versus ostiarium fieri solet. ephebi stant ex parte opposita ita, ut gratulaturi inter promotos et ephebos transeant; inde serie eadem usque ad hospitium pergitur, ad cuius ianuam utrinque ephebi viam praetexunt iidemque ingressis omnibus hospitibus ad academiam ordine recedunt ibique aliquod munusculum pium valore unius circiter aurei pro omnibus simul accipiunt praeter chirothecas.

16. In ipso convivio rector primus accumbit, et nisi abbati vel maioris notae legato, si quis adsit, facultas deferendum censeat, secundus erit procancellarius, tum promotor et decanus; in reliquorum professorum arbitrio erit, vel his statim assidere vel uno aut altero interposito hospites honorare.

17. Qui ex tribus, procancellario sc. promotore et decano, primum haustum in rectoris sanitatem incipiat, ipsi inter se antea convenient; in ipso convivio ad decanum spectabit, operam dare, ut omnibus, quantum fieri potest, fiat satis.

18. Finito convivio quamvis deceat, ut decanus convivis adhuc assistat, neminem tamen detineat, ne sumptus per haustum secundarium excrescant.

19. Si candidati sufficiant, unus rectorem, alius procancellarium, alius promotorem, alius decanum deducat; si tantum unus aut alter sit, provideat decanus.

20. Sequente die vel alio commodo solvuntur chirothecae, datur merces musicis ac tubicinibus ac ministris ecclesiae, item bibale pro exornatione auditorii, ac decanus et promotor cum notario et promotis rationes cum hospite iuxta conventa ineunt et approbant, eoque die, si quid insummatur in merendo, promoti nonnisi potum solvunt, hospite ex hesterni convivii reliquiis cibum suppeditante.

21. Sumptus in hoc gradu faciendi sunt in duplici differentia; aliqui stati sunt et nunquam variantur, qui proinde facile possunt determinari; alii sunt tales, qui pro diversitate circumstantiarum, v. g. multitudinis personarum illustrium hospitum, annonae caritate arbitrio facultatis aut numero promovendorum variantur, de quibus proinde nil certi statui potest..... Prioris generis sunt isti: facultati aliisque iuxta nr. 7 praelim. 67 fl. 15 kr., templo beatae virginis 1 fl. 8 kr. Sumptus variabiles: hospiti pro 27 convivis 81 fl., eidem hospiti pro 7 missibus honorariis, sc. 5 professorum notarii et bidelli, 21 fl., eidem pro vino et bellariis circiter 14 fl., pro haustu secundario post convivium circiter 2 fl., pro prandiolo tibicinum 1 fl. 30 kr., pro famulis cuilibet media mensura vini cum pane 2 fl., notario 1 fl. 30 kr., pro duplici collatione, quando indicitur convivium et quando rationes accipiuntur 7 fl., pro patribus franciscanis 6 fl., hospitae honorarium et pro culina 3 fl., pro vitris fractis 30 kr., tubicinibus 5 fl., si habeantur fidicines 3 fl., chirothecario 20 fl., bibale ornantibus auditorium 1 fl., pro facibus 12 fl.; pro thesibus doctoralibus in patente 10 fl., aedituo ad beatam virginem propter praelatum sceptrum 15 kr., pro munusculis epheborum 3 fl. Summa summarum 262 fl. 8 kr., quos fere expendet, si quis solus gradum doctoratus accipiet, qui eo magis decrescent, quo maior fuerit promovendorum numerus. Si autem unus solus omnes gradus cum debita solemnitate sumptuque

susceptarus sit, expendet pro baccalaureatu 30 fl., pro licentiatu 62 fl. 30 kr., pro doctoratu 262 fl. 8 kr.; summa summarum 354 fl. 38 kr.

Nr. 143.

(S. Bd. I, S. 479.)

Archiv d. Univ. B, I, Nr. 48, S. 47.

Decretum factum anno 1665 admittendi ad examen pro licentia theologica cum dilatione gradus.

Conclusum hoc est 17 Maii praecipue tribus de causis 1) quia habentes gradum aegre recipiuntur in cooperatores, 2) quia multi non habent sumptus sufficientes pro convivio, 3) quia hac ratione habent frenum sese honeste gerendi; nam petituri gradum non admittentur nisi exhibito testimonio, quomodo se post absoluta studia gesserint; iura tamen facultati solvenda sunt ante examen et insuper domino procancellario dimidia pars pro futura collatione gradus.

Petitus est consensus a reverendissimo et celsissimo principe cancellario nostro per reverendum dominum suffraganeum, qui 14 Junii litteris ad admodum reverendum dominum procancellarium datis rescripsit in haec verba: Sua celsitudo rationibus a facultate adductis permota hunc modum in posterum a facultate quoad examinandos observandum approbavit et ratihabuit salvis omnino domini procancellarii iuribus et ad revocationem etiam suae celsitudinis.

Ebend. S. 48.

Decretum anno 1669 29 Junii a facultate factum circa spem licentiae nulli publice faciendam etiam admisso ad gradum baccalaureatus.

29 Junii 1669 cum quidam reiectus a gradu licentiae theologicae praetenderet sibi ius quaesitum ad eundem gradum per spem sibi publice factam aspirandi ad licentiam tunc, quando admissus est ad gradum baccalaureatus theologici, statuit facultas in consilio habito in domo admodum reverendi et magnifici domini doctoris Zadler tunc decani, ut nulli amplius publice spes fieret ad eundem gradum licentiae, sed privatim a decano quisque intelligeret iudicium de se facultatis, ita tamen, ut nullum inde ius acquireret, quominus a facultate nostra pro meritis ab ultiore gradu licentiae libere reiici posset.

Nr. 144.

(S. Band I, S. 468.)

Archiv-Conserv., Fasc. 2, Fasc. 6, Nr. 5[b] u. Fasc. 13, 17. Dec. 1677.

Ferdinand Maria churfürsst etc.

Lieber gethreuer. Demnach wür mit nit geringem missfahlen vernehmen, wasmassen underschidliche unsern landständt und von adl ihre söhn, unange-

sechen unser universitet zu Ingolstatt mit glerth und qualificirten professoribus woll ersezt und zu genieg versechen, gleichwohl nit dahin, sonder auf Salzburg und ander negst herumbligendte academien ad studia schickhen, hierdurch aber besagter universitet zu Ingolstatt nit allein der bisshero weitt und breitt gehabte sonderbare rhuemb entzogen, sonder auch das gelt auser lanndts gebracht und die auslendische studenten, welche sonsten die universitet bisshero in zimblicher anzahl besuecht haben, derselben ferners zuezeraisen merckhlich abgehalten werden, also waisst du solches denen in deinem anverthrauttem gerichtsdistrict sesshafften landtständten und sonsten zu communiciren mit dem anhang, das wir fleissige obsicht halten und all die jenige aufzaichnen lassen werden, welche Ingolstatt beiseiths sezen und ihre studia anderwerths prosequiren, damit sye seiner zeit, wann sye unsern dienst verlangen, auch nit, sonder nur die, so sich hierinfahls unser gnedigisten intention gemess verhalten, accomodirt und promovirt werden. Versechen unss dessen. München den 17 Dec. 1677.

Nr. 145.

(S. Bd. I, S. 465.)

Archiv-Conserv. Fasc. 2. 18 Dec. 1705, und Arch. d. Univ. D. XVII, Nr. 1 unter gleichem Datum.

Liebe getreue. Demnach wür bei denen dermahligen conjuncturen nit für guett ansechen, das in der vesstung Ingolstatt sich so vil studenten einfinden sollen, und derentwillen gnedigst resolvirt, die studia altiora auf eine wenige zeit in soweith in suspenso zuhalten, dass underm vorwand ainiger recreations-wochen sowohl die lectiones ordinariä alss collegia privata underbrochen und den studenten bedeyttet werde, sich entzwischen nacher haus zubegeben, alss ist unser allergnedigster special-befelch hiemit an euch, solch unser allergnedigste resolution mit seiner behörigen circumspection uneinstöllig zubewerkhstelligen, derentwillen wür euch vornemblich an unsern commandirenden general-veld-marechal-lieutenant grafen von Pagni weisen, des allergnedigsten versehen, ihr werdet ihme in allen deme, wass er von euch zu unsern diensten fordern und anbefelchen würdet, solchergestalten an handten gehen und deme die schuldige folge laisten, alss es ohne deme euer gegen unss tragende pflicht erfordert. Seint euch anbei etc. München, d. 18 Dec. a. 1705.

Nr. 146.

(S. Band I. S. 465.)

Ebend. 28 Dec. 1705.

Hochgebohrner graff, genediger herr. Ein sambtliche universitet alhier hat nit underlassen, das jenig kayserliche rescript de dato 18 currente, welches von hochlöblicher kayserlicher administration zu München erlassen

und von dero hochgräfflichen excellenz gestert abents mir rectori extradiert worden, in pleno senatu academico der notturfft nach zu yberlegen, und dan den schluss gefasst, das forderist ersagt der hochgräfflichen excellenz, so ohne das der universitet zu guettem solches an ihrem hochen orth nemmen, der schuldige dankh erstattet, und mich rectorn sambt quatuor facultatum decanis auf determinierente zeit dise underdessen ins gegenspill folgente motiva in aller geziementer underthenigkheit solten umbständig remonstriert werden.

Und zwar so würdt anfangs vermelt kayserliches rescript darumben ohnmassgeblich anstandt leiden, weillen ersagt alhiesige universitet gleichwollen von denen regierenten herzogen aus Bayrn und in specie von Maximiliano I jederzeit in hochen werth und für ein grosses clainodt seiner länder gehalten worden und wegen dessen, was dieselbe bishero so wol in religionswesen als auch in hochwichtig und fürstlichen rechtsfertigungen in imperio et inter imperii principes erspriesslich prästiert, solche stima erworben, das von dem durchleuchtigsten ertzherzoglichen hause Oesterreich selbst besuecht, von weyland regierenten Khaysern in offentlichen reichstägen gelobt und absonderlich der jetzt in gott ruhenten kayserlichen Mayestet in erthaillung offentlich allergnedigster audientz mit allergenedigsten ausspruch höchlich ästimirt worden, und also nachdenkhens würdig, ob man ein solche under denen catholischen universiteten, wo nit die berüehmbtist, jedoch fasst unwidersprechlich eine aus den berüehmbtisten dergestalt zu weith gresserem allgemeinen präjuditz, als anfangs erscheint, spöhren und niderlegen lasse.

Angesehen fürs ander, ob schon gemess solch kayserlichen rescripti die academisch studierente jugendt nur auf eine cleine zeit und recreations weis solle bey disen zeits conjuncturn entlassen werden, so würdt doch die entlassung in dem erfolg ein ganz anders gesicht nemmen und haissen miessen, auf der hochenschuel zu Ingolstatt seyndt die studia altiora nidergelegt und ist die sonst so catholische universitet würkhlich gespört.

Und wie 3tens das abraisen der academischen jugendt, warunter die mehriste gar ehrlich und vil adeliche khinder, ainige mit mittl versehen andere nit, guetter thaill ausländer und entlegen andere nit, nit gleich auf einmahl und ohne vilfeltig und nit vorsehente difficulteten geschechen khann, als seindt auch casu quo hieher und an ein solches orth, wo die studia ihre sicherheit nit haben, kheines weegs so baldt und leichtlich mehr zu hoffen, so beynebenst an ihnen selbst nit aigentlich wussten, wie sie auch bey solchen leuffen und kriegstroublen sich ausser landts begeben und da sie bey ain und ander angränzent ausländischer universitet ihr intention gar nit finden, wohin sie endtlich die teixl als landtskhinder wenden sollen, ainer hat das vermögen, wie gedacht, und die gelegenheit weither zugehen, der andere nit, kheiner aber, der fleissig ist, den willen, seine studia ligen zulassen und zuversäumben.

4. so seindt nit vil yber 200 streittbar bürger verhandten, diese gäntzlich und sambentlich dissarmiert, auch weder mit pulver noch pleu und andern versehen, der academischen jugendt aber befinden sich nach zaig widerholt genauer undersuech und erst der tagen beschechner sichern beschreibung in allem und allen ohne die geistliche nit 300 und under

solchen wenigst zweytheil theologiä und philosophiä studiosi, welche ad statum clericalem aspiriern, mit kheinem gewöhr, auch alter und standts halber zu einig gewalthettigen undernemben oder derley gegenwöhr ganz nit verfasst noch fähig oder intentioniert; die iuris studiosi seint maistenthails adeliche auslendisch junge und solche leuth, welche sich gewis auch in kheinen lebensgefährlichen tumult einlassen und vil mehr mit allem fleiss dessen entybrigt zusein suechen würden, wobey also ein so starckhe besatzung von 1000 bis 2000 man, so alle munition stukh und wähl die vösstung und vortheil selbst in handen haben, das geringste nit zu besorgen, und zwar

5. in diser weithern betrachtung, das die ganze zeit und so lang ein kayserliche garnison die vösstung besizet und guberniert, nit nur statt-khündig sich khein burger aufgeleint oder einen soldaten verlezt, sonder es ist auch die conduite einer alhiesigen universitet also beschaffen gewesst, das unzthero weder einiger soldat von einigem studenten beunruhigt verlezt oder berüehrt noch die mündiste klag wider selbe gehört oder beygebracht worden, desstwegen wür uns auf die notoritet und prothocolla beziehen, mithin aber auf heuntigen tag nit penetriern, woher khommen, das baldt nach einzug der kayserlichen quarnison in dem ganzen römischen reich das gericht erschollen und sogar die nunmehr in gott ruhente kayserliche mayestet dem vernemmen nach in dem wohn gestorben, samb die studenten zu Ingolstatt, wies auch die getruckhte reichszeitungen enthalten, mit der wenigen burgerschafft die kayserliche quarnison hinauszubringen oder zubeeintrechten solte tentiert haben, welches doch hier verstandtnermassen etwan auch niemandt eingefallen.

6. Als wür mit dem gegenwärtigen commando, obwohl auch ain so anderer student beschwert und ab adverso vulneriert worden, als ganz lobwürdig wohl zufriden, auch dem kayserlichen herrn obristen D'Arnande de dato 23. Apr. diss bey seiner kayserlichen mayestet selbsten dessen die gezeugung gegeben und nit weniger gegen eur hochgräfflichen excellenz das bisanhero uns widerfahrente dankhwürdig erkhennen, als würdt auch nit difficul sein, bey ferners hoffenter continuation gegen einander ruehe und sicherheit zu erhalten, in welchem gegeneyffer wür auch gewis continuiren und casu quo denen studenten nichts ungestrafft hingehen lassen noch was ungleich oder widriges gestatten werden.

7. So ist auch bey jezigen conjuncturn und landt verderblichen auflainen der underlandischen paurnschafft das wesen von selbsten nit also beschaffen, das sich ehrlich und der sachen verstendige, für welche gleichwol ein universitet mit den ihrigen verhoffentlich anzusehen, darin meliren solle, würdt auch unsers darfürhaltens einer burgerschafft, wans nur mit quartier und anderen soviel möglich gehalten würdt, nichts widerwertigs einfallen und das nun kürtzlich zur ruehe gestelte Kelheimb anderen ein exempl sein.

Da auch 8. beschicht, das jezuweillen bey dem pier ein und ander rauschiger gsell zu weith und ungebührent sich heraus lasset, wan auch ein und anderer vor disem abgedankht oder wol gar relegierter student der bayerische kriegsdienst gelaisst und sich wider hinnach in die statt sub prätextu studiorum gemacht, vorgemeltem bey und sich nit weniger

ungebührlich und suspect verhalten, so stehets ohne das bey eur hochgräfflichen excellenz hierin gestöhliger massen zu remediern, und wollen auch wür möglich darob und daran sein, das solche gsellen genau observiert und zu der abstraff und ausschaffung ohnverweylt gezogen werden mechten.

9. Considiern auch wür, das durch solch hocheschuelspöhr nit allein uns professoribus, die wür ohne das das ganze jahr her nur ain viertljahrs besoldung erhalten und ein so anderen weg grosse conditionssteur, ja kürtzlich sub militari executione ein donum gratuitum per 500 fl. und zwar zu folg allergnedigsten befelchs de dato 29. Oct. anno diss einem von hochlöblicher administration aus München aigens abgeordneten rittmaistern herrn Johann Gabriel Widerholt von Waidenhofen würckhlich erlegt und prästiert haben, in mehr weg die nahrung gehemmet wurde, sondern es miesste auch die arme burgerschafft, als welche bekhantlich mit zimmer und kosst und was ihrer handthierung anhengig von der universitet und studierenten jugendt aushalten, ein grossen abbruch und mangl an ihrer nahrung erleyden, und wie dise burgerschafft landtskhündig vorhin erarmbet und dise kriegsjahr vor allen anderen in Bayren mit stettem quartier hart mitgenommen worden, so würde ein solcher entgang ihnen umb so vil beschwerlicher fallen und nur mehr diffidenz und irritier als zuenaigung erweckhen; es fallt zwar durch die quarnison schon ein losung in die würth und preuschafften und folgents nach Kelheimb zu der weissen pierpreustatt, aber nit in kosst- und zimmerhalter und academischen exercitii maister, welche alle gar nottürfftig.

10. So mag eben dises, weillen dise statt ein gränzorth und ybrigens kheine absonderliche nahrung gewerb mit sich füehrt, die ursach sein, warumb diser orth eine hohenschuel und vösstung beysamben stehen und sich comportiern solle, welches wol auch zu Wien selbst Freyburg und mehr orthen beschicht, ohne das man in historiis leichtlich findet, das darbey die universiteten zur rebellion oder undergang derley vösstungen jehemahlen gedient haben, wan man nur beederseith einander wol verstehet und die universitets membra mithin khommen lasst.

11. Wie auch dise vösstung nit gewalthettig ybergangen, also würdt auch könfftig ob gott will allein per transactionem publicam casu quo ihr änderung nemmen, die bayerische jezige unruehe aber daher ein undernemben ihr nit einfallen lassen, und zeitlicher abgetriben und zernichtet werden. Solte auch in widrig und so gott verhiette auf bedürfftigen fahl die studierente jugendt schon in tempore nach jezig vorhabenten manier ohngefährlich khönnen entlassen werden.

12. Wie wür schliesslich an unserem orth an eur hochgräfflichen uns gemess diser kayserlichen verordtnung gebührenter massen halten und dero mit allen grossem respect abwarthen werden, also hoffen wir entgegen, dieselbe werden uns sambt und sonders in dero hoche protection nemmen und bey habenten kayserlichen und landts freyheiten und gerechtsambe nit nur hochgnedig manuteniern, sondern auch das jenig, was die römische jezt regierente kayserliche mayestet uns underm dato Wien 23. May nechsthin allergnedigst vertresst, allerdings geniessen solcher gestalt ihro auch gefallen lassen, das anfangs erwent kayserliches rescriptum zuruckh gehalten werde und eingestelt verbleibe, angesehen ohne das jezt dreiwochige

vacantien und die nechst entlegene studiosi in dise heylige weynacht feyrtag geruckht und also eines theils nit in loco seindt, und wür hoffentlich auch nit unrecht thuen, wan wür von disen unseren motiven ingleichen einer hochlöblichen kayserlichen administration zu München und forderist ihro kayserlichen mayestet allerunderthenigste nachricht geben.

Also erwarthe ich rector und anfangs vermelte decani auch die zeit und orth, wo hiernechstens deroselben eine gebührente reverenz machen und hieryber ein ferner mindliche erklärung auf alles verlangen geben khönnen, uns solcher massen sambt der academischen jugendt zu starkher protection und gnaden neben anwinschung eines glickhselig freudenreichen neuen jahrs und hochgräfflich vergniegen an seel und leib gezimbenter massen und gehorsamblich empfelchente. Ingolstatt den 28. Dec. 1705.

Eur hochgräfflichen excellenz

gehorsambschuldigste diener
rector professoren und räthe loblicher
universitet alda.

Nr. 147.

(S. Bd. I, S. 458.)

Archiv-Conserv., Fasc. 13, 26. Sept. 1712.

Consultum facultatis artisticae circa depositionem anno 1712, 26. Sept.

Deponendi consuetudinem a sapientissimis Athenarum philosophis ad nos usque derivatam et in antiquissimis Europae academiis iam receptam usuque comprobatam nec non almae huic universitati Ingolstadiensi, ut videtur, coaevam facultas artistica statuit inprimis retinendam esse tuendamque tanquam singularem antiquitatis praerogativam ac eiusdem inclytae facultatis privilegium ac beneficium, quo tenuis alioquin fortunae studiosis, at virtute ac doctrina conspicuis, qui deponendi munere pro more funguntur, succurrere et, uti solet, opitulari possit. Ut nihilominus omnis in posterum conquerendi occasio praescindatur, ritus pridem adhiberi solitos in aliquibus emendandos esse censuit curandumque insuper libello supplici, ut sic emendati a celsissima administratione Bavarica approbentur ac decreto caesareo contra minus benevolorum insultus muniantur tanquam perpetuo duraturi.

Rituum deponendi emendatorum pars prima.

De iis, quae actum praecedunt.

1. Juxta morem antiquissimum in consilio angariali pleno 1683 die 17. Dec. novo firmatum decreto nemo, suprema licet philosophiae laurea sit insignis vel medicinae iurium aut theologiae candidatus existat, a depositione eximius erit, nisi vel religiosus sit vel in maioribus ordinibus con-

stitutus aut saltem, si ita decano et consilio facultatis videbitur, in congregatione aliqua constanter clericalem gestans habitum. Intelligendum est autem de iis, qui neque alia in academia depositionem subierunt neque ex Friburgo-Brisgoica adveniunt iam antea philosophiae studiosi, hi enim antiquo ac speciali gaudent confoederationis privilegio.

2. Juxta morem eundem magnificus dominus rector neminem nisi depositione probatum vel vi praecedentis exceptum albo academico sive matriculae inscribi patietur, ideoque facultatis artisticae hac in re officialis, quem antiquo et consueto nomine quintum appellamus, mox a depositione eidem magnifico domino rectori absolutorum catalogum feret; neminem autem quintus ad depositionem admittet nisi monito prius decano, cuius erit locum ac tempus actui congruum assignare.

3. Quintus ipse, qui, ut habet formula deponendi vetustissima, candidatos per depositionem inter almae huius universitatis membra adoptat atque hac in parte decani vice fungitur, eligetur ex gravioribus studiosis philosophiae magister, qui probitate morum simul ac doctrina sit commendabilis, talis nempe, qui inter primos gradum sit adeptus; quin huius etiam substitutum prima inter primos laurea insignitum fuisse oportet, quamvis eundem philosophiae magistrum esse non dedeceat. Utrumque autem tanquam suos officiales, uti et instrumentorum bajulum, ipsa facultas artistica iure et more antiquo nunquam controverso pro arbitrio eligit constituit ac, ubi visum fuerit, ab officio removet.

4. Quod ad sumptus attinet, ex more veteri quinto a comitibus dari solent 3 fl., substituto 2, bajulo 30 kr., a baronibus quinto 2 fl., substituto $1^1/_2$, bajulo 30 kr., reliqui praenobiles nobiles ac ditiores quinto offerunt $1^1/_2$ fl., substituto 1 fl., bajulo 15 vel 10 kr.; mediocris fortunae studiosi expensae ultra $1^1/_2$ fl. non excurrunt, a pauperibus nihil petitur.

Pars secunda.

De iis, quae in ipso actu agenda sunt.

1. Paratis omnibus quintus in sedili aliquantum elevato considet, candidatorum vero unus hac de re antea monitus in medium progreditur et allocutione brevissima sua aliorumque vota exponit. Respondet quintus, sibi oppido probari generosa candidatorum desideria; macti sint animis sectamque, quam laudabiliter sunt ingressi, persequantur strenue, nihil tam arduum esse, quo virtus non conscendat, si industria diligentiaque suffulciatur; meminerint sane, pietatem cumprimis ac morum innocentiam non esse cum nucibus abiiciendam, pueritiam cum aetate deponi, non humanitatem; non id, quod quidam praepostere autumant, in alma hac universitate agi, ut mores liberalibus disciplinis exculti recrudescant postliminio, sed ut poliantur magis niteantque decentius. Denique concludit, de ingenua singulorum indole nullum sibi esse dubium, haud tamen abs re visum fuisse ista praefari, ut, quoties se prima sapientiae rudimenta deposuisse recordabuntur, toties pulcherrimam animae vestem, i. e. virtutem, se induisse meminerint. Haec ubi oratione brevi complexus fuit, ad substitutum conversus ait, candidatorum petitionem sibi aequam videri, capiat proinde consueta eruditionis experimenta.

2. Substitutus ex libro, in quem variae ad hunc finem conferentur quaestiones eruditae, aliquot singulis enodandas proponet idque inprimis attendet, ut nihil a statu et conditione examinandi alienum in medium afferat. Quibus peractis quintus affirmat, sibi ab omnibus factum esse satis, superesse modo nihil, quam ut ipse de antiquissima deponendi consuetudine paucis disserat, candidati vero, antequam ultimam actui manum imponat, promittant serio, se illa, quae a substituto praelegentur, sancte integreque servaturos.

3. Oratione finita substitutus consurgens clara voce Promittite, inquit, quod curare velitis, ut nomina vestra intra triduum apud praenobilem et magnificum dominum rectorem academicorum albo inscribantur. Resp. Promittimus. Promittite, quod eidem praenobili et magnifico domino rectori, spectabilibus quatuor facultatum decanis ac professoribus obsequium subiectionem ac reverentiam singulis debitam exhibere velitis. Resp. Promittimus. Promittite, quod pacem et concordiam inter dominos studiosos fovere illisque honorem congruum tribuere velitis. Resp. Promittimus. Promittite denique, quod nullibi amplius depositionem subire velitis. Resp. Promittimus.

4. Tum surgit quintus pone sequente cum rebus necessariis substituto ac extremis singulorum labris aliquot salis grana modeste imponens Accipe, inquit, sal sapientiae; postea ad primum rediens digitoque in vinum intincto singulorum nares ac tempora leviter perfricans addit Accipe vinum fortitudinis et subtilitatis; aquae denique guttulam in singulorum capita demittens Aquam, inquit, unde mentis claritatem haurias, accipe.

5. Tandem omnes surgunt, flectentes quippe sal vinum et aquam accipiunt, et quintus gravi, sed clara voce iuxta antiquae formulae sensum ipsos inter membra academica adoptat, ut sequitur: Quod igitur felix faustumque sit et deus ter optimus maximus toti reipublicae litterariae bene vertat, ego N. N. artium liberalium et philosophiae magister potestate mihi ab inclyta facultate artistica data vos dominos candidatos omnes, qui in spectabili hac dominorum studiosorum corona luculentissima dedistis virtutum ac eruditionis specimina, in eorundem dominorum studiosorum numerum adopto et insuper privilegiorum omnium ac immunitatum, quibus gaudet alma haec universitas Ingolstadiensis, participes efficio. Omnia ad maiorem dei deiparaeque semper virginis nec non sanctorum inclytae facultatis patronorum Catharinae et Francisci Xaverii gloriam et honorem. Amen

Pars tertia.

De ritibus abrogandis.

Olim moris erat, candidatos beanides compellari et bacchanten. Thorace histrionali induti depositoque collari ac pallio alapas inflatis buccis excipiebant. Uno vicem suggesti fungente alter concionantis instar ridiculi aliquid declamabat. Ut artis gladiatoriae specimen ederent, nervis bubulis, sed lana vestitis, inter se decertabant. Malleo terebrae dolabraeque ligneis subiiciebantur velut trunci, ex quibus fabricandi essent Mercurii, sicque in terra extensi mensurari insuper solebant fune, quo dextre nonnihil attracto remissoque iacentium ora feriebantur. Radebantur tondebanturque adhibitis

forfice ac novacula ex ligno confectis. Simulata iubebantur atramentaria calamariaque aperire, quod dum exequi satagebant, bacillis feriebantur digiti.

Atque haec universim omnia, quamvis nec antea in personis honestioribus locum habuerint nisi paucissima nec temere instituta fuerint, ut ex iis, quae s. Gregorius Nanzianzenus de veteri Atheniensium deponendi more refert, colligi potest, facultas penitus abroganda esse censuit tum, ut maior haberetur decori ratio, tum ut hac etiam in parte alias, in quibus magno cum splendore viget depositio, eo imitaretur propinquius. Num vero abrogatis novi plures substituendi sint ritus vel aliqui ex antiquis retinendi, clementissimum celsissimae administrationis imperium exspectandum esse statuit.

Nr. 148.

(S. Bd. I, S. 555.)

Univ.-Biblioth. Cod. mscr. 722 fol. f. 208:

Querela universitatis anglipolitanae contra doctorem herbipolensem de Ickstat.

Universitas:

Illa ego teutonici non infima gloria Pindi
Nobilis ingenua fertilitate parens,
Illa ego, quae cathedris linguas morbisque medelam
Naturamque sophis surrogo, iura foris,
Unius ob noxam crimenque fugacis avari
Ambitiosi icti flens mea fata cano,
Flens mea fata cano, vos, vos sociate sorores
Questus et vincto solvite corda pede.

Theologica facultas:

Sum divinarum regina scientia rerum,
Cognosco superos intueorque deum;
Hunc quia non pateris, director, lumine solem,
Cum Phrygibus Phrygias dirige, bubo, scholas;
Es virtutis inops, deus est tibi proprius error;
Aurum spes et amor, mens tamen absque fide.

Juridica:

„Cuique suum" clamant leges. Tibi restis et ensis!
En! quam sincere publica vota sonant,
Publica, et hoc merito, nam dum loca patria perdis,
Est tibi pro titulo publicus usque favor.
Publica iura doces; cur nonnisi publica gannis?
Nempe tibi similes publica furca manet.

Modica:

Fingis, te medicum binos agitasse per annos;
Et cur non adhibes helleborum capiti?
Posthac ne iactes, namque hos medicina recusat
Nugarum fabros, nec nebulonis eget;
Cumque omnis regio secernit inutile pondus,
Symptoma in excretis te medicina docet.

Philosophica:

Vix atomis nova forma tibi succrescit, et in me
Intempestivo protinus ungue ruis;
Praeterito siquidem doctus stupor edidit anno
Sana pugnantem cum ratione librum*),
Edidit et frustra, quia censor iure reiecit;
Numquid enim est partus patre stupore stupor.

Poeta ad universitatem.

Sat modo, siste, parens male desolata, querelas,
Iniusto madidas terge dolore genas;
Terge genas, nam numquid habes, quibus ardua fulges,
Conspicuos (coeli munera certa) viros;
Sunt, quorum emerita canet sub casside laurus,
Queis ratio senii consiliumque comes,
Sunt, qui principibus dederant aulisque ministros,
Sunt, quorum Europam fama librique replent.
Mache animo! namque una dies radicitus omnem
Eruet hebraeum**) corpore, chara, tuo,
Una dies nigro eiiciet carbone notatum
Doctorem iuvenem sabbaticumque virum***).

Sphynx Oedipo:

Si, quinam fuerint, sitiente mento reposcis,
Oedipe, et illorum nomina scire cupis,
SIt tIbI CapreoLI VVLtVs sIMpLeXqVe CoLonVs,
At, rogo te, sILeas; hI CoCInere, VaLe.

Haec ad novi anni initium.

---

